EMMANUELIS ALVARI ... DE INSTITUTIONE GRAMMATICA LIBRI TRES, AB...

Manuel Alvares, Orazio Torsellini





Adinolfo Lucchesi

EMMANUELIS ALVARI

E SOCIETATE JESU

DE INSTITUTIONE GRAMMATICA


LIBRI TRES,

AB HORATIO TURSELLINO

EJUSDEM SOCIETATIS

OLIM IN COMPENDIUM REDACTI.





NEAPOLI
EX TYPOGRAPHIA PACIANA
MDCCCXXVIII.

STUDIOSAE JUVENTUTI

En vobis, ingenui adoloscentes, Emmanuelis Alvari Grammaticam curis nostris denuo publici juris factam. Cum enim nihil antiquius habeamus, quam ut juventus optima institutione, quantum in nobis est, informetur, peropportunam duximus novam commendatissimi operis editionem suscipere, ut plenius vestrum omnium votis satis a nobis factum esse laetaremur. Si quis vero miretur cur nihil immutaverimus de iis quae nonnullorum sententia immutanda videbantur; huic persuasum volumus non ita nos viribus nostris fidere, ut speremus perfectiora praestare posse quam Tursellinus re ipsa praestitit vir de latina lingua optime meritus. Quocirca illius vestigiis omnino inhaerentes quam ipse Alvari Grammaticam faciliori puerorum usui accommodavit, hanc ipsissimis verbis imprimendam curavimus: satis gnari praeterea quid virium, quid peritiae, immo et audaciae requiratur ad immutandum quod usu hactenus probatissimum vidimus et experientia rerum magistra. Ut autem vestris facilius responderemus desideriis, et utilitati simul prospiceremus, Patavinam Seminarii impressionem in exemplar sumendam censuimus, utpote quae ceterarum emendatissima videatur. Interim fatemur contentos nos esse ob operam, qualis ea cumque sit, in hanc editionem collatam: voti vero omnino compotes fore si quae hic commissa semina continentur uberrimos tandem fructus vestro, parentum, patriae bono atque ornamento sint prolatura. Valete.

TOTIUS DIVISIO

GRAMMATICÆ

Pro tribus discipulorum classibus, sive scholis.

Tres in partes pro tribus discipulorum scholis, sive classibus, universae Institutiones hae distributae sunt: ita tamen, ut infima classis binos tyronum ordines complectatur: quorum unus inferior, alter superior appelletur: reliquae vero duae classes tum secunda, sive media tum prima, seu suprema, singulis tantum ordinibus constent.

Ergo primi de institutione grammatica libri prior pars ad inferiorem tertiae, seu infimae classis ordinem spectat: continetque primum quidem declinationes nominum substantivorum, adjectivorum, anomalorum, et pronominum: deinde verborum conjugationes: tertio deinceps rudimenta, sive de octo partibus orationis: quinto, ac postremo de generibus nominum difficilioribus.

Ad superiorem vero ejusdem scholae ordinem pertinent postrema duo primi libri capita, hoc est: de nominum declinatione, et de praeteritis ac supinis. Eidem vero ordini superiori tradatur introductio syntaxis, sive constructionis in secundo libro, qui est de octo partium constructione. Quae quidem introductio in hac romana methodo ex initio secundi libri desumitur, omissis appendicibus, usque ad communem verborum constructionem: et septem illa capita continet de concordantiis, de constructione verbi activi, passivi, neutri, communis, deponentis, impersonalis.

Ad secundam classem proprie pertinent primum quidem appendices, quae primi generis appellantur: deinde vero secundi libri duodecim capita verbis impersonalibus in romana methodo proxima, appendicibus item primi generis additis: hoc est de communi omnium verborum constructione, de constructione verbi infiniti,

gerundiorum, supinorum, participiorum, nominis, pronominis, numeri distributivi, de praepositionum constructione, adverbii, interjectionis, conjunctionis.

Ad primam, seu supremam denique classem praecipue spectant primum quidem secundi libri appendices eae, quae secundi generis inscribuntur: deinde vero postrema quatuor ejusdem libri capita cum appendicibus, hoc est, de figurata constructione, de barbarismo, de obscurae deque inornatae orationis vitiis: ad extremum tertius grammaticae liber, qui est de syllabarum dimensione cum suis appendicibus.

Porro admonitiones, quae in primo psaesertim libro sunt insertae, ad solos magistros pertinent, ut ex iis rationem exercendi, vel explicandi, facilius hauriant.

Exceptiones vero, et scholia etiam discipulis proponuntur, et ad proxima praecepta, sive appendices referuntur. Ergo in eadem classe sunt explicanda, in qua traduntur praecepta, quae proxime antecedunt. Scholia tamen primi libri non videntur a discipulis ediscenda, sed eorum summa verba tantum explicanda, crebroque eorum ratio exposcenda.

Appendices prioris generis ad secundam, uti diximus, sive mediam, posterioris ad primam, sive secundam tantum pertinent.

EMMANUELIS ALVARI

E SOCIETATE JESU

DE INSTITUTIONE GRAMMATICA

LIBER PRIMUS.

PRÆFATIO

Jure optimo labor hic, qualiscumque est, frustra susceptus in tanta librorum multitudine videri posset, nisi singularis illa virtus, qua res parvae crescunt, sine qua maximae dilabuntur, nos tueretur. Etenim, cum patribus nostris illuc in primis propositum sit atque ob oculos perpetuo versetur, ut qui Societati Jesu ejusdem Dei Optim. Max. beneficio nomen dedimus, non solum in iis, quae propria ipsius sunt instituti, verum etiam in rebus, quae minimi videntur esse momenti, concordissime vivamus; visum est ab aliquo nostrum grammaticam artem scribendam esse, qua ubique terrarum, quoad ejus fieri posset, nostri uterentur. Quod onus cum mihi esset impositum, id equidem non meis humeris (scio enim quam sim imbecillis) sed S. Obedientiae viribus fretus, libenter suscepi. Nam ei, qui sponte sua sui juris esse desiit, proprioque judicio, atque voluntati propter Deum nuncium remisit, non tam inscitiae nota, quam nec obedientis animi crimen pertimescendum est. Suscepto itaque onere operam dedi, ne officio meo deessem: fontes ipsos adii M. Varronis romanorum omnium eruditissimi, libros de etymologia, atque analogia: duodecim Fabii Quintiliani de institutione oratoria, qui mihi magnum adjumentum attulerunt: Auli Gellii noctium atticarum undeviginti: Probi, Diomedis, Phocae, Donati, Prisciani institutiones grammaticas, ut potui, perlegi, quorum postremus ante mille annos Justiniani Principis aetate Athenis floruit. Is, praeter ceteros,

decem et octo libros scripsit, in quibus passim hominum doctissimorum testimoniis utitur, quorum hodie aut nulla, aut perexigua extant vestigia. Est ille quidem sermone inornato et incompto, sed multa ac varia eruditione; labitur interdum, ut homo, praesertim ubi latina praecepta, ut graecus, ad graecorum normam exigit, sed gravissimorum auctorum, quos tertio quoque verbo citat, praeclara atque luculenta doctrina ejus errata obteguntur penitus et obscurantur. De rebus vel minimis tenuissimisque, hoc est primis elementis, qua fuit diligentia, testes locupletissimos M. Varronem, C. Caesarem, Plinium, atque alios quam plurimos producit. Nemo mihi quidem rem grammaticam copiosius, nemo accuratius aut tractasse, aut plures veterum grammaticorum commentarios videtur pervolutasse. Quod ad recentiores attinet, eos potissimum evolvimus, qui nobis usui essent futuri. Jactis ad hunc modum fundamentis, ex utrisque grammatices praecepta delegimus, quae Terentii, Ciceronis, Caesaris, Livii, Virgilii, Horatii, atque aliorum veterum testimoniis pro nostra tenui infirmaque parte confirmavimus. De his, si qui forte in hunc librum incidissent, breviter putavimus admonendos. Reliquum est, (quoniam librorum infinitus est numerus, scribendorum nullus est finis) ut convenienter divinis praeceptis, congruenterque vivamus; ita enim fiet, ut in libro vitae conscripti, Dei Opt. Max. conspectu, cui hoc opusculum dicamus, perpetuò fruamur.

ADMONITIO

AUCTORIS

De pronunciandi ratione ad usum Italorum translata.

Cum praeclarum illud Horatii dictum : *Quo semel est imbuta recens, servabit odorem Testa diu*, verissimum esse re ipsa quotidie experiamur; dabit in primis operam praeceptor, ut discipuli etiamnum tyrones, et latinae linguae rudes jam inde a principio optimae pronunciationi assuescant. Quod ut facilius assequantur, studiose diligenterque observabit, quibus praecipue vitiis laboret ea regio, in qua sibi commissam juventutem instituet. Nam singulis fere nationibus domestica quaedam ac nativa insunt vitia, quibus latini sermonis splendor obscuratur ac paene obruitur. Itali, vel romani pueri, si magistrum diligentem ac bene pronunciandi studiosum nacti fuerint, non male quidem pronunciant; sin vero in eum inciderint, qui officio suo desit, ac de auditorum progressu parum sit sollicitus, barbare litteras multis locis sonant. M quidam insequente N perinde efferunt, ut N; onnis, sonnus, contenno, dannum, condenno: pro omnis, somnus, contemno, damnum, condemno. Idem usuvenit insequente P, nisi quod P ipsum extinguunt, aût invertunt: nam pro emptus, emptio, redemptus, redemptio, demptus, comptus, promptus; efferunt entus, entio, redentus, redentio, dentus, contus, prontus: et pro deceptus, ereptus, absorptus, sculptus; pronunciant decettus, erettus, assortus, scultus, et alia eodem modo. D autem antecedente N saepe vertunt in N, siquidem pro contendo, condo, conditor, mundus, mundo, pondus; dicunt contenno, conno, connitor, munnus, munno, ponnus. Nonnunquam D cum T commutant: aput, set, pro apud, sed: rursus capud, pro caput. Interdum post T vocalem E adjungunt, este, abeste, pro est, abest dicentes. C ultimae

eandem vocalem addunt, eamque sono antecedente ad litteram Q pronunciant; hice, haece, hoce effutientes: quos ne primam quidem nominum formam patietur praeceptor ediscere, nisi prius hanc barbariem penitus exuerint: nam, cum pronomen hoc crebro sit usurpandum, opus est, ut id ante optime pronuncient quam memoriae infigant. Iu mediis vocalibus C ante T vix attingunt. Nam pro sanctus, cunctus, planctus; dicunt santus, cuntus, plantus; aut tanquam alterum T pronunciant pattum, dilettum, dittum, dottum, duttum; pro pactum, dilectum, dictum, doctum, ductum; et alia eodem modo: vittor, attor, dittator, dittare; pro victor, actor, dictator, dictare. Eadem injuria afficiunt P ante T et S cum efferunt attus, inettus, scrittus, rattus, carsi, ressi, scrissi, nussi; pro aptus, ineptus, scriptus, raptus, carpsi, repsi, scripsi, nupsi. Siquidem in his et horum similibus verbis P vix auditur. Iidem alterum I, et S nonnunquam supprimunt: obicio, reicio, subicio, inicio; pro objicio, rejicio, subjicio, injicio: disero, disipo, disidium, pro dissero, dissipo, dissidium, et nonnulla id genus perperam sonantes. Jam vero X quocumque loco fuerit vitiose pronunciant; nam pro X, reponunt S tum simplex, tum geminatum: pro Xerxes Serses; pro felix felis: pro dixit, faxit, duxit; dissit, fassit, dussit; pro exaudi, auxilium; esaudi, ausilium: pro resurrexit, dilexit, depinxit; resurressit, dilessit, depinsit; saepe etiam pro eadem littera pronunciant Z, cum uzor efferunt, pro uxor, et alia eodem pacto. In his ac ceteris vitiis extirpandis nervos omnes vigilans et industrius praeceptor contendet: varia remedia excogitabit, quibus os linguamque rudem informet; attentissimo ac libentissimo animo suos tyrones legentes audiet: curabit, ut hic, haec, hoc ita pronuncient, ut vocalem, quam de suo addunt, procul abjiciant M, D, T, C, P, omnibus locis recte sonent: X in pristinum statum restituet, ac frequentissime inculcabit compendium esse duarum litterarum C, et S; neque aliter dixi pronunciandum esse, quam si per C, et S scriberetur dicsi. Rubiginem in elementariis ludis contractam diligentissime deterget; in his enim multa variaque pronunciationis monstra nascuntur. In iisdem

syllabariis scholis pleraque omnia, quae supra diximus, orta sunt vitia; nam dum verba articulatim, syllabatimque potius mandunt, quam sonant, litterasque alias addunt, alias detrahunt, aliis alias permutant, sonos fingunt novos et inauditos. Quare congerenda est magna verborum silva, quorum pronunciatio difficilior sit, quibuscum tamdiu novi palestritae luctabuntur, donec devicta et prostrata foedissima barbaries e palaestra gymnasioque extrudatur, et in perpetuum relegetur. Hoc idem Fabius lib. 1. cap. 1. vehementer praeceptoribus commendat his verbis: *non alienum fuerit exigere ab iis aetatibus, quo sit absolutius os et expressior sermo, ut nomina quaedam, versusque affectatae difficultatis ex plurimis asperrime coeuntibus inter se syllabis catenatos, et veluti confragosos quam citatissime volvant.* Καλεποι *graece vocantur. Res modica dictu, qua tamen omissa, multa linguae vitia nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum pravitate durant.* Latinum alphabetum vel syllabatim dictare non erubescet: alioquin, id quod saepe usuvenit, post multos annos analphabeti reperientur Emme, Enne, Erre, et alia his deteriora litterarum nomina perridicule usurpantes. Quod si professor id existimabit humilius esse, quam ut suum gymnasium deceat, potiusque ad elementarios, abecedariosque magistros spectare, meminerit et se, et eam quam profitetur artem, ab elementis litterisque nomen traxisse. Nos certe, quoniam in ea versamur, ipsas non nudis formis, sed plenis nominibus libentissime subjiciemus. A, Be, Ce, De, Ee, eF, Ge, aH, I, Kappa, El, Em, En, O, Pe, Qu, Er, Es, Te, U, X, Ypsilon, Zeta. Multa denique, ne longior sim, tyrunculis discenda, multa dediscenda sunt, pro variis nationum linguis et vitiis, quae praeceptor pro sua prudentia et eruditione etiam atque etiam considerabit.

DE NOMINUM DECLINATIONE

ADMONITIO.

Graeci articulis nominum genera, casusque distinguunt, quibus quia latini carent, nos veterum grammaticorum Varronis, Nigidii, Fabii, Probi, Gellii, Donati, Diomedis exemplo, pronominis hic, haec, hoc, recti tantum genus notavimus, satis esse rati, casus reliquos varia ipsa inflexionis ratione internosci. A muliebri autem vocabulo declinandi initium facimus, quo pueri vel primo ipso die adjectiva ejusdem formae, atque exitus sine ullo labore cum substantivo copulent: ut musa jucunda, ferula acerba. *Nam, si figura discrepent, paucis post diebus declinanda sunt, ut* musa dulcis, ferula minax.

LIBRI PRIMI

PRIOR PARS

infimae classis grammaticae inferiori ordini accomodata.

NOMINUM SUBSTANTIVORUM DECLINATIO.

CAPUT PRIMUM.

PRIMA NOMINUM DECLINATIO.

Musa, *nomen declinationis primae, generis foeminini, numeri singularis, sic declinabitur.*

Nominativo haec	musa,	*la musa.*
Genitivo	musae,	*della musa.*
Dativo	musae,	*alla musa.*
Accusativo	musam,	*la musa.*
Vocativo	o musa,	*o musa.*
Ablativo	a musa,	*dalla musa.*
Plur. Nominativo	musae,	*le muse.*
Genitivo	musarum,	*delle muse.*
Dativo	musis,	*alle muse.*
Accusativo	musas,	*le muse.*
Vocativo	o musae,	*o muse.*
Ablativo	a musis,	*dalle muse.*

paucis post diebus.

Haec musa dulcis,	*la musa dolce.*
Haec ferula minax,	*la sferza minaccevole.*
Hic nauta vigilans,	*il marinaro vigilante.*
Hic poeta optimus,	*il poeta bonissimo.*

ADMONITIO

Assuescant pueri in ipso primo aditu vestibuloque grammaticae adjectiva nomina cum substantivis copulare. Adjectiva ne multa sint, ne insulsa, ne temere congesta; sint delecta, a bonis auctoribus petita, ad summum duo, ut puer verecundus, et ingeniosus. *Porro praeceptor pueris, ne otio diffluant, nominandi casum substantivi cum adjectivo dictabit in schola, quod ii*

domi per omnes casus declinent, atque describant; ubi redierint rationem reposcet, atque errata studiose corriget.

SECUNDA DECLINATIO

Dominus, *nomen declinationis secundae, generis masculini, numeri singularis, sic declinabitur.*

Nominativo hic	dominus,	*il signore.*
Genitivo	domini,	*del signore.*
Dativo	domino,	*al signore.*
Accusativo	dominum,	*il signore.*
Vocativo	o domine,	*o signore.*
Ablativo	a domino,	*dal signore.*
Plur. Nominativo	domini,	*i signori.*
Genitivo	dominorum,	*de' signori.*
Dativo	dominis,	*a' signori.*
Accusativo	dominos,	*i signori.*
Vocativo	o domini,	*o signori.*
Ablativo	a dominis,	*da' signori.*

Hic dominus justus,	*il signor giusto.*
Hic puer ingeniosus,	*il fanciullo ingegnoso.*
post aliquot dies.	
Hic puer sagax,	*il fanciullo accorto.*
Hic vir prudens,	*l' uomo prudente.*
Hic animus generosior,	*animo più generoso.*
Haec populus procerissima,	*il pioppo altissimo.*

Templum, *nomen declinationis secundae, generis neutrius, numeri singularis, sic declinabitur.*

Nominativo hoc	templum,	*la chiesa.*
Genitivo	templi,	*della chiesa.*
Dativo	templo,	*alla chiesa.*
Accusativo	templum,	*la chiesa.*
Vocativo	o templum,	*o chiesa.*
Ablativo	a templo,	*dalla chiesa.*
Plur. Nominativo	templa,	*le chiese.*
Genitivo	templorum,	*delle chiese.*
Dativo	templis,	*alle chiese.*
Accusativo	templa,	*le chiese.*
Vocativo	o templa,	*o chiese.*
Ablativo	a templis,	*dalle chiese.*

Hoc templum sanctissimum, *la chiesa santissima.*
Hoc ingenium eximium, *l' ingegno segnalato.*
suo tempore
Hoc saxum ingens, *il sasso grande.*
Hoc beneficium illustre, *il beneficio illustre.*

ADMONITIO

Hic moneantur tyrones, neutra nomina tres casus habere similes: nominandi, accusandi, et vocandi, eosque numero multitudinis a littera terminari.

TERTIA DECLINATIO

Sermo, *nomen declinationis tertiae, generis masculini, numeri singularis, sic declinabitur.*

Nominativo hic	sermo,	*il parlare.*
Genitivo	sermonis,	*del parlare.*
Dativo	sermoni,	*al parlare.*
Accusativo	sermonem,	*il parlare.*
Vocativo	o sermo,	*o parlare.*
Ablativo	a sermone,	*dal parlare.*
Plur. Nominativo	sermones,	*i parlari.*
Genitivo	sermonum,	*dei parlari.*
Dativo	sermonibus,	*ai parlari.*
Accusativo	sermones,	*i parlari.*
Vocativo	o sermones,	*o parlari.*
Ablativo	a sermonibus,	*dai parlari.*

Hic sermo elegans, *il parlare elegante.*
Hic panis quotidianus, *il pane d' ogni giorno.*
Haec virtus admiranda, *la virtù maravigliosa.*
Haec oratio elegantior, *dire più elegante.*

Tempus, *nomen declinationis tertiae, generis neutrius, numeri singularis, sic declinabitur.*

Nominativo hoc	tempus,	*il tempo.*
Genitivo	temporis,	*del tempo.*
Dativo	tempori,	*al tempo.*
Accusativo	tempus,	*il tempo.*
Vocativo	o tempus,	*o tempo.*
Ablativo	a tempore,	*dal tempo.*

Plur. Nominativo	tempora,	*i tempi.*
Genitivo	temporum,	*de' tempi.*
Dativo	temporibus,	*a' tempi.*
Accusativo	tempora,	*i tempi.*
Vocativo	o tempora,	*o tempi.*
Ablativo	a temporibus,	*da' tempi.*

Hoc tempus brevius, *tempo più breve.*
Hoc munus pretiosum, *il dono prezioso.*
Hoc flumen velox, *il fiume veloce.*
Hoc nomen celebre, *il nome famoso.*
Hoc corpus perspicuum, *il corpo trasparente.*

Parens, *nomen declinationis tertiae, generis communis, numeri singularis, sic declinabitur.*

Nom. hic, et haec	parens,	*il padre, e la madre.*
Genitivo	parentis,	*del padre, e della madre.*
Dativo	parenti,	*al padre, e alla madre.*
Accusativo	parentem,	*il padre, e la madre.*
Vocativo	o parens,	*o padre, e o madre.*
Ablativo	a parente,	*dal padre, e dalla madre.*
Plur. Nom.	parentes,	*i padri, e le madri.*
Genitivo	parentum,	*de' padri, e delle madri.*
Dativo	parentibus,	*ai padri, e alle madri.*
Accusativo	parentes,	*i padri, e le madri.*
Vocativo	o parentes,	*o padri, e o madri.*
Ablativo	a parentibus,	*da' padri, e dalle madri.*

Hic, et haec civis, *il cittadino, e la cittadina.*
Hic, et haec hostis, *il nimico, e la nimica.*

His nominibus addantur adjectiva non conjunctim, sed separatim. Hic civis romanus, *il cittadino romano.* Haec civis romana, *la cittadina romana,*

QUARTA DECLINATIO

Sensus, *nomen declinationis quartae, generis masculini, numeri singularis, sic declinabitur.*

Nominativo hic	sensus,	*il senso.*
Genitivo	sensus,	*del senso.*
Dativo	sensui,	*al senso.*
Accusativo	sensum,	*il senso.*

Vocativo	o sensus,	*o senso.*
Ablativo	a sensu,	*dal senso.*
Plur. Nominativo	sensus,	*i sensi.*
Genitivo	sensuum,	*de' sensi.*
Dativo	sensibus,	*ai sensi.*
Accusativo	sensus,	*i sensi.*
Vocativo	o sensus,	*o sensi.*
Ablativo	a sensibus,	*dai sensi.*

Hic sensus hebes, *il senso rintuzzato.*
Hic gradus tardus, *il passo tardo.*
Hic census tenuis, *il valsente picciolo.*
Haec anus delira, *la vecchia pazza.*

Genu, *nomen declinationis quartae, generis neutrius, numeri singularis, sic declinabitur.*

Nominativo	hoc genu,	*il ginocchio.*
Genitivo	genu,	*del ginocchio.*
Dativo	genu,	*al ginocchio.*
Accusativo	genu,	*il ginocchio.*
Vocativo	o genu,	*o ginocchio.*
Ablativo	a genu,	*dal ginocchio.*
Plur. Nominativo	genua,	*le ginocchia.*
Genitivo	genuum,	*delle ginocchia.*
Dativo	genibus,	*alle ginocchia.*
Accusativo	genua,	*le ginocchia.*
Vocativo	o genua,	*o ginocchia.*
Ablativo	á genibus,	*dalle ginocchia.*

Hoc genu tumens, *il ginocchio gonfio.*
Hoc veru subtile, *lo spiedo sottile.*
Hoc cornu inflexum, *il corno storto.*
Hoc tonitru horrendum, *il tuono orrendo.*

QUINTA DECLINATIO

Dies, *nomen declinationis quintae, generis masculini, numeri singularis, sic declinabitur.*

Nominativo	hic dies,	*il giorno.*
Genitivo	diei,	*del giorno.*
Dativo	diei,	*al giorno.*

Accusativo	diem,	*il giorno.*
Vocativo	o dies,	*o giorno.*
Ablativo	a die,	*dal giorno.*
Plur. Nominativo	dies,	*i giorni.*
Genitivo	dierum,	*dei giorni.*
Dativo	diebus,	*ai giorni.*
Accusativo	dies,	*i giorni.*
Vocativo	o dies,	*o giorni.*
Ablativo	a diebus,	*dai giorni.*

Hic dies laetissimus,	*il giorno allegrissimo.*
Haec species insignis,	*la bellezza segnalata.*
Haec res domestica	*la roba di casa.*
Haec res familiaris,	*la roba familiare.*
Haec facies honesta, et liberalis.	*il viso onorato, e gentile.*

ADMONITIO

Docebit praeceptor interdum recte scribendi praecepta: ante b, m, p *nunquam* n *litteram; sed pro ea* m *scribi, ut* ambigo, committo, impono, *non* anbigo, conmitto, inpono.

Si eadem consonans geminetur in medio dictionis non utramque initio, aut in fine versus, sed alteram in fine, alteram initio alterius esse scribendam, et similia.

CAPUT II.

NOMINA ADJECTIVA, ET ANOMALA

Nomina adiectiva declinationis primae, et secundae.

Bonus, bona, bonum, *nomen mobile declinationis primae, et secundae, numeri singularis, sic declinabitur.*

Nominativo bonus, bona, bonum, *buono, o buona.* Genitivo boni, bonae, boni. Dativo bono, bonae, bono. Accusativo bonum, bonam, bonum. Vocativo o bone, bona, bonum. Ablativo a bono, bona, bono.

Plur. Nominativo boni, bonae, bona. Genitivo bonorum, bonarum, bonorum. Dativo bonis. Accusativo bonos, bonas, bona. Vocativo o boni, bonae, bona. Ablativo a bonis.

Bonus, bona, bonum *declinatur, ut* dominus, musa, templum: *quae primae sunt, et secundae declinationis.*

Subjecta nomina eodem modo declinantur, nisi quod casus interrogandi sylluba ius, *dandi vero* i *littera terminatur.*

Alter, altera, alterum, alterius, alteri, *il secondo.*
Alius, alia, aliud, alius, alii, *altro.*
Solus, sola, solum, solius, soli, *solo.*
Totus, tota, totum, totius, toti, *tutto.*
Unus, una, unum, unius, uni, *uno.*
Ullus, ulla, ullum, ullius, ulli, *alcuno.*
Nullus, nulla, nullum, nullius, nulli, *niuno.*
Uter, utra, utrum, utrius, utri, *chi di due.*
Neuter, neutra, neutrum, neutrius, neutri, *nè l'uno, nè l' altro.*
Uterque, utraque, utrumque, utriusque, utrique, *l' uno, e l' altro.*

SCHOLION

I. *Foeminina*, altera, alia, sola, tota, una, nulla, *genitivum et dativum in* ae *apud veteres habuere. Ter. Heaut. Act.* 2. *Hoc ipsum in itinere* alterae *dum narrat. Colum. l.* 5. *c.* 11. *Ut* alterae *deliberatae parti conveniat. Cic.* 2. *de Div.* Aliae *pecudis. Gell.* 9. *c.* 4. *Nulli* aliae *causae obnoxia. Ter. Eun. Act.* 1. *Sc.* 7. *Mihi* solae *ridiculus fuit. Ad Her. l.* 3. *sub fin. Non res tota* totae *rei necesse est similis sit. Cic. apud Prisc. l.* 6. *Hoc judicium sic expectatur, ut non* unae *rei statui, sed omnibus constitui putetur, Lucr. l.* 2. *Efficitur quiddam quadratum,* unaeque *figurae. Id. l.* 6. *Et potius* nullae *sibi turpis consciu' rei. Vide Prisc. l.* 6. 7.

II. *Genitivo* alterutrius. *Cic. ad Att. l.* 10. *epist.* 1. *Fam. l.* 9. *ep.* 6. *potius, quam* alteriusutrius. *Vide infra c.* 17.

III. *Genitivo* alius *Cic.* 2. *de Nat. Deor. At quibus bestiis erat is cibus, ut* alius *generis escis vescerentur, etc.*

NOMINA ADIECTIVA
declinationis tertiae.

Acer, acris, acre, *nomen adjectivum*, *declinationis tertiae*, *numeri singularis*, *sic declinabitur.*

Nominativo hic acer, haec acris, et hoc acre, *agro.* Genitivo acris. Dativo, acri. Accusativo acrem, et acre. Vocativo o acer, acris, et acre. Ablativo ab acri.

Plur. Nominativo acres, et acria, *agri.* Genitivo acrium. Dativo acribus. Accusativo acres, et acria. Vocativo o acres, et acria. Ablativo ab acribus.
Hic alacer, haec alacris, hoc alacre, *allegro.*
Hic volucer, haec volucris, hoc volucre, *volatile.*
Sic etiam celer, equester, saluber, silvester, etc.

Brevis, et breve, *nomen adjectivum*, *declinationis tertiae*, *numeri singularis*, *sic declinabitur.*

Nominativo hic, et haec brevis, et hoc breve, *breve.* Genitivo brevis. Dativo brevi. Accusativo brevem, et breve. Vocativo o brevis, et breve. Ablativo a brevi.

Plur. Nominativo breves, et brevia, *brevi.* Genitivo brevium. Dativo brevibus. Accusativo breves, et brevia. Vocativo o breves, et brevia. Ablativo a brevibus.

Brevior, et brevius, *nomen comparativum declinationis tertiae*, *numeri singularis*, *sic declinabitur.*

Nominativo hic, et haec brevior, et hoc brevius, *più breve.* Genitivo brevioris. Dativo breviori. Accusativo, breviorem, et brevius. Vocativo o brevior, et brevius. Ablativo a breviore, vel breviori.

Plur. Nominativo breviores, et breviora, *più brevi.* Genitivo breviorum. Dativo brevioribus. Accusativo breviores, et breviora. Vocativo o breviores, et breviora. Ablativo a brevioribus.

Felix, *nomen adjectivum*, *declinationis tertiae*, *generis omnis*, *numeri singularis*, *sic declinabitur.*

Nominativo hic, et haec, et hoc felix, *felice.* Genitivo felicis. Dativo felici. Accusativo felicem, et felix. Vocativo o felix. Ablativo a felice, vel felici.

Plur. Nominativo felices, et felicia, *felici*. Genitivo felicium. Dativo felicibus. Accusativo felices, et felicia. Vocativo o felices, et felicia. Ablativo a felicibus.

ADMONITIO I.

Doceat praeceptor, si nomen adjectivum tres habeat formas seu figuras, primam esse generis masculini, alteram foeminini, tertiam neutrius: si duas, priorem esse communis generis, posteriorem neutrius: si unam, esse omnis generis. Vide cap. 14. in rudimentis nom.

ADMONITIO II.

Misceat interdum praeceptor gradus omnes, ut puerorum lingua celerior fiat atque exercitatior: ut, *felix, felicior, felicissimus: facilis, facilior, facillimus: difficilis, difficilior, difficillimus: humilis, humilior, humillimus: similis, similior, simillimus: dissimilis, dissimilior, dissimillimus.* Rectius tamen adjuncto substantivo: ut *poeta bonus, melior, optimus; scurra malus, pejor, pessimus: digitus parvus, minor, minimus: vir magnus, major, maximus.*

NOMINA ANOMALA

Quae a superiorum lege ex parte deflectunt.

Nominativo haec domus, *la casa.* Genitivo domi, vel domus, *della casa.* Dativo domui, *alla casa.* Accusativo domum, *la casa.* Vocativo o domus, o *casa.* Ablativo a domo, *dalla casa.*

Plur. Nominativo domus, *le case.* Genitivo domorum, vel domuum, *delle case.* Dativo domibus, *alle case.* Accusativo domos, vel domus, *le case.* Vocativo o domus, o *case.* Ablativo a domibus, *dalle case.*

Plur. Nominativo duo, duae, duo, *due.* Genitivo duorum, duarum, duorum. Dativo duobus, duabus, duobus. Accusativo duos, vel duo, duas, duo. Vocativo o duo, duae, duo. Ablativo a duobus, duabus, duobus.

Ambo, *eodem modo declinabitur.*

Plur. Nominativo ambo, ambae, ambo, *ambidue.* Genitivo amborum, ambarum, amborum. Dativo ambobus, ambabus, ambobus. Accusativo ambos, vel ambo, ambas, ambo. Vocativo o ambo, ambae, ambo. Ablativo ab ambobus, ambabus, ambobus.

SCHOLION

I. Duo, et ambo *accusandi casus generis masculini ad poetas potius pertinent. Virg. l.* 11. *Si* duo *praeterea tales Idaea tulisset Terra viros. Hor. l.* 1. *Sat.* 7. duo *si discordia vexet inertes. Cic. tamen. l.* 7. *ep.* 25. *dixit, praeter* duo nos, *et* 2. *de Div. Cui* duo *placet esse motus.*

II. Gen. *Domus* utimur, cum aedificium significat: ut, Perrexit in interiorem partem *domus*: Var. *Domi* autem, cum significatur locus, in quo quis habitat: ut, Quid ais, bone vir, est frater *domi?* Ter. Adel.

III. *Dat.* domo, *raro admodum. Horat. l.* 1.*ep.*10. *Ponendaeque* domo *quaerenda est area primum.* Alii legunt, *ponendaque.*

IV. Abl. *Domu* nunnunquam legitur. Plaut. Mil.2. 1. 48. Ait se se Athenas fugere cupere ex hac *domu.*

V. *Harum* domuum, *et has* domus *vix aut raro reperies. Juven. sat.* 3. domuum, *dominique futuri, Val. l.* 2. *c.* 7. *cum ignominia* domuum *suarum.*

CAPUT III.

PRONOMINUM DECLINATIO.

Pronomina Primitiva

Ego, *pronomen personae primae, numeri singularis, siç declinabitur.*

Nominativo ego, *io.* Genitivo mei, *di me.* Dativo mihi, vel mi, *a me.* Accusativo me, *me.* Ablativo a me, *da me.*

Plur. Nominativo nos, *noi.* Genitivo nostrum, vel nostri, *di noi.* Dativo nobis, *a noi.* Accusativo nos, *noi.* Ablativo a nobis, *da noi.*

Tu, *pronomen personae secundae, numeri singularis, sic declinabitur.*

Nominativo tu, *tu.* Genitivo tui, *di te.* Dativo tibi, *a te.* Accusativo te, *te.* Vocativo o tu, *o tu.* Ablativo a te, *da te.* Plur. Nominativo vos, *voi.* Genitivo vestrum, vel vestri, *di voi.* Dativo vobis, *a voi.* Accusativo vos, *voi.* Vocativo o vos, *o voi.* Ablativo a vobis, *da voi.*

Sui, *pronomen personae tertiae, numeri utriusque, sic declinabitur.*

Genitivo sui, *di sè.* Dativo sibi, *a sè.* Accusativo se, *sè.* Ablativo a se, *da sè.* Plur. Genitivo sui. Dativo sibi. Accusativo se. Ablativo a se.

SCHOLION

Interrogandi casu, mis, tis, sis. *pro* mei, tui, sui, *dixere veteres.* Plaut. Mil. Act. 4. Sc. 2. *Quia* tis *egeat*, *quia te careat.* Serv. in 2. edit. Don. c. de pronomine, *possumus*, inquit, *dicere*, *mei causa a te peto*: *et* mis *causa*, tis *causa a te peto*: *sed* mis, *et* tis *de usu recesserunt. Quint. etiam l. 8. c. 3.* olli, quianam, pone, *et* mis, *recenset inter vocabula quibus dignitatem dat antiquitas.*

Pronomina, hic, iste, ille, ipse, is, idem, quae aliqua ex parte primam et secundam nominum adjectivorum declinationem imitantur, vocativo carent, eaque sic declinantur.

Nominat. sing. hic, haec, hoc, *questi*, *e questa.* Genitivo hujus, *di questo*, *ec.* Dativo huic, *a questo*, *ec.* Accusativo hunc, hanc, hoc, *questo ec.* Ablativo ab hoc, hac, hoc, *da questo ec.* Plur. Nominativo hi, hae, haec, *questi*, *e queste.* Genitivo horum, harum, horum, *di questi*, *ec.* Dativo his, *a questi*, *ec.* Accusativo hos, has, haec, *questi ec.* Ablativo ab his, *da questi ec.*

Nominativo sing. iste, ista, istud, vel istuc, *codesto*, *e codesta.* Genitivo istius, *di codesto*, *e di codesta.* Dativo isti. Accusativo istum, istam, istud, vel istuc. Ablativo ab isto, ista, isto. Plur. Nominativo isti, istae, ista, *codesti*, *e codeste.* Genitivo istorum, istarum, istorum. Dativo istis. Accusativo istos, istas, ista. Ablativo ab istis.

Nominativo sing. ille, illa, illud, *quegli*, *e quella.* Genitivo illius. Dativo illi. Accusativo illum, illam, illud. Ablativo ab illo, illa, illo. Plur. Nominativo illi, illae, illa; *quelli*, *e quelle.* Genitivo illorum, illarum, illorum. Dativo illis. Accusativo illos, illas, illa. Ablativo ab illis.

Nominativo sing. ipse, ipsa, ipsum, *esso*, *ed essa.* Genitivo ipsius. Dativo ipsi. Accusativo ipsum, ipsam, ipsum. Ablativo ab ipso, ipsa, ipso. Plur. Nominativo ipsi, ipsae, ipsa, *essi*, *ed esse.* Genitivo ipsorum. ipsarum, ipsorum. Dativo ipsis. Accusativo ipsos, ipsas, ipsa. Ablativo ab ipsis.

Nominativo sing. is, ea, id, *egli*, *ella*, *quello*. Genitivo ejus, *di lui*, *di lei*, *di quello*. Dativo ei, *a lui*, *a lei*, *a quello*. Accusativo eum, eam, id, *lui*, *lei*, *quello*. Ablativo ab eo, ea, eo, *da lui*, *da lei*, *da quello*. Plur. Nominativo ii, eae, ea, *eglino*, *elleno*, *quelle cose*. Genitivo eorum, earum, eorum, *di loro*. Dativo eis, vel iis, *a loro*. Accusativo eos, eas, ea, *loro*. Ablativo ab eis, vel iis, *da loro*.

Nominativo sing. idem, eadem, idem, *il medesimo, e la medesima*. Genitivo ejusdem, *del medesimo, ec.* Dativo eidem. Accusativo eumdem, eamdem, idem. Ablativo ad eodem, eadem, eodem. Plur. Nominativo iidem, eaedem, eadem, i *medesimi, e le medesime*. Genitivo eorumdem, earumdem, eorumdem. Dativo eisdem, vel iisdem. Accusativo eosdem, easdem, eadem. Ablativo ab eisdem, vel iisdem.

SCHOLION

I. Ipsud *non dicimus sicut* istud, *et* illud, *propterea quod olim non* ipse, *sed* ipsus, ipsa, ipsum *dicebant: sicut bonus, a, um, ut saepe apud Terent. verum* ipsus, *ab usu recessit*, ipsum *remansit. Rhemn. Palaem. c. de Pronom. Diomed. lib. 1. cap. de Pronom.*

II. Ei, *et* eidem *nominandi casus numero multitudinis merito a Diomede, et Donato praetermissi sunt; quamvis a Prisciano non omnino rejiciantur.*

III. Dativus, et ablativus *iisdem* molto usitatior est, quam *eisdem*. Hoc enim Donatus, ac Diomedes vix probant: Cicero vix utitur. *Vide Cic. in Or. a med.*

PRONOMINA DERIVATA

Meus, mea, meum; tuus, tua, tuum; suus, sua, suum; noster, nostra, nostrum; vester, vestra, vestrum declinantur ut nomina adjectiva primae, et secundae declinationis.

Nominativo meus, mea, meum, *mio, e mia*. Genitivo mei, meae, mei. Dativo meo, meae, meo. Accusativo meum, meam, meum. Vocativo o mi, mea, meum. Ablativo a meo, mea, meo. Plur. Nom. mei, meae, mea, *miei, e mie*. Gen. meorum, mearum, meorum. Dat. meis. Accusativo meos, meas, mea. Voc. o mei, meae, mea. Abl. a meis.

Haec tria vocativo carent.

Tuus, tua, tuum; suus, sua, suum; vester, vestra, vestrum. *At* noster, nostra, nostrum, *vocativum habet*, o noster, nostra, nostrum.

Nostras, *et* vestras, *pronomina adjectiva omnis generis, declinantur ut pronomina adjectiva tertiae declinationis.*

Nominativo hic, et haec, et hoc nostras, *del nostro paese*, *patria*, *o setta.* Genitivo nostratis. Dativo nostrati. Accusativo nostratem, et nostras. Vocativo o nostras. Ablativo a nostrate, vel nostrati. Plur. Nominativo nostrates, et nostratia. Genitivo nostratium. Dativo nostratibus. Accusativo nostrates, et nostratia. Vocativo o nostrates, et nostratia. Ablativo a nostratibus.

Hic, et haec, et hoc vestras, *del vostro paese*, *patria*, *o setta.* Vocativo caret.

SCHOLION

Prisci, hic, et haec *nostratis*, *vestratis*, *arpinatis*, *privernatis*, et similia dicebant. Cato I. Origin. apud Prisc. l. 7. Si quis mortuus est *arpinatis*. Neutrum (ut placet grammaticis) desinebat in *e*, *privernate*, etc. Verum eruditius seculum maluit imminutis uti, et una figura omnia complecti genera. Hic, haec, hoc *arpinas* etiam in neutro genere. Liv. l. 8. Eodem anno *privernas* bellum initum. Cic. Att. lib. 16. ep. 8. Flexus est ad iter *arpinas*. Sextus tamen horum casus saepius in *e* desinit; *arpinate*, *privernate*, etc.

Provocabulum, *sive pronomen relativum*, qui, quae, quod, *sic declinabitur.*

Nominativo qui, quae, quod, *il quale*, *e la quale.* Genitivo cujus. *del quale*, *ec.* Dativo cui. Accusativo quem, quam, quod. Ablativo a quo, vel qui, qua, vel qui, quo, vel qui. Plur. Nominativo qui, quae, quae, *i quali*, *e le quali.* Genitivo quorum, quarum, quorum. Dativo queis, vel quibus. Accusativo quos, quas, quae, Ablativo a queis, vel a quibus.

Quis, *provocabulum, sive pronomen interrogativum, sive infinitum*, *sic declinabitur.*

Nominativo quis, vel qui, quae, quod, vel quid, *chi*, *o quale.* Genitivo cujus. Dativo cui. Accusativo quem

quam, quod, vel quid. Ablativo a quo, vel qui, qua, vel qui, quo, vel qui. Plur. Nominativo qui, quae, quae, *chi*, o *quali*. Genitivo quorum, quarum, quorum. Dativo queis, vel quibus. Accusativo quos, quas, quae. Ablativo a queis, vel quibus.

SCHOLION

I. *Quis*, modo interrogativum est. Ter. And. *Quis* hic loquitur? Modo infinitum. Virg. Ecl. 3. Nescio *quis* teneros oculus mihi fascinat agnos.

II. *Qui* nominativus interdum pro *quis* interrogativo ponitur. Cic. pro dom. sua. *Qui* tantus fuit labor? quae simultas? interdum pro *quis* infinito. Ter. And. Act. 5. Nescio *qui* senex modo venit. Sic citat Nonius; sic habent antiquissima manuscripta.

III. Ablativus *qui* est omnis generis, quo utimur postposita praepositione *cum*. Ter. Heaut. Act.5.Sc.2. *Quicum* loquitur filius? Cic. Sulp. l. 4. ep. 1. Nemo est omnium, *quicum* potius mihi, quam tecum communicandum putem. Virg. Æn. 11.

Tum sic expirans, Accam ea aequalibus unam,
Alloquitur; fida ante alias quae sola Camillae,
Quicum partiri curas.

Composita ex provocabulo quis, *cum praecedit.*

Quisnam, *chi mai?* quaenam, quodnam, vel quidnam, cuiusnam, cuinam.

Quispiam, *alcuno*, quaepiam, quodpiam, vel quidpiam, cujuspiam, cuipiam.

Quisquam, *qualcheduno*, quaequam, quodquam, vel quidquam, cujusquam, cuiquam.

Quisque, *ciascuno*, quaeque, quodque, vel quidque, cujusque, cuique.

Quisquis, *qualunque*, quaeque, quidquid, cujuscujus, cuicui, quemquem, quidquid, a quoquo.

Plur. quiqui, quorumquorum, quibusquibus, quosquos a quibusquibus.

SCHOLION

Quisquis, Genit. *cujuscujus*. Lucr. l. 2. Namque in eadem una *cujuscujus* brevitate. Interdum apud Cic. habetur *cuicui*. Ad Att. l. 3. Omnia ad me diligentissime,

cuicui modi sint, scribas. Tuscul. l. 5. extremo. Ubinam melius uti possumus hoc, *cuicui* modi est, otio? Olim enim *quis* genitivum habuit *cui*, Acc. *quemquem*. Ter. Hecyr. Act. 1. Quin spolies, mutiles, laceres, *quemquem* nacta sis. Casus reliqui satis sunt in usu.

Composita ex provocabulo quis, *cum sequitur.*

Aliquis, *alcuno*, aliqua, aliquod, vel aliquid, alicujus, alicui.
Ecquis? *forse alcuno?* ecqua, vel ecquae, ecquod, vel ecquid, eccujus, eccui.
Nequis, *acciocchè non alcuno*, nequa, nequod, vel nequid, necujus, necui.
Si quis, *se alcuno*, si qua, si quod, vel si quid, si cujus, si cui.

Composita ex provocabulo qui.

Quicumque, *qualunque*, quaecumque, quodcumque, cujuscumque, cuicumque.
Quidam, *un certo*, quaedam, quoddam, vel quiddam, cujusdam, cuidam.
Quilibet, *qual si voglia*, quaelibet, quodlibet, vel quidlidet, cujuslibet, cuilibet.
Quivis, *qual si voglia*, quaevis, quodvis, vel quidvis, cujusvis, cuivis.

Quaedam ex supradictis rursus componuntur.

Unusquisque, *ciascheduno*, unaquaeque, unumquodque, vel unumquidque, uniuscujusque, unicuique.
Ecquisnam, *e chi mai?* ecquaenam, ecquodnam, vel ecquidnam.

SCHOLION

Cum provocabulum *quis* sequitur, foeminina singularis numeri et neutra multitudinis pro *ae* diphtongo, fere *a*, admittunt; ut *si quis*, *si qua*. Pl. *si qui*, *si quae*, *si qua*. Cic. tamen frequenter, *ecquae*, foeminino genere, pro *ecqua*, usurpat. ad Att. 7. Quod quaeris, *ecquae* spes pacificationis sit. De fin. 4. *Ecquaenam* fieri possit accessio? Et Acad. 2. seu Lucul. *Ecquae* poterit in agnoscendo esse distinctio? Et Fam. l. 15. ad Cassium, ep. 14. *Si quae* sunt onera tuorum, pro *si qua*.

CAPUT IV.
VERBORUM CONJUGATIO
Verbi *Sum* conjugatio.

Sum *Verbum substantivum*, *modi indicativi*, *temporis praesentis*, *numeri singularis*, *personae primae*, *sic declinabitur*.

Indicativi modi tempus praesens.

Sum, *io sono*. es, *tu sei*. est, *quegli è*, Pl. sumus, *noi siamo*. estis, *voi siete*. sunt, *quelli sono*.

Ita composita adsum, *ades*, *adest*. *Absum*, *abes*, *abest*. *Prosum*, *prodes*, *prodest*. *Desum*, *obsum*, *etc.* Vide infra in Anomalis, cap. 12. schol. 1.

Praet. imperf. eram, *io era*. eras, *tu eri*. erat, *quegli era*. Pl. eramus, *noi eravamo*. eratis, *voi eravate*. erant, *quelli erano*.

Praet. perf. fui, *io fui*, *e sono stato*. fuisti, *tu fosti*, *e sei stato*. fuit, *quegli fu*, *ed è stato*. Pl. fuimus, *noi fummo*, *e siamo stati*. fuistis, *voi foste*, *e siete stati*. fuerunt, vel fuere, *quelli furono*, *e sono stati*.

Praet. plusq. perf. fueram, *io era stato*. fueras, *tu eri stato*. fuerat, *quegli era stato*. Pl. fueramus, *noi eravamo stati*. fueratis, *voi eravate stati*. fuerant, *quelli erano stati*.

Futurum. ero, *io sarò*. eris, *tu sarai*. erit, *quegli sarà*. Pl. erimus, *noi saremo*. eritis, *voi sarete*. erunt, *quelli saranno*.

Futurum exactum, *ex Varronis sententia*.

Fuero, fueris, ut in Conjunctivo, *io sarò stato ec*.

Imperativi modi tempus praesens.

Es, vel esto, *sii tu*. sit, *sia quegli*, Pl. simus, *siamo noi*., este, vel estote, *siate voi*. sint, *siano quelli*

Futurum, sive modus mandativus.

Esto tu, vel eris, *sarai tu*. esto ille, vel erit, *sarà quegli*. Pl. estote, vel eritis, *sarete voi*. sunto, vel erunt, *saranno quelli*.

Optativi modi tempus praesens, et imperf.

Utinam essem, *Iddio volesse*, *che io fossi*. esses, *tu fossi*. esset, *quegli fosse*. Pl. utinam essemus, *Iddio volesse*, *che noi fossimo*. essetis, *voi foste*, essent, *quelli furono*.

Praet. perf. utinam fuerim, *Iddio voglia, che io sia stato.* fueris, *tu sii stato.* fuerit, *quegli sia stato.* Pl. utinam fuerimus, *Iddio voglia, che noi siamo stati.* fueritis, *voi siate stati.* fuerint, *quelli siano stati.*

Praet. plusq. perf. utinam fuissem, *Iddio volesse, che io fossi stato.* fuisses, *tu fossi stato.* fuisset, *quegli fosse stato.* Pl. utinam fuissemus, *Iddio volesse, che noi fossimo stati.* fuissetis, *voi foste stati.* fuissent, *quelli fossero stati.*

Futurum. utinam sim, *Iddio voglia, che io sia.* sis, *tu sii.* sit, *quegli sia.* Pl. utinam simus, *Iddio voglia, che noi siamo.* sitis, *voi siate.* sint, *quelli siano.*

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum sim, *Conciossiachè io sia, o essendo io.* sis, *tu sii, o essendo tu.* sit, *quegli sia, o essendo quegli.* Pl. cum simus, *conciossiachè noi siamo, o essendo noi.* sitis, *voi siate, o essendo voi.* sint, *quelli siano, o essendo quelli.*

Praet. imperf. cum essem, *conciossiachè io fossi, e sarei, o essendo io.* esses, *tu fossi, saresti, o essendo tu.* esset, *quegli fosse, e sarebbe, o essendo quegli.* Pl. cum essemus, *conciossiachè noi fossimo, e saremmo, o essendo noi.* essetis, *voi foste, e sareste, o essendo voi.* essent, *quelli fossero, e sarebbono, o essendo quelli.*

Praet. perf. cum fuerim, *conciossiachè io sia stato, o essendo io stato.* fueris, *tu sii stato, o essendo tu stato.* fuerit, *quegli sia stato, o essendo quegli stato.* Pl. cum fuerimus, *conciossiachè noi siamo stati, o essendo noi stati.* fueritis, *voi siate stati, o essendo voi stati.* fuerint, *quelli sieno stati, o essendo quelli stati.*

Praet. plusq. perf. cum fuissem, *conciossiachè io fossi stato, e sarei stato, o essendo io stato.* fuisses, *tu fossi, e saresti stato, o essendo tu stato.* fuisset, *quegli fosse, e sarebbe stato, o essendo quegli stato.* Pl. cum fuissemus, *conciossiacche noi fossimo, e saremmo stati, o essendo noi stati.* fuissetis, *voi foste, e sareste stati, o essendo voi stati.* fuissent, *quelli fossero, e sarebbono stati, o essendo quelli stati.*

Futurum. cum fuero, *quando io sarò, e sarò stato.* fueris, *tu sarai, e sarai stato.* fuerit *quegli sarà, e*

sarà stato. Pl. cum fuerimus, *quando noi saremo, e saremo stati.* fueritis, *voi sarete, e sarete stati.* fuerint, *quelli saranno, e saranno stati.*

ADMONITIO

De potentiali, ac permissivo modo agemus c. 9. Sch. 8. Nunc praeceptores monitos volumus, ut saltem primas horum personas (quamvis primae permissivi modi parum usitatae sint) cum italica interpretatione memoriae mandare discipulos patiantur. Quod si paulo difficiliores videantur, provectioribus reserventur, quam ob causam diversis characteribus exspressi sunt.

Potentialis modi tempus praesens.

Sim? *che io sia, che io abbia da essere? ovvero; che io possa, debba, o voglia essere?*

Praet. imperf. Essem? *che io sarei, potrei, dovrei, o vorrei io essere? ovvero poteva, doveva, o voleva io essere?*

Praet. perf. fuerim? *che io sia stato, ovvero che io abbia potuto, dovuto, o voluto essere?*

Praet plusq. perf. fuissem? *che io sarei stato, avrei io potuto, dovuto, o voluto essere? ovvero poteva, doveva, o voleva io essere stato?*

Futurum fuerim? *sarò io per essere, ovvero potrò, dovrò, o vorrò io essere?*

Hae voces sim, essem? etc. cum interrogatione fere semper pronunciandae sunt: che io sia? che io potrei essere? *Latina exempla ex Scholio 8. c. 9. petenda sunt.*

Permissivi, seu concessivi modi tempus praesens.

Sim, *io sia, posto che io sia, ancorchè io sia.*

Praet impef. Essem. *io mi fossi, posto che io fossi, ancorchè io fossi.*

Praet. perf. fuerim, *io mi sia stato, posto che io sia stato, ancorchè io sia stato.*

Praet. plusq. perf. fuissem, *io mi fossi stato, posto che io fossi stato, ancorchè io fossi stato.*

Futurum, fuero, *io abbia da essere, posto che io abbia da essere, ancorchè io abbia da essere, o sia da essere.*

Infiniti modi tempus praesens.

Esse, *esserè, e che io sono, che tu sei, quegli è.* Pl. *noi siamo, voi siete, quelli sono.*

Praet. imperf. esse, *essere*, *e che io era*, *e fossi*; *tu eri*, *e fossi*; *quegli era*, *e fosse*. Pl. *noi eravamo*, *e fossimo*; *voi eravate*, *e foste*; *quelli erano*, *e fossero*.

Praet perf. fuisse, *essere stato*, *e che io fui*, *e sono stato*; *tu fosti*, *e sei stato*; *quegli fu*, *ed è stato*. Pl. *essere stati*, *e che noi fummo*, *e siamo stati*; *voi foste*, *e siete stati*; *quelli furono*, *e sono stati*.

Praet. plusq. perf. fuisse, *essere stato*, *e che io era stato*, *e fossi stato*; *tu eri stato*, *e fossi stato*; *quegli era stato*, *e fosse stato*. Pl. *essere stati*, *e che noi eravamo stati*, *e fossimo stati*; *voi eravate stati*, *e foste stati*; *quelli erano stati*, *e fossero stati*.

Futurum, fore, vel futurum, am, um esse, *dovere essere*; *e che io ho*, *tu hai*, *quegli ha da essere*; *e che io sarò*, *e sarei*; *tu sarai*, *e saresti*; *quegli sarà*, *e sarebbe*. Pl. fore, vel futuros, as, a esse, *dovere essere*; *e che noi abbiamo*, *voi avete*, *quelli hanno da essere*; *e che noi saremo*, *e saremmo*; *voi sarete*, *e sareste*; *quelli saranno*, *e sarebbono*.

Futur. praet. mixt. Futurum, am, um fuisse, *aver dovuto essere*; *e che io sarei stato*, *tu saresti stato*, *qnegli sarebbe stato*. Pl. futuros, as, a fuisse, *aver dovuto essere*; *e che noi saremmo stati*, *voi sareste stati*, *quelli sarebbero stati*.

Particip. futuri temporis. futurus, a, um, *che sarà*, *ovvero che ha da essere*.

CAPUT V.

PRIMA CONJUGATIO AMO.

Amo *verbum activum*, *modi indicativi*, *temporis praesentis*, *numeri singularis*, *personae primae*, *conjugationis primae*, *sic declinabitur*.

Indicativi modi tempus praesens.

Amo, *io amo*. amas, *tu ami*. amat, *quegli ama*. Pl. amamus, *noi amiamo*. amatis, *voi amate*. amant, *quelli amano*.

Praeter. imperf. amabam, *io amava*. amabas, *tu amavi*. amabat, *quegli amava*. Pl. amabamus, *noi amavamo*. amabatis, *voi amavate*. amabant, *quelli amavano*.

Amas, s *mutata in* bam, *fit* amabam, *sic* docebam,

Praet. perf. amavi, *io amai*, *ed ho amato.* amavisti, *tu amasti*, *ed hai amato.* amavit, *quegli amò*, *ed ha amato.* Pl. amavimus, *noi amammo*, *ed abbiamo amato.* amavistis, *voi amaste*, *ed avete amato.* amaverunt, vel amavere, *quelli amarono ed hanno amato.*

Praet. plusq. perf. amaveram, *io aveva amato.* amaveras, *tu avevi amato.* amaverat, *quegli aveva amato.* Pl. amaveramus, *noi avevamo amato.* amaveratis, *voi avevate amato.* amaverant, *quelli avevano amato.*

Amavi, i *mutata in* e, *et addita* ram, *fit* amaveram; *sic in ceteris conjugationibus.*

Futur. amabo, *io amerò.* amabis, *tu amerai.* amabit, *quegli amerà.* Pl. amabimus, *noi ameremo.* amabitis, *voi amerete.* amabunt, *quelli ameranno.*

Amas, s *in* bo, *fit* amabo; *sic* docebo.

Futurum exactum, *ex Varronis sententia.*

Amavero, ris, ut in conjunctivo, *io avrò amato.*

ADMONITIO

Discant pueri, dum verbum inflectunt per omnium temporum personas locutiones ejusmodi. Amo modestiam tuam. Amas m. t. Amabam m. t. Amavi. m. t. *vel* amo te propter singularem modestiam tuam. Amabam te propter s, m. t. *etc. Neque primas, vel secundas personas pronominum exprimant, doceanturque latinos id raro facere.*

Imperativi modi tempus praesens.

Ama, vel amato, *ama tu.* amet, *ami quegli.* Pl. amemus, *amiamo noi.* amate, vel amatote, *amate voi.* ament, *amino quelli.*

Amas, *ablata* s, *fit* ama: *eodem modo*, doce, audi.

Futurum, sive modus mandativus.

Amato tu, vel amabis, *amerai tu.* amato ille, vel amabit, *amerà quegli.* Pl. amatote vos, vel amabitis, *amerete voi.* amato illi, vel amabunt, *ameranno quelli.*

Amat, *addita* o, amato: *sic in ceteris conjugationibus.*

Optativi modi tempus praesens, et imperf.

Utinam amarem, *Iddio volesse che io amassi.* amares, *tu amassi.* amaret, *quegli amasse.* Pl. utinam amaremus, *Iddio volesse che noi amassimo.* amaretis, *voi amaste.* amarent, *quelli amassero.*

Ama, *addita* rem. *Ab eadem persona imperativi fiunt* docerem, legerem, audirem, *addita* rem.

Praet. perf. utinam amaverim, *Iddio voglia, che io abbia amato.* amaveris, *tu abbi amato.* amaverit, *quegli abbia amato*, Pl. utinam amaverimus, *Iddio voglia, che noi abbiamo amato.* amaveritis, *voi abbiate amato.* amaverint, *quelli abbiano amato.*

Amavi, i *in* e, *et addita* rim, *fit* amaverim; *sic in aliis.*

Praet. plusq. perf. utinam amavissem, *Iddio volesse, che io avessi amato.* amavisses, *tu avessi amato.* amavisset, *quegli avesse amato.* Pl. utinam amavissemus, *Iddio volesse, che noi avessimo amato.* amavissetis, *voi aveste amato.* amavissent, *quelli avessero amato.*

Amavi, *addita* s, *et* sem; *sic in ceteris.*

Futurum. utinam amem, *Iddio voglia, che io ami.* ames, *tu ami.* amet, *quegli ami.* Pl. utinam amemus, *Iddio voglia, che noi amiamo.* amètis, *voi amiate.* ament, *quelli amino.*

Coujunctivi modi tempus praesens.

Cum amem, *conciossiachè io ami, o amando io.* ames, *tu cmi.* amet, *quegli ami.* Pl. cum amemus, *conciossiachè, noi amiamo, o amando noi,* ametis, *voi amiate.* ament, *quelli amino.*

Praet. imperf. cum amarem, *conciossiachè io amassi, ed amerei, o amando io.* amares, *tu amassi, ed ameresti, o amando tu.* amaret, *quegli amasse, ed amerebbe, o amando quegli.* Pl. cum amaremus, *conciossiachè noi amassimo, ed ameremmo, o amando noi.* amaretis, *voi amaste, ed amereste, o amando voi.* amarent, *quelli amassero, ed amerebbono, o amando quelli.*

Praet. perf. cum amaverim, *conciossiachè io abbia amato, o avendo io amato.* amaveris, *tu abbi amato.* amaverit, *quegli abbia amato.* Pl. cum amaverimus, *conciossiachè noi abbiamo amato, o avendo noi amato.* amaveritis, *voi abbiate amato.* amaverint, *quelli abbiano amato.*

Praet. plusq. perf. cum amavissem, *conciossiachè io avessi, ed avrei amato, o avendo io amato.* amavisses, *te avessi, ed avresti amato.* amavisset, *quegli avesse, ed avrebbe amato.* Pl. cum amavissemus, *conciossiachè noi avessimo, ed avremmo amato, o avendo noi amato.* amavissetis, *voi aveste, ed avreste amato.* amavissent, *quelli avessero, ed avrebbero amato.*

Futurum. cum amavero, *quando io amerò; ed avrò amato.* amaveris, *tu amerai, ed avrai amato.* amaverit, *quegli amerà, ed avrà amato.* Pl. cum amaverimus, *quando noi ameremo, ed avremo amato.* amaveritis, *voi amerete, ed avrete amato.* amaverint, *quelli ameranno, ed avranno amato.*

ADMONITIO

Curet praeceptor, ut pueri in declinandis verbis non solum cum *particulam, sed alias etiam, quas infra cap.* 9. *schol.* 5. *invenies, modo subjunctivo praeponant.* Si amem, *se io ami.* Quamvis docerem, *benchè io insegnassi.* Nisi legissem, *se io non avessi letto.* Dum faciam, *purchè io faccia. Quà ratione fiet, ut et propria materna lingua voces latinas reddant, et ad syntaxim paulatim instituantur.*

Potentialis modi tempus praesens.

Amem? *che io ami? che io abbia da amare? ovvero che io possa, debba, o voglia amare?*

Praet. imperf. amarem? *che io amerei? potrei, dovrei, o vorrei io amare? ovvero poteva, doveva, o voleva io amare?*

Praet. perf. amaverim? *che io abbia amato, ovvero che io abbia potuto, dovuto, o voluto amare?*

Praet. plusq. perf. amavissem? *che io avrei amato, avrei io potuto, dovuto, o voluto amare? ovvero poteva, doveva, o voleva io avere amato?*

Futurum. amaverim? *amerò io? sarò io per amare? ovvero potrò, dovrò, o vorrò io amare?*

Permissivi, sive concessivi modi tempus praesens.

Amem, *io ami, e posto che io ami, ancorchè io ami.*

Praet. imperf. amarem, *io amassi, posto che io amassi, ancorchè io amassi.*

Praet. perf. amaverim, *io abbia amato, posto che io abbia amato, ancorchè io abbia amato.*

Praet. plusq. perf. amavissem, *io avessi amato, posto che io avessi amato, ancorchè io avessi amato.*

Futurum. amavero, *posto che io abbia da amare, ancorchè io abbia da amare.*

Infiniti modi tempus praesens.

Amare, *amare, e che io ami, tu ami, quegli ama. Pl. noi amiamo, voi amate, quelli amano.*

Praeter. imperf. amare, *amare, e che io amava, ed amassi; tu amavi, ed amassi; quegli amava, ed amasse* Pl. *che noi amavamo, ed amassimo; voi amavate, ed amaste; quelli amavano, ed amassero.*

Ama, *addita* re, *fit* amare; *sic* docere, legere, audire.

Praet. perf. amavisse, *avere amato, e che io amai, ed ho amato; tu amasti, ed hai amato; quegli amò, ed ha amato.* Pl. *che noi amammo ed abbiamo amato; voi amaste, ed avete amato; quelli amarono, ed hanno amato.*

Praet. plusq. perf. amavisse, *avere amato, e che io aveva, ed avessi amato; tu avevi, ed avessi amato; quegli aveva ed avesse amato.* Pl. *che noi avevamo, ed avessimo amato; voi avevate, ed aveste amato; quelli avevano, ed avessero amato.*

Amavi *addita* sse, *fit* amavisse, *sic* docuisse, legisse, audivisse.

Futurum. amaturum, am, um esse, *dovere amare, e che io amerò, ed amerei; tu amerai, ed ameresti: quegli amerà, ed amerebbe: ovvero che io ho, tu hai, quegli ha da amare.* Pl. amaturos, as, a esse, *dovere amare, e che noi ameremo, ed ameremmo; voi amerete, ed amereste; quelli ameranno, ed amerebbono: ovvero che noi abbiamo, voi avete, quelli hanno da amare.*

Futurum praeter. mixt. amaturum, am, um, fuisse, *aver dovuto amare, e che io avrei, tu avresti, quegli avrebbe amato.* Pl. amaturos, as, a fuisse, *aver dovuto amare, e che noi avremmo, voi avreste, quelli avrebbono amato.*

Gerundia. amandi, *di amare, o per amare, e di essere, e per essere amato.*

Amando, *amando, ed essendo amato.*

Amandum, *ad amare, e ad essere amato.*

Amans, amantis, tis, *in* di, do, dum; *sic in ceteris.*

Supina, amatum, *ad amare, o per amare.*

Amatu, *da amarsi, ovvero da essere amato.*

Participia declinationis activae.

Praes. et imperf. amans, amantis, *uomo, donna, cosa che ama, e amava.*

Amabam, bam *mutata in* ns; *sic in ceteris.*

Futurum. amaturus, ra, rum *uomo*, *donna*, *cosa*, *che amerà*, *o che ha da amare*, *o è per amare*.

Amatum, *m mutata in* rus; *cetera eodem modo*.

ADMONITIO

Formavimus hoc participium a priore supino, propter verba neutra, quae posteriore carent.

Doceant magistri pueros, participia futuri temporis tum activa, tum passiva verbo substantivo conjungere, ne semper verbo *debeo*, quod illis familiarissimum est, utantur. *Sum amaturus*, *es amaturus*: etc. pro *debeo amare*, *debes*, etc. *amaturus eram*, *eras*, pro *debeo*, *debes amari*. *amandus eram*, *eras*, pro *debebam*, *debebas amari*. etc. V. Rudim. c. 14. Schol. 8. particip.

AMOR VERBUM PASSIVUM
sic declinabitur.

Indicativi modi tempus praesens.

Amor, *io sono amato*. amaris, vel amare, *tu sei amato*. amatur, *quegli è amato*. Pl. amamur, *noi siamo amati*. amamini, *voi siete amati*. amantur, *quelli sono amati*.

Amo, *addita* r; *cetera eodem modo*.

Praet. imperf. amabar, *io era amato*. amabaris, vel amabare, *tu eri amato*. amabatur, *quegli era amato*. Pl. amabamur, *noi eravamo amati*. amabamini, *voi eravate amati*. amabantur, *quelli erano amati*.

Amabam, am *mutata in* r; *sic in ceteris*.

Praet. perf. amatus, amata amatum sum, vel fui, *io fui*, *e sono stato amato*. amatus, ta, um es, vel fuisti, *tu fosti*, *e sei stato amato*. amatus, ta, tum est, vel fuit, *quegli fu*, *ed è stato amato*. Pl. amati, amatae, amata sumus, vel fuimus, *noi fummo*, *e siamo stati amati*. amati, tae, ta estis, vel fuistis, *voi foste*, *e siete stati amati*. amati, tae, ta sunt, seu fuerunt, vel fuere, *quelli furono*, *e sono stati amati*.

Amatu, *addita* s: *sic in ceteris*.

Praet plusq. perf. amatus, amata, amatum eram, vel fueram, *io era stato amato*. amatus, ta, tum eras, vel fueras, *tu eri stato amato*. amatus, ta, tum erat, vel fuerat, *quegli era stato amato*. Pl. amati, amatae, amata

eramus, vel fueramus. *noi eravamo stati amati.* amati, tae, ta eratis, vel fueratis, *voi eravate stati amati.* amati, tae, ta erant, vel fuerant, *quelli erano stati amati.*

Futurum. Amabor, *io sarò amato.* amaberis, vel amabere, *tu sarai amato.* amabitur, *quegli sarà amato.* Pl. amabimur, *noi saremo amati.* amabimini, *voi sarete amati.* amabuntur, *quelli saranno amati.*

Amabo, *addita* r; *sic* docebor.

Futur. exactum, *ex sententia Varronis.*

Amatus, ta, tum ero, vel fuero, *io sarò stato amato.*

Imperativi modi tempus praesens..

Amare, vel amator, *sii tu amato.* ametur, *sia quegli amato.* Pl. amemur, *siamo amati noi.* amamini, vel amaminor, *siate amati voi.* amentur, *siano amati quelli.*

Ama *addita* re: amato, *addita* r; *sic in ceteris.*

Futurum, sive modus mandativus.

Amator tu, amaberis, vel amabere, *sarai amato tu.* amator ille, vel amabitur, *sarà amato quegli.* Pl. amaminor, vel amabimini, *sarete amati voi.* amantor, vel amabuntur, *saranno amati quelli.*

Optativi modi tempus praes. et imperf.

Utinam amarer, *Iddio volesse, che io fossi amato.* amareris, vel amarere, *tu fossi amato.* amaretur, *quegli fosse amato.* Pl. Utinam amaremur, *Iddio volesse, che ~~noi~~ fossimo amati.* amaremini, *voi foste amati.* amarentur, *quelli fossero amati.*

Praet.perf. utinam amatus, amata, amatum sim, vel fuerim, *Iddio voglia, che io sia stato amato.* amatus, ta, tum sis, vel fueris, *tu sii stato amato.* amatus, ta, tum sit, vel fuerit, *quegli sia stato amato.* Pl. utinam amati, tae, ta simus, vel fuerimus, *Iddio voglia, che noi siamo stati amati.* amati, tae, ta sitis, vel fueritis, *voi siate stati amati.* amati, tae, ta sint, vel fuerint, *quelli siano stati amati.*

Praet. plusq. perf. utinam amatus, amata, amatum essem, vel fuissem, *Iddio volesse, che io fossi stato amato.* amatus, ta, tum esses, vel fuisses, *tu fossi stato amato.* amatus, ta, tum esset, vel fuisset, *quegli fosse stato amato.* Pl. utinam amati, tae, ta essemus, vel fuissemus, *Iddio voglia, che noi fossimo stati amati.* amati, tae, ta essetis, vel fuissetis, *voi foste stati amati.* amati, tae, ta essent, vel fuissent, *quelli fossero stati amati.*

Futurum. utinam amer, *Iddio voglia, che io sia amato.* ameris, vel amere, *tu sii amato.* ametur. *quegli sia amato.* Pl. utinam amemur, *Iddio voglia, che noi siamo amati.* amemini, *voi siate amati.* amentur, *quelli siano amati.*

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum amer, *conciossiachè io sia amato, o essendo io amato.* ameris, vel amere, *tu sii amato, o essendo tu amato.* ametur, *quegli sia amato, o essendo quegli amato.* Pl. cum amemur, *conciossiachè noi siamo amati, o essendo noi amati.* amemini, *voi siate amati, o essendo voi amati.* amentur, *quelli siano amati, o essendo quelli amati.*

Praet. imperf. cum amarer, *conciossiachè io fossi, e sarei amato, o essendo io amato.* amareris, vel amarere, *tu fossi, e saresti amato, o essendo tu amato.* amaretur *quegli fosse, e sarebbe amato, o essendo quegli amato.* Pl. cum amaremur, *conciossiachè noi fossimo, e saremmo amati, o essendo noi amati.* amaremini, *voi foste, e sareste amati, o essendo voi amati.* amarentur, *quelli fossero, e sarebbono amati, o essendo quelli amati.*

Praet. perf. cum amatus, amata, amatum sim, vel fuerim, *conciossiachè io sia stato amato, o essendo io stato amato.* amatus, ta, tum sis, vel fueris, *tu sii stato amato.* amatus, ta, tum sit, vel fuerit, *quegli sia stato amato.* Pl. cum amati, ae, ta simus, vel fuerimus, *conciossiachè noi siamo stati amati, o essendo noi stati amati.* amati, tae, ta sitis, vel fueritis, *voi siete stati amati.* amati, tae, ta sint, vel fuerint, *quelli siano stati amati.*

Praet. plusq.perf. cum amatus, amata, amatum essem, vel fuissem, *conciossiachè io fossi stato, e sarei stato amato, o essendo io stato amato.* amatus, ta, tum esses, vel fuisses, *tu fossi, e saresti stato amato.* amatus, ta, tum esset, vel fuisset; *quegli fosse, e sarebbe stato amato.* Pl. cum amati, tae, ta essemus, vel fuissemus, *conciossiachè noi fossimo, e saremmo stati amati, o essendo noi stati amati.* amati, tae, ta essetis, vel fuissetis, *voi foste, e sareste stati amati,* amati, tae, ta essent, vel fuissent, *quelli fossero, e sarebbono stati amati.*

Futur. cum amatus, amata, amatum ero, vel fuero, *quando io sarò amato, e sarò stato amato.* amatus, ta, tum, eris, vel fueris, *tu sarai amato, e sarai stato amato.* amatus, a, tum erit, vel fuerit, *quegli sarà amato, e sarà stato amato.* Pl. cum amati, tae, ta erimus, vel fuerimus, *quando noi saremo amati, e saremo stati amati.* amati, tae, ta eritis, vel fueritis, *voi sarete amati, e sarete stati amati.* amati, tae, ta erunt, vel fuerint, *quelli saranno amati, e saranno stati amati.*

Potentialis modi tempus praesens.

Amer? *che io sia amato? che io abbia da essere amato? ovvero che io possa, debba, o voglia essere amato?*

Praet. imperf. amarer? *sarei io amato? potrei, dovrei, o vorrei io essere amato? ovvero poteva, doveva, o voleva io essere amato?*

Praet. perf. amatus, ta, tum sim, vel fuerim? *che io sia stato amato? ovvero che io abbia potuto, dovuto, o voluto essere amato?*

Praet. plusq. perf. amatus, amata, amatum essem vel fuissem? *che io sarei stato amato? avrei io potuto, dovuto, o voluto essere stato amato? ovvero poteva, doveva, o voleva io essere stato amato?*

Futur. amatus, ta, tum sim, vel fuerim? *sarò io per essere amato? ovvero potrò, dovrò, o vorrò io esser amato?*

Permissivi, sive concessivi modi tempus praesens.

Amer, *io sia amato, posto che io sia amato, ancorchè io sia amato.*

Praet. imperf. amarer, *io fossi amato, posto che io fossi amato, ancorchè io fossi amato.*

Praet. perf. amatus, ta, tum sim, vel fuerim, *io sia stato amato, posto che io sia stato amato, ancorchè io sia stato amato.*

Praet. plusq. perf. amatus, ta, tum essem, vel fuissem, *io fossi stato amato, posto che io fossi stato amato, ancorchè io fossi stato amato.*

Futur. amatus, ta, tum ero, vel fuero, *io abbia da essere amato, posto che io abbia da essere amato, ancorchè io abbia da esser amato.*

Infiniti modi tempus praesens.

Amari, *essere amato, e che io sono, tu sei, quegli è*

amato. Pl. *essere amati, e che noi siamo, voi siete, quelli sono amati.*

Praet. imperf. amari, *essere amato, e che io era, e fossi amato; tu eri, e fossi amato; quegli era e fosse amato.* Pl. *essere amati, e che noi eravamo, e fossimo amati; voi eravate, e foste amati; quelli erano, e fossero amati.*

Amare, e *in* i, *sic* doceri, audiri.

Praet. perf. amatum, am, um esse, vel fuisse, *essere stato amato, e che io fui, e sono stato amato; tu fosti, e sei stato amato; quegli fu, ed è stato amato.* Pl. amatos, as, a esse vel fuisse, *essere stati amati, e che noi fummo, e siamo stati amati; voi foste, e siete stati amati; quelli furono, e sono stati amati.*

Praet. plusq. perf. amatum, am, um esse, vel fuisse, *essere stato amato, e che io era, e fossi stato amato, tu eri, e fossi stato amato; quegli era, e fosse stato amato.* Pl. amatos, as, a esse, vel fuisse, *essere stati amati, e che noi eravamo, e fossimo stati amati; voi eravate, e foste stati amati; quelli erano, e fossero stati amati,*

Futurum. amatum iri, vel amandum, am, um esse, *dovere essere amato, e che io sarò, e sarei, ovvero ho da essere amato; tu sarai, e saresti, o hai da essere amato; quegli sarà, e sarebbe, o ha da essere amato.* Pl. Amatum iri, vel amandos, as, a esse, *dovere essere amati, e che noi saremo, e saremmo, o abbiamo da essere amati; voi sarete, e sareste, o avete da essere amati; quelli saranno, e sarebbono, o hanno da essere amati.*

Futur. praet. mixt. amandum, am, um fuisse, *aver dovuto essere amato, e che io sarei, tu saresti, quegli sarebbe stato amato.* Pl. Amandos, as, a fuisse, *aver dovuto essere amati, e che noi saremmo, voi sareste, quelli sarebbono stati amati.*

Participia declinationis passivae.

Praet. perf. et plusq. perf. amatus, a, um, *uomo, donna, cosa, che è stata, o era stata amata.*

Amatu, *addita* s; *cetera eodem modo.*

Futurum. amandus, da, dum, *uomo, donna, cosa, che ha da essere amata.*

Amans, amantis, tis *in* dus, da, dum; *sic in ceteris.*

CAPUT VI.

SECUNDA CONJUGATIO DOCEO.

Doceo, *verbum activum*, *modi indicativi*, *temporis praesentis*, *numeri singularis*, *personae primae*, *conjugationis secundae*, *sic declinabitur*.

Indicativi modi tempus praesens.

Doceo, *io insegno*, doces, docet. Pl. docemus, *noi insegniamo*, docetis, docent.

Praet. imperf. docebam, *io insegnava*, docebas, docebat. Pl. docebamus, docebatis, docebant.

Praet. perf. docui, *io insegnai*, *ed ho insegnato*, docuisti, docuit. Pl. docuimus, docuistis, docuerunt, vel docuere.

Praet. plusq. perf. docueram, *io aveva insegnato*, docueras, docuerat. Pl. docueramus, docueratis, docuerant.

Futurum. docebo, *io insegnerò*, docebis, docebit, Pl. docebimus, docebitis, docebunt.

Imperativi modi tempus praesens.

Doce, vel doceto, *insegna tu*, doceat. Pl. doceamus, docete, vel docetote, doceant.

Futurum, sive modus mandativus.

Doceto tu, vel docebis, *insignerai tu*, doceto ille, vel docebit. Pl. docetote vos, vel docebitis, docento illi vel docebunt.

Optativi modi tempus praes. et imperf.

Utinam docerem, *Iddio volesse*, *che io insegnassi*, doceres, doceret. Pl. utinam doceremus, doceretis, docerent.

Praet. perf. utinam docuerim, *Iddio voglia che io abbia insegnato*, docueris, docuerit. Pl. utinam docuerimus, docueritis, docuerint.

Praet. plus. perf. utinam docuissem, *Iddio volesse*, *che io avessi insegnato*, docuisses, docuisset. Pl. utinam docuissemus, docuissetis, docuissent.

Futur. utinam doceam, *Iddio voglia*, *che io insegni*, doceas, doceat. Pl. utinam doceamus, doceatis, doceant.

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum doceam, *conciossiachè insegni*, o *insegnando io*, doceas, doceat. Pl. cum doceamus, doceatis, doceant.

Doceo, o in am; sic legam, audiam.

Praet. imperf. cum docerem, *conciossiachè io insegnassi, o insegnerei, o insegnando io*, doceres, doceret. Pl. cum doceremus, doceretis, docerent.

Praet. perf. cum docuerim, *conciossiachè io abbia insegnato, o avendo io insegnato*, docueris, docuerit. Pl. cum docuerimus, docueritis, docuerint.

Praet. plusq. perf. cum docuissem, *conciossiachè io avessi, ed avrei insegnato, o avendo io insegnato*, docuisses, docuisset. Pl. cum docuissemus, docuissetis, docuissent.

Futurum. cum docuero, *quando io insegnerò, ed avrò insegnato*, docueris, docuerit. Pl. cum docuerimus, docueritis, docuerint.

Potentialis modi tempus praesens.

Doceam? *che io insegni? che io abbia da insegnare? ovvero che io possa, debba, o voglia insegnare?*

Praet. imperf. docerem? *che io insegnerei, potrei, dovrei, o vorrei insegnare? ovvero poteva, doveva, o voleva io insegnare?*

Praet. perf. docuerim? *che io abbia insegnato? ovvero che io abbia potuto, dovuto, o voluto insegnare?*

Praet. plusq. perf. docuissem? *che io avrei insegnato? avrei io potuto, dovuto, o voluto insegnare? ovvero poteva, doveva, o voleva io, avere insegnato?*

Futurum. docuerim? *insegnerò io? sarò per insegnare? ovvero potrò, dovrò, o vorrò io insegnare?*

Permissivi, sive concessivi modi tempus praesens.

Doceam, *io insegni, posto che io insegni, ancorchè io insegni.*

Praet. imperf. docerem, *io insegnassi, posto che io insegnassi, ancorchè io insegnassi.*

Praet. perf. docuerim, *io abbia insegnato, posto che io abbia insegnato, ancorchè io abbia insegnato.*

Praet. plus. perf. docuissem, *io avessi insegnato, posto che io avessi insegnato, ancorchè io avessi insegnato.*

Futurum docuero, *posto che io abbia da insegnare, o sia per insegnare, ancorchè io abbia da insegnare.*

Infiniti modi tempus praesens.

Docere, *insegnare, che io insegno, tu insegni*, ec. Pl. *che noi insegniamo, che voi insegnate, quelli insegnano.*

Praet. imperf. docere, *insegnare, e che io insegnava, ed insegnassi; tu insegnavi, ed insegnassi*; ec. Pl. *che noi insegnavamo, ed insegnassimo; voi insegnavate*, ec.

Praet. perf. docuisse, *avere insegnato, e che io insegnai, ed ho insegnato; tu insegnasti, ed hai insegnato quegli insegnò*, ec. Pl. *che noi insegnammo, ed abbiamo insegnato, voi insegnaste*, ec.

Praet. plusq. perf. docuisse, *avere insegnato, e che io aveva, ed avessi insegnato; tu avevi, ed avessi* ec. Pl. *che noi avevamo, ed avessimo insegnato; voi* ec.

Futur. docturum, am, um esse, *dovere insegnare, e che io insegnerò, o insegnerei; tu insegnerai, e insegneresti; quegli*, ec. *ovvero che io ho da insegnare; tu hai* ec. Pl. docturos, as, a esse, *dovere insegnare, che noi insegneremo, o insegneremmo; voi* ec. *ovvero che noi abbiamo da insegnare; voi avete*, ec.

Futur. praet. mixt. docturum, am, um fuisse, *aver dovuto insegnare, e che io avrei, tu avresti, quegli avrebbe insegnato*. Pl. docturos, as, a fuisse, *aver dovuto insegnare, e che noi avremmo insegnato* ec.

Gerundia. Docendi, *d' insegnare, o per insegnare, di essere, o per essere insegnato.*

Docendo, *insegnando, o essendo insegnato.*

Docendum, *ad insegnare, e ad esser insegnato.*

Supina. doctum, *ad insegnare, o per insegnare.*

Doctu, *da insegnare, o da essere insegnato.*

Participia declinationis activae.

Praes. et imperf. docens, docentis, *uomo, donna, cosa, che insegna, o insegnava.*

Futurum. docturus, a, um, *uomo, donna, cosa, che insegnerà, o ha da insegnare, o è per insegnare.*

DOCEOR VERBUM PASSIVUM sic declinabitur.

Indicativi modi tempus praesens.

Doceor, *mi è insegnato*. doceris, vel docere, *ti è insegnato*. docetur, *è a quello insegnato*. Pl. docemur, *ci è insegnato*. docemini, docentur.

Praet. imperf. docebar, *mi era insegnato*, docebaris, vel docebare: docebatur. Pl. docebamur, *ci era insegnato.* docebamini, docebantur.

Praet. perf. doctus, ta, um, sum vel fui, *mi fu, e mi è stato insegnato.* doctus es, vel fuisti: doctus est, vel fuit. Pl. docti, ae, a sumus, vel fuimus, *ci fu, e ci è stato insegnato.* estis, vel fuistis: sunt, seu fuerunt, vel fuere.

Praet. plusq. perf. doctus, a, um eram, vel fueram, *mi era stato insegnato.* eras, vel fueras: erat, vel fuerat. Pl. docti, ae, a eramus, vel fueramus, *ci era stato insegnato.* eratis vel fueratis: erant, vel fuerant.

Futur. docebor, *mi sarà insegnato.* doceberis, vel docebere: docebitur. Pl. docebimur, *ci sarà insegnato.* docebimini, docebuntur.

Imperativi modi tempus praesens.

Docere, vel docetor, *siati insegnato.* doceator. Pl. doceamur, *siaci insegnato.* docemini, vel doceminor: doceantur.

Futurum, sive modus mandativus.

Docetor tu, doceberis, vel docebere, *sarasti insegnato.* docetor ille, vel docebitur, *sarà a quello insegnato.* Pl. doceminor, vel docebimini, *saravvi insegnato.* docentor, vel docebuntur, *sarà loro insegnato.*

Optativi modi tempus praes. et imperf.

Utinam docerer, *Iddio volesse, che mi fosse insegnato.* docereris, vel docerere, doceretur. Pl. utinam doceremur, *volesse Iddio, che ci fosse insegnato.* doceremini, docerentur.

Praet. perf. utinam doctus, a, um sim, vel fuerim, *Iddio voglia, che mi sia stato insegnato.* sis, vel fueris: sit, vel fuerit. Pl. utinam docti, ae, a simus, vel fuerimus, *Iddio voglia, che ci sia stato insegnato.* sitis, vel fueritis: sint, vel fuerint.

Praet. plusq. perf. utinam doctus, a, um essem, vel fuissem, *Iddio volesse, che mi fosse stato insegnato.* esses, vel fuisses: esset vel fuisset. Pl. utinam docti, ae, a essemus, vel fuissemus, *Iddio volesse, che ci fosse stato insegnato.* essetis, vel fuissetis: essent, vel fuissent.

Futurum. utinam docear, *Iddio voglia, che mi sia insegnato.* docearis, vel doceare, doceatur. Pl. utinam doceamur, *Iddio voglia, che ci sia insegnato.* doceamini, doceantur.

Doceam, m *in* r; *sic* legar, audiar.

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum docear, *conciossiachè mi sia insegnato, o essendomi insegnato.* docearis, vel doceare: doceatur, Pl. cum doceamur, doceamini, doceantur.

Praet imperf. cum docerer, *conciossiachè mi fosse, e sarebbe insegnato, o essendomi insegnato.* docereris, vel docerere, doceretur. Pl. cum doceremur, doceremini, docerentur.

Praet. perf. cum doctus, a, um sim, vel fuerim, *conciossiachè mi sia stato insegnato, o essendomi stato insegnato.* sis, vel fueris: sit, vel fuerit. Pl. cum docti, ae, a simus, vel fuerimus, sitis, vel fueritis, sint vel fuerint.

Praet. plusq. perf. cum doctus, a, um essem, vel fuissem, *conciossiachè mi fosse, e sarebbe stato insegnato, o essendomi stato insegnato.* esses, vel fuisses: esset, vel fuisset. Pl. cum docti, ae, a essemus, vel fuissemus: essetis, vel fuissetis: essent, vel fuissent.

Futur. cum doctus, a, um ero, vel fuero, *quando mi sarà insegnato, e mi sarà stato insegnato.* eris, vel vel fueris: erit, vel fuerit. Pl. cum docti, ae, a erimus, vel fuerimus· eritis, vel fueritis: erunt, vel fuerint.

Potentialis modi tempus praesens.

Docear? *che mi sia insegnato, che mi abbia da essere insegnato? ovvero che mi possa, debba, o voglia essere insegnato?*

Praet. imperf. docerer? *che mi sarebbe insegnato? potrebbe, dovrebbe, o vorrebbe essermi insegnato? ovvero poteva, doveva, o voleva essermi insegnato?*

Pret. perf. doctus, a, um sim, vel fuerim? *che mi sia stato insegnato? ovvero che abbia potuto, dovuto, o voluto essermi insegnato?*

Praet. plusq. perf. doctus, a, um essem, vel fuissem? *mi sarebbe stato insegnato? mi sarebbe potuto, dovuto, o voluto essere stato insegnato? ovvero poteva, doveva, o voleva essermi stato insegnato?*

Futurum. doctus, a, tum sim, vel fuerim? *sarà per essermi insegnato? ovvero potrà, dovrà, o vorrà essermi insegnato?*

Permissivi, sive concessivi modi tempus praesens.

Docear, *siami insegnato, posto che mi sia insegnato, ancorchè mi sia insegnato.*

Praet. imperf. docerer, *mi fosse insegnato, posto che mi fosse insegnato, ancorchè mi fosse insegnato.*

Praet. perf. doctus, a, um sim, vel fuerim, *mi sia stato insegnato, posto che mi sia stato insegnato, ancorchè mi sia stato insegnato.*

Praet. plusq. perf. doctus, a, um essem vel fuissem, *mi fosse stato insegnato, posto che mi fosse stato insegnato, ancorchè mi fosse stato insegnato.*

Futurum. doctus, a, um ero vel fuero, *abbiami da essere insegnato, posto che mi abbia da essere insegnato, ancorchè mi abbia da essere insegnato.*

Imfiniti modi tempus praesens.

Doceri, *essere insegnato, e che a me, e a te, e a quello è insegnato.* Pl. *essere insegnati, e che a noi, e a voi, e a quelli è insegnato.*

Praet. imperf. doceri, *essere insegnato, e che a me era, e fosse insegnato; a te era, e fosse* ec. Pl. *essere insegnati, e che a noi era, e fosse insegnato; a voi ec.*

Praet. perf. doctum, am, um esse, vel fuisse, *essere stato insegnato, e che a me fu, ed è stato insegnato; a te fu, ed è stato* ec. Pl. doctos, as, a esse, vel fuisse, *essere stati insegnati, e che a noi fu ed è stato insegnato; a voi fu* ec.

Praet. plusq. perf. doctum, am, um esse, vel fuisse, *essere stato insegnato, e che a me era, e fosse stato insegnato; a te era, e fosse stato* ec. Pl. doctos, as, a esse, vel fuisse, *essere stati insegnati, e che a noi era, e fosse stato insegnato; a voi era, e fosse stato*, ec.

Futurum doctum iri, vel docendum, am, um esse, *dover essere insegnato, e che a me ha da essere insegnato; a te ha da essere insegnato;* ec. Pl. doctum iri, vel docendos, as, a esse, *dovere essere insegnati, e che a noi ha da essere insegnato, a voi ha da essere insegnato;* ec.

Futur. praet. mixt. docendum, am, um fuisse, *avere dovuto essere insegnato, e che mi sarebbe, ti sarebbe e gli stato insegnato.* Pl. docendos, as, a fuisse, *aver dovuto essere insegnati, e ci sarebbe, vi sarebbe, a loro sarebbe stato insegnato.*

participia declinationis passivae.

Praet. perf. et plusq. perf. doctus, a, um, *uomo, donna, cosa, a cui è stato, ed era stato insegnato.*

Futurum. docendus, a, dum, *uomo, donna, cosa a cui ha da essere insegnato.*

ADMONITIO

Italice verbum hoc passivae vocis non cum persona, sed cum re jungitur: quare mutanda fuit ratio reddendi singulas latinas voces in hoc paradigmate.

CAPUT VII.
TERTIA CONJUGATIO. LEGO

Lego, *verbum activum, modi indicativi, temporis praesentis, numeri singularis, personae primae, conjugationis tertiae, sic declinabitur.*

Indicativi modi tempus praesens.

Lego, *io leggo,* legis, legit. Pl. legimus, legitis, legunt.

Praet. imperf. legabam, *io leggeva,* legebas, legebat. Pl. legebamus, legebatis, legebant.

Lego, o *in* e, *addita* bam; *sic* audiebam.

Praet. perf. legi, *io lessi, ed ho letto,* legisti, legit. Pl. legimus, legistis, legerunt, vel legere.

Praet. plusq. perf. legeram, *io aveva letto,* legeras, legerat. Pl. legeramus, legeratis, legerant.

Futur. legam, *io leggerò,* leges, leget. Pl. legemus, legetis, legent.

Lego, o *in* am; *sic* audiam.

Imperativi modi tempus praesens.

Lege, vel legito, *legi tu,* legat. Pl. legamus, legite, vel legitote, legant.

Lego, o *in* e.

Futurum, sive modus mandativus.

Legito tu, vel leges, *leggerai tu:* legito ille, vel leget. Pl. legitote vos, vel legetis: leguntо illi, vel legent.

Optativi modi tempus praes. et imperf.

Utinam legerem, *Iddio volesse, che io leggessi*, legeres, legeret. Pl. legeremus, legeretis, legerent.

Praet. perf. utinam legerim, *Iddio voglia che io abbia letto*, legeris, legerit. Pl. utinam legerimus, legeritis, legerint.

Praet. plusq. perf. utinam legissem, *Iddio volesse, che io avessi letto*, legisses, legisset. Pl. utinam legissemus, legissetis, legissent.

Futur. utinam legam, *Iddio voglia, che io legga*, legas, legat. Pl. utinam legamus, legatis, legant.

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum legam, *conciossiachè io legga*, o *leggendo io*, legas, legat. Pl. cum legamus, legatis, legant.

Praet. imperf. cum legerem, *conciossiachè io leggessi*, e *leggerei*, o *leggendo io*, legeres, legeret. Pl. cum legeremus, legeretis, legerent.

Praet. perf. cum legerim, *conciossiachè io abbia letto*, o *avendo io letto*, legeris, legerit. Pl. cum legerimus, legeritis, legerint.

Praet. plusq. perf. cum legissem, *conciossiachè io avessi, ed avrei letto*, o *avendo io letto*, legisses, legisset. Pl. cum legissemus, legissetis, legissent.

Futur. cum legero, *quando io leggerò, ed avrò letto*, legeris, legerit. Pl. cum legerimus, legeritis, legerint.

Potentialis modi tempus praesens.

Legam? *che io legga, che io abbia da leggere? ovvero che io possa, debba, o voglia leggere?*

Praet. imperf. legerem? *che io leggerei, potrei, dovrei, o vorrei leggere? ovvero poteva, o voleva io leggere?*

Praet. perf. legerim? *che io abbia letto? ovvero che io abbia potuto, dovuto, o voluto leggere?*

Praet. plusq. perf. legissem? *che io avrei letto, avrei potuto, dovuto, o voluto io leggere? ovvero, poteva, doveva, o voleva io aver letto?*

Futurum. legerim? *leggerò io, sarò io per leggere? ovvero potrò, dovrò, o vorrò io leggere?*

Permissivi, sive concessivi modi tempus praes.

Legam, *io legga, posto che io legga, ancorchè io legga.*

Praet. imperf. legerem, *io leggessi*, *posto che io leggessi*, *ancorchè io leggessi.*

Praet. perf. legerim, *io abbia letto*, *posto che io abbia letto*, *ancorchè io abbia letto.*

Praet. plusq. perf. legissem, *io avessi letto*, *posto che io avessi letto*, *ancorchè io avessi letto.*

Futurum. legero, *posto che io abbia da leggere*, *o sia per leggere*, *ancorchè io abbia da leggere.*

Infiniti modi tempus praesens.

Legere, *leggere*, *e che io leggo*, *tu leggi*, ec. Pl. *che noi leggiamo*, *voi leggete*, ec.

Praet. imperf. legere, *leggere*, *e che io leggeva*, *e leggessi*; *tu leggevi*, *e leggessi*; ec. Pl. *che noi leggevamo*, *e legessimo*, *voi leggevate*, ec.

Praet. perf. legisse, *aver letto*, *e che io lessi*, *ed ho letto*; *tu leggesti*, *ed hai letto*; ec. Pl. *che noi leggemmo*, *ed abbiamo letto*; *voi* ec.

Praet. plusq. perf. legisse. *aver letto*, *e che io aveva*, *o avessi letto*; *tu avevi*, *ed avessi letto*; *quegli* ec. Pl. *che noi avevamo*, *ed avessimo letto*; *voi* ec.

Futur. lecturum, am, um esse, *dover leggere*, *e che io leggerò*, *e leggerei*; *tu leggerai*, *e leggeresti*; ec. *ovvero che io ho da leggere*; *tu ha* ec. Pl. lecturos, as, a esse, *dover leggere*, *e che noi leggeremo*, *e leggeremmo*; *voi* ec. *ovvero che noi abbiamo da leggere*; ec.

Futurum praet. mixt. lecturum, am, um fuisse, *aver dovuto leggere*, *e che io avrei*, *tu avresti*, *quegli avrebbe letto*. Pl. lecturos, as, a fuisse, *aver dovuto leggere*, *e che noi avremmo letto*, *voi* ec.

Gerundia. leggendi, *di leggere*, *o per leggere*, *e di essere*, *o per esser letto.*

Leggendo, *leggendo*, *ed essendo letto.*

Leggendum, *a leggere*, *ed esser letto.*

Supina. lectum, *a leggere*, *o per leggere.*

Lectu, *da leggersi*, *o da esser letto.*

Participia declinationis activae.

Praes. et imperf. legens, legentis, *uomo*, *donna*, *cosa*, *che legge*, *e leggeva.*

Futurum. lecturus, a, um, *uomo*, *donna*, *cosa*, *che leggerà*, *o che ha da leggere.*

LEGOR VERBUM PASSIVUM
sic declinabitur.

Indicativi modi tempus praesens.

Legor, *io sono letto*. legeris, vel legere; legitur. Pl, legimur, legimini, leguntur.

Praet. imperf. legebar, *io era letto*. legebaris, vel legebare; legebatur. Pl. legebamur, legebamini, legebantur.

Praet. perf. lectus, a, um sum, vel fui, *io fui, e sono stato letto*. es, vel fuisti: est, vel fuit. Pl. lecti, ae, a sumus, vel fuimus: estis, vel fuistis: sunt, fuerunt, vel fuere.

Praet. plusq. perf. lectus, a, um eram, vel fueram. *io era stato letto*. eras, vel fueras: erat, vel fuerat. Pl. lecti, ae, a eramus, vel fueramus: eratis, vel fueratis: erant, vel fuerant.

Futurum. legar, *io sarò letto*. legeris, vel legere: legetur. Pl. legemur, legemini, legentur.

Legam, m *in* r; *sic* audiar.

Imperativi modi tempus praesens.

Legere, vel legitor, *sii tu letto*. legatur. Pl. legamur: legimini, vel legiminor: legantur.

Futurum, sive modus mandativus.

Legitor tu, legeris, vel legere, *sarai letto tu*. legitor ille, vel legetur, *sarà letto quegli*. Pl. legiminor, vel legimini, *sarete letti voi*. leguntor, vel legentur, *saranno letti quelli*.

Optativi modi tempus praesens, et imperf.

Utinam legerer, *Iddio volesse, che io fossi letto*: legereris, vel legerere: legeretur. Pl. utinam legeremur: legeremini: legerentur.

Praet. perf. utinam lectus, a, um sim, vel fuerim, *Iddio voglia, che io sia stato letto*. sis, vel fueris: sit, vel fuerit. Pl. utinam lecti, ae, a simus, vel fuerimus: sitis, vel fueritis: sint, vel fuerint.

Praet. plusq. perf. utinam lectus, a, um essem, vel fuissem, *Iddio volesse, che io fossi stato letto*. esses, vel fuisses: esset, vel fuisset. Pl. utinam lecti, ae, a essemus, vel fuissemus: essetis, vel fuissetis: essent, vel fuissent.

Futur. utinam legar, *Iddio voglia, che io sia letto.* legaris, vel legare: legatur. Pl. utinam legamur: legamini: legantur.

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum legar, *conciossiachè io sia letto, o essendo io letto.* legaris, vel legare: legatur. Pl. cum legamur: legamini: legantur.

Praet. imperf. cum legerer, *conciossiachè io fossi, e sarei letto, o essendo io letto.* legereris, vel legerere: legeretur. Pl. cum legeremur: legeremini: legerentur.

Praet. perf. cum lectus, a, um sim, vel fuerim, *conciossiachè io sia stato letto, o essendo io stato letto.* sis, vel fueris: sit, vel fuerit. Pl. cum lecti, ae, a simus, vel fuerimus: sitis, vel fueritis; sint, vel fuerint.

Praet. plusq. perf. cum lectus, a, um essem, vel fuissem, *conciossiachè io fossi stato, e sarei stato letto, o essendo io stato letto.* esses, vel fuisses: esset, vel fuisset. Pl. cum lecti, ae, a essemus, vel fuissemus: essetis, vel fuissetis: essent, vel fuissent.

Futurum. cum lectus, a, um ero, vel fuero, *quando io sarò letto, e sarò stato letto.* eris, vel fueris: erit, vel fuerit. Pl. cum lecti, ae, a erimus, vel fuerimus: eritis, vel fueritis, erunt, vel fuerint.

Potentialis modi tempus praesens.

Legar? *che io sia letto? che io debba esser letto? ovvero che io possa, o voglia esser letto.*

Praet. Imperf. legerer? *che io sarei letto? potrei, dovrei, o vorrei io esser letto? ovvero poteva, doveva, voleva io esser letto?*

Praet. perf. lectus, a, um sim, vel fuerim? *che io sia stato letto? ovvero che io abbia potuto, dovuto, o voluto esser letto?*

Praet. plusq. perf. lectus, a, um essem, vel fuissem, *che io sarei stato letto? avrei io potuto, dovuto, o voluto esser letto? ovvero poteva, doveva, o voleva io essere stato letto?*

Futur. lectus, a, um sim, vel fuerim? *sarò io per per esser letto? ovvero potrò, dovrò, o vorrò io esser letto?*

Permissivi, sive concessivi modi tempus praes.

Legar, *io sia letto, posto che io sia letto, ancorchè io sia letto.*

Praet. imperf. legerer, *io fossi letto, posto che io fossi letto, ancorchè io fossi letto.*

Praet. perf. lectus, a, um sim, vel fuerim, *io sia stato letto, posto che io sia stato letto, ancorchè io sia stato letto.*

Praet. plusq. perf. lectus, a, um essem, vel fuissem, *io fossi stato letto, posto che io fossi stato letto, ancorchè io fossi stato letto.*

Futurum. lectus, a, um ero vel fuero, *io abbia da esser letto, posto che io abbia da esser letto, ancorchè io abbia da esser letto.*

Infiniti modi tempus praesens.

Legi, *essere letto, e che io sono, tu sei, quegli è letto.* Pl. *essere letti, e che noi siamo, voi siete, quelli sono letti.*

Praet. imperf. legi, *esser letto, e che io era, e fossi letto; tu eri, e fossi* ec. Pl. *esser letti, e che noi eravamo, e fossimo letti; voi eravate, e foste letti;* ec.

Praet. perf. lectum, am, um esse, vel fuisse, *essere stato letto, e che io fui, e sono stato letto; tu fosti, e sei stato letto;* ec. Pl. lectos, as, a esse, vel fuisse, *essere stati letti, e che noi fummo, e siamo stati letti; voi foste, e siete stati letti;* ec.

Praet. plusq. perf. lectum, am, um esse, vel fuisse, *essere stato letto, e che io era, e fossi stato letto; tu eri, e fossi stato letto,* ec. Pl. lectos, as, a esse, vel fuisse, *essere stati letti, e che noi eravamo, e fossimo stati letti: voi eravate, e foste stati letti;* ec.

Futurum. lectum iri, vel legendum, am, um esse *dovere essere letto, e che io sarò, e sarei, ovvero ho da esser letto; tu sarai, e saresti, ovvero hai da essere letto;* ec. Pl. lectum iri, vel legendos, as, a esse, *dover essere letti, e che noi saremo, e saremmo, ovvero abbiamo da essere letti; voi sarete, e sareste, ovvero avete da essere letti;* ec.

Futurum. praet. mixt. legendum, am, um fuisse, *aver dovuto essere letto, e che io sarei, tu saresti, quegli sarebbe stato letto.* Pl. legendos, as, a fuisse, *aver dovuto essere letti, e che noi saremmo, voi sareste, quelli sarebbono stati letti.*

Participia declinationis passivae.

Praet. perf. et plusq. perf. lectus , a , um , *uomo* , *donna* , *cosa* , *che è stata* , *ed era stata letta.*

Futurum. legendus, a , um, *uomo* , *donna, cosa, che sarà letta* , *o ha da essere letta.*

CAPUT VIII.

QUARTA CONJUGATIO. AUDIO

Audio , *verbum activum* , *modi indicativi* , *temporis praesentis* , *numeri singularis* , *personae primae* , *conjugationis quartae* , *sic declinabitur.*

Indicativi modi tempus praesens.

Audio , *io odo.* audis , audit. Pl. audimus, auditis , audiunt.

Praet. imperf. audiebam, *io udiva* , audiebas, audiebat. Pl. audiebamus , audiebatis , audiebant.

Praet. perf. audivi , *io udii, ed ho udito.* audivisti , audivit. Pl. audivimus , audivistis, audiverunt , vel audivere.

Praet. plusq. perf. audiveram , *io aveva udito.* audiveras, audiverat. Pl. audiveramus, audiveratis, audiverant.

Futur. audiam , *io udirò.* audies , audiet. Pl. audiemus , audietis , audient.

Imperativi modi tempus praesens.

Audi, vel audito , *odi tu.* audiat. Pl. audiamus, audite , vel auditote , audiant.

Futurum , sive modus mandativus.

Audito tu , vel audies , *udirai tu.* audito ille , vel audiet. Pl. auditote vos , vel audietis , audiunto illi , vel audient.

Optativi modi tempus praesens, et imperf.

Utinam audirem , *Iddio volesse, che io udissi.* audires , audiret. Pl. utinam audiremus, audiretis, audirent.

Praet. perf. utinam audiverim , *Iddio voglia* , *che io abbia udito.* audiveris, audiverit. Pl. utinam audiverimus , audiveritis , audiverint.

Praet. plusq. perf. utinam audivissem. *Iddio volesse, che io avessi udito.* audivisses , audivisset. Pl. utinam audivissemus , audivissetis , audivissent.

Futurum. utinam audiam , *Iddio voglia* , *che io oda* audias , audiat. Pl. utinam audiamus, audiatis, audiant.

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum audiam, *conciossiachè io oda, o udendo io.* audias, audiat. Pl. cum audiamus, audiatis, audiant.

Praet imperf. cum audirem, *conciossiachè io udissi e udirei, o udendo io.* audires, audiret. Pl. cum audiremus, audiretis, audirent.

Praet. perf. cum audiverim, *conciossiachè io abbia udito, o avendo io udito.* audiveris, audiverit. Pl. cum audiverimus, audiveritis, audiverint.

Praet. plusq. perf. cum audivissem, *conciossiachè io avessi, ed avrei udito; o avendo io udito.* audivisses, audivisset. Pl. cum audivissemus, audivissetis, audivissent,

Futurum. cum audivero, *quando io udirò, ed avrò udito.* audiveris, audiverit. Pl. cum audiverimus, audiveritis, audiverint.

Potentialis modi tempus praesens.

Audiam? *che io oda? che io abbia da udire? ovvero che io possa, debba, o voglia udire?*

Praet.imperf. audirem? *che io udirei? potrei, dovrei, o vorrei io udire? ovvero poteva, doveva, o voleva io udire?*

Praet. perf. audiverim? *che io abbia udito? ovvero che io abbia potuto, dovuto, o voluto udire?*

Praet. plusq. perf. audivissem? *che io avrei udito? avrei io potuto, dovuto, o voluto udire? ovvero poteva, doveva, o voleva io aver udito?*

Futurum. audiverim? *udirò io? sarò per adire? ovvero potrò, dovrò, o vorrò io udire?*

Permissivi, sive concessivi modi tempus praesens.

Audiam, *io oda, posto che io oda, ancorchè io oda.*

Praet. imperf. audirem; *io udissi, posto che io udissi, ancorchè io udissi.*

Praet. perf. audiverim, *io abbia audito, posto che io abbia udito, ancorchè io abbia udito.*

Praet. plusq. perf. audivissem, *io avessi udito, posto che io avessi udito, ancorchè io avessi udito.*

Futurum audivero, *posto che io abbia da udire, o sia per udire, ancorchè io abbia da udire.*

Infiniti modi tempus praesens.

Audire, *udire, e che io odo, tu odi, quegli ode.* Pl. *che noi udiamo, voi udite, quelli odono.*

Praet. imperf. audire, *udire, che io udiva, ed udissi; tu udivi,* ec. Pl. *che noi udivamo, ed udissimo; voi* ec.

Praet. perf. audisse, *aver udito, e che io udii, ed ho udito; tu udisti ed hai udito; quegli* ec. Pl. *che noi udimmo, ed abbiamo udito: voi* ec.

Praet. plusq. perf. audisse, *aver udito, e che io aveva, ed avessi udito; tu avevi, ed avessi udito,* ec. Pl. *che noi avevamo, ed avessimo udito;* ec.

Futurum. auditurum, am, um esse, *dovere udire, e che io udirò, e udirei,* ec. Pl. auditutros, as, a esse, *dovere udire, e che noi udiremo, e udiremmo,* ec.

Futur. praet. mixt. auditurum, am, um fuisse, *aver dovuto udire, e che io avrei, tu avresti, quegli avrebbe udito.* Pl. audituros, as, a fuisse, *aver dovuto udire, e che noi avremmo, voi avreste, quelli avrebbono udito.*

Gerundia. audiendi, *di udire, o per udire, e di essere, o per essere udito.*

Audiendo, *udendo; od essendo udito.*

Audiendum, *ad udire, e ad essere udito.*

Supina, auditum, *ad udire, o per udire.*

Auditu, *da udire, ovvero da essere udito.*

Participia declinationis activae.

Praes. et imperf. audiens, audientis, *uomo, donna, cosa, che ode, e udiva.*

Futurum. auditurus, a, um, *uomo, donna, cosa, che udirà, e ha da udire, o è per udire.*

AUDIOR VERBUM PASSIVUM
sic declinabitur.

Indicativi modi tempus praesens.

Audior, *io sono udito.* audiris, vel audire: auditur. Pl. audimur, audimini, audiuntur.

Praet. imperf. audiebar, *io era udito.* audiebaris, vel audiebare: audiebatur. Pl. audiebamur, audiebamini, audiebantur.

Praet. perf. auditus, a, um sum, vel fui, *io fui, e sono stato udito.* es, vel fuisti: est, vel fuit. Pl. auditi, ae, a sumus, vel fuimus: estis, vel fuistis: sunt, seu fuerunt, vel fuere.

Praet. plusq. perf. auditus, a, um eram, vel fueram, *io era stato udito.* eras, vel fueras: erat, vel fuerat. Pl. auditi, ae, a eramus, vel fueramus: eratis, vel fueratis: erant, vel fuerant.

Futur. audiar, *io sarò udito.* audieris, vel audiere: audietur. Pl. audiemur, audiemini, audientur.

Imperativi modi tempus praesens.

Audire, vel auditor, *sii tu udito.* audiatur. Pl. audiamur: audiamini, vel audiminor: audiantur.

Futurum, sive modus mandativus.

Auditor tu, vel audieris, seu audiere, *sarai udito tu,* auditor ille, vel audietur. Pl. audiminor, vel audiemini: audiuntor, vel audientur.

Optativi modi tempus praes. et imperf.

Utinam audirer, *Iddio volesse, che io fossi udito.* audireris, vel audirere: audiretur. Pl. utinam audiremur, audiremini, audirentur.

Praet. perf. utinam auditus, a, um sim, vel fuerim, *Iddio voglia, che io sia stato udito.* sis, vel fueris, sit vel fuerit. Pl. utinam auditi, ae, a simus, vel fuerimus: sitis, vel fueritis: sint, vel fuerint.

Praet plusq. perf. utinam auditus, a, um essem, vel fuissem, *Iddio volesse, che io fossi stato udito.* esses, vel fuisses: esset, vel fuisset. Pl. utinam auditi, ae, a essemus, vel fuissemus: essetis, vel fuissetis: essent, vel fuissent.

Futurum. utinam audiar, *Iddio voglia, che io sia udito.* audiaris, vel audiare; audiatur. Pl. utinam audiamur, audiamini, audiantur.

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum audiar, *conciossiachè io sia udito, o essendo io udito.* audiaris, vel audiare: audiatur. Pl. cum audiamur, audiamini, audiantur.

Praet. imperf. cum audirer, *conciossiachè io fossi, e sarei udito, o essendo io udito,* audireris, vel audirere: audiretur. Pl. cum audiremur, audiremini, audirentur.

Praet. perf. cum auditus, a, um sim, vel fuerim, *conciossiachè io sia stato udito, o essendo io stato udito.* sis, vel fueris: sit, vel fuerit. Pl. cum auditi, ae, a simus, vel fuerimus: sitis, vel fueritis: sint, vel fuerint;

Praet. plusq. perf. cum auditus, a, um essem, vel fuissem, *conciossiachè io fossi, e sarei stato udito, o essendo io stato udito.* esses, vel fuisses: esset, vel fuisset. Pl. cum auditi, ae, a essemus, vel fuissemus: essetis vel fuissetis: essent, vel fuissent.

Futur. cum auditus, a, um ero, vel fuero, *quando io sarò udito, e sarò stato udito.* eris, vel fueris: erit, vel fuerit. Pl. cum auditi, ae, a erimus, vel fuerimus: eritis vel fueritis: erunt, vel fuerint.

Potentialis modi tempus praesens.

Audiar? *che io sia udito? che io abbia da essere udito? ovaero che io possa, debba, o voglia essere udito?*

Praet. imperf. audirer: *che io sarei udito? potrei, dovrei, o vorrei io essere udito? ovvero poteva, doveva, o voleva io essere udito?*

Praet. perf. auditus, a, um sim, vel fuerim? *che io sia stato udito? ovvero che io abbia potuto, dovuto, o voluto essere udito?*

Praet. plusq. perf. auditus, a, um essem, vel fuissem? *che io sarei stato udito? avrei io potuto, dovuto, o voluto essere udito? ovvero poteva, doveva, o voleva io essere stato udito?*

Futurum. auditus, a, um sim, vel fuerim? *sarò io per esser udito? ovvero potrò, dovrò, o vorrò io essere udito?*

Permissivi, sive concessivi modi tempus praes.

Audiar, *io sia udito, posto che io sia udito, ancorchè io sia udito.*

Praet. imperf. audirer, *io fossi udito, posto che io fossi udito, ancorchè io fossi udito..*

Praet. perf. auditus, a, um sim, vel fuerim, *io sia stato udito, posto che io sia stato udito, ancorchè io sia stato udito.*

Praet. plusq. perf. auditus, a, um essem, vel fuissem, *io fossi stato udito, posto che io fossi stato udito, ancorchè io fossi stato udito.*

Futurum. auditus, a, um ero, vel fuero, *io abbia da essere udito, posto che io abbia da essere udito, ancorchè io abbia da essere udito.*

Infiniti modi tempus praesens.

Audiri, *essere udito, e che io sono, tu sei, quegli è udito.* Pl. *che noi siamo, voi siete; quelli sono uditi.*

Praet. imperf. audiri, *essere udito, e che io era, e fossi udito; tu eri, e fossi udito;* ec. Pl. *noi eravamo, e fossimo uditi;* ec.

Praet. perf. auditum, am, um esse, vel fuisse, *essere stato udito, e che io fui, e sono stato udito; tu fosti, e sei stato udito* ec. Pl. auditos, as, a esse, vel fuisse, *essere stati uditi, e che noi fummo, e siamo stati uditi; voi foste, e siete stati uditi;* ec.

Praet. plusq. perf. auditum, am, um esse, vel fuisse, *essere stato udito, e che io era, e fossi stato udito; tu eri* ec. Pl. auditos, as, a esse, vel fuisse, *essere stati uditi, e che noi eravamo, e fossimo stati uditi; voi* ec.

Futur. auditum iri, vel audiendum, am, um esse, *dovere essere udito, e che io sarò, e sarei, ovvero ho da essere udito,* ec. Pl. auditum iri, vel audiendos, as, a esse, *dovere essere uditi, e che noi saremo, e saremmo uditi, ovvero abbiamo da essere uditi; voi sarete* ec.

Futur. praet. mixt. audiendum, am, um fuisse, *aver dovuto essere udito, e che io sarei, tu saresti, quegli sarebbe stato udito.* Pl. audiendos, as, a fuisse, *aver dovuto essere uditi, e che noi saremmo, voi sareste, quelli sarebbono stati uditi.*

Participia declinationis passivae.

Praet. perf. et plusq. perf. auditus, a, um, *uomo, donna, cosa, che è stata, o era stata udita.*

Futurum. audiendus, a, um, *uomo, donna, cosa, che sarà udita, o ha da essere udita.*

ADMONITIO

De verbis supino carentibus.

Quae verba supinis carent, carent etiam participiis futuri in rus, *et praeteriti temporis; item praeteritis perfectis, et plusquam perfectis passivis omnium modorum, ac futuro passivo conjunctivi modi: praeterea futuro infiniti tum agendi, tum patiendi, quod ex voce simili supino, et infinito* iri *suppletur. Ideoque ea verba subjecimus, ne inter conjugandum frustra his quaerendis*

temporibus pueri fatigentur. Quorum unum, aut alterum diligens magister singulis, alternisve diebus declinandum, versusque ipsos ediscendos curabit. Ea vero sunt :

Nulla supina mico, *strido, seu strideo gignunt.
*Lugeo, pedo, silet, , fulget cum luceo, friget.
Urgeo, cum sorbet, turget, connivet, et alget.
Flaveo, cum timeo, paveo, cum ferveo, livet.
Congruo, cum sapio, lambo, cum respuo, linquo.
Ingruo, cum batuo, posco, metuoque, pluoque.
Et dispesco, luo, scando, compesco, fatisco.
Hisco, scabo, sugo, nolo, cum prodigo, dego.
Annuo, cum sociis, vado, cum gliscere, vergo.
Disco, tremo, satago, ferio, atque incesso, refello.
Ambigo, sterto, rudo, psallo, cum cernere, sido.
Et vescor, liquor, medeor, reminiscor, et ango.
Et volo, malo, furit, praeque ante excellere, ringor.
Arceo, serpo, juvo: quibus addes aestuo, ningo.
Et quod poscit ui, modo sit neutrale secundae,
Ut studeo, emineo, exceptis quae suggeret usus;
Quaeque fere gignit meditor*, quaeque inchoo verbum.

Quae verba praeteritis etiam careant, invenies infra c. 18. Ea vero non solum carent vocibus, quae a supino fiunt, sed iis etiam, quae a praeterito. Itaque vescor *tantum habet praesens, et praeteritum imperfectum omnium modorum, et quae inde formantur: nimirum futurum indicativi, imperativi, et optativi modi, et participium in ns, gerundia, quae ab eo formantur. Sunt nonnulla, quae haec quidem omnia habent, quae ludi magister pro sua eruditione diligenter considerabit.*

CAPUT IX.

SCHOLIA IN CONJUGATIONES VERBORUM

*De modorum, ac temporum vi, significatione, usu.

Quae sequuntur scholia, per auctoris commentarios sparsim diffusa, hoc loco ordine digesta atque contracta cum foenore reddimus, praecipue ut per ea magistri ipsi proficiant, ac modorum naturam temporumque percipiant; deinde ut pro captu atque opportunitate, nonnulla instillent discipulis sive dum inflexiones verborum mandant memoriae, sive dum iis in tertia, et secunda classibus scriptor latinus explicatur.

SCHOLION I.

De verborum modis, ac temporibus universe, deque modo indicativo.

I. Modos verborum, quos Varr. l. 3. de Analog. *species*, Fabius l. 1. c. 5. *status*, *et qualitates* appellat, idem Fabius ait, quosdam fecisse sex, alios octo: rursum nonnulli (auctore Diomede) fecere novem, alii decem, plerique tamen praecipuos illos ac pervulgatos quinque, quos ita nos sequimur, ut suum tamen *potentiali*, *ac permissivo* locum reservemus.

II. *Tempora* modorum quinque sunt: *praesens* aliquid nunc agi significans, ut *Ammonius pecunia nos oppugnat*: *futurum* aliquid faciendum: *ut*, *quidquid agetur scribam ad te*: praeterita tria, *imperfectum* actionem praeteritam inchoatam, necdum perfectam: ut *causam frequenti senatu obtinebamus*: *perfectum* actionem praeteritam perfectam et absolutam: ut, *haec idibus Maji scripsi*: *plusquam perfectum* actionem absolutam et perfectam multo ante tempus praeteritum sive imperfectum, sive perfectum: ut, *pridie, quam haec scripsi, senatus auctoritas intercesserat*. Vide Diomed. l. 1.

III. *Futurum* quoque Varroni l. 2. et 3. de Analog. aliud est *infectum*, idest imperfectum, quod actionem passionemve significat futuri temporis, nondum tamen perfecte exactam, et hoc propriam habet in indicativo vocem: ut *legam*, *leggerò*: aliud appellat *exactum*, hoc est perfectum, quod aliquid significat futuro tempore, sed tunc quasi exactum, atque perfectum, et hoc cum futuri conjunctivi voce consentit: ut *fuero*, *sarò stato*: *legero*, *avrò letto*. Cic. ad Att. l. 9. ep. 19. Cum tu haec leges, ego illum fortasse convenero, *sarò forse andato a trovarcolui*. Id. Appio l. 3. Cum in provinciam veneris, ego annuum munus confecero. *Avrò finito*. Id. Brut. l. 11. ep. 12. Is bellum confecerit, qui Antonium oppresserit. *Avrò finito*. Ter. Adel. act. 2. Ubi illinc rediero, refrixerit res: *quando io di là sarò tornato, la cosa sarà raffreddata*. Plus est, quam si dixissent, *conveniam*, *conficiam*, *refrigescet*. Plerumque tamen futuri *exacti* voces non plus

significant, quam *infecti*. Ter. Andr. act. 2. *Si te aequo animo ferre accipiet, negligentem feceris.* Cic. l. 2. ep. ult. Gratissimum mihi feceris, si ad me in Ciliciam quam primum veneris, *mi farai, se verrai.*

IV. Quem plerique grammatici modum *indicativum* vocant, quod eo aliquid indicamus, is a Varrone dicitur *rogandi, respondendique species*: a Fabio l. 1. c. 6. *modus fatendi*: a Diomede, ac Prisciano l. 10. *finitivus*, *seu definitivus*: a Probo, ac Donato *pronunciativus*: a philosophis *enunciativus*, propterea quod hoc modo vel interrogamus quidpiam, vel respondemus interroganti, vel fatemur, vel definimus aliquid, vel pronunciamus, sive enunciamus.

V. *Praeteriti activi* voces *amavere*, *docuere*, ac similes quidam dualis numeri esse crediderunt: iisque utendum cum de duobus tantum est sermo. Quos Quintil. l. 1. c. 5. pluribus confutat exemplis, ut Virg. 2. Æn. *Conticuere omnes.* Liv. l. 1. *Tenuere arcem Sabini.* Cic. 3. in Verr. *Quo in numero complures e nostris fuere.* Hae igitur imminutae voces ab integris significatione non discrepant, easque Quintil. existimat mollitas esse, vitandae asperitatis gratia. Cic. in Or. *Non reprehendo*, inquit, *scripsere*; *scripserunt esse verius sentio.*

VI. *Praeteritum passivum amatus sum*, *vel fui*, et ejusmodi alia Servius, Diomedes, aliique grammatici duo putant esse praeterita illud propinquius, hoc remotius. Sic etiam in plusquam perfecto *amatus eram*, propinquius, *amatus fueram* ulterius; atque ita duo faciunt praeterita tum perfecta, tum plusquam perfecta: alterum propinquius, alterum ulterius. Verum hoc discrimen raro admodum latini scriptores observant. Certe Cicero fere semper praeterito propinquiore utitur, etiam cum de rebus multo ante actis est sermo: ut pro C. Rab. Platonem in maximis periculis *versatum esse* accepimus: Demetrium, qui Phalereus vocitatus est, vita *esse privatum.* Non dixit *fuisse*, sed *esse*, cum de Platone, ac Demetrio loqueretur, quorum hic trecentis ipsis, ille quadringentis propemodum annis ante Cic. vixerat.

VII. *Imperfectum* quartae conjugationis *audiebam*, etc. saepe *e* littera imminutum a veteribus usurpari testatur Diom. l. 1. Prisc. l. 4. Hinc Virg. l. 2. *Lenibant* curas;

et l. 7. *Nutribant* Tyrrhusque pater: et eodem l. sub fin. Auro *insignibat*. et l. 8. *vestibat* flore juventa: et l. eod. auroque *polibant*; et l. 10. *redimibat* tempora vitta. Catull. epig. *audibant* eadem haec. Ter. Phorm. Act. 3. Sc. 1. Nam hic me hujusmodi *scibat* esse. et Act. 4. Sc. 2. At primo homo *insanibat*. Plaut. Aul. *Praesagibat* mihi animus. Idem Captiv. Cum *servibat* mihi: et ejusmodi apud poetas non pauca. Quae minime ipse tibi, in soluta praesertim oratione, permiserim.

VIII. *Futurum* ejusdem quartae in *am*, ut *audiam*. Sed et in *ibo* poetae praesertim comici interdum usurpant. Ter. Phorm. Act. 5. Sc. 2. Nemo ex me *scibit*. Idem. hic ego virum *opperibo*. Plaut. Paen. Nunquam *audibis*. Quin etiam Horat. l. 4. Od. 23. *Mollibit* aversos penates, Et Propert. l. 3. eleg. 20. *Lenibunt* tacito vulnera nostra sono. Sic apud Nonium invenies *aperibo*, *opperibo*, et alia quae a poetis raro usurpata jam exoleverunt, eaque ne in carmine quidem facile permiserim.

IX. Tria verba tantum in *eo* quartae conjug. Prisc. attribuit. l. 9. 10. *Eo* cum compositis, *queo* cum *nequeo*, et *veneo*: horumque imperfectum esse in *ibam*, futurum in *ibo*. Plaut. Most. Pater *venibit*: quia *veneo* fit a *venum*, et *eo*.

SCHOLION II.

De syncope in praeteritis indicativi, aliorumque modorum.

I. *Praeterita* modorum omnium in media voce *syncopen*, hoc est concisionem, admittunt; expunctis *vi*, *ve* syllabis, vel *u* littera. Praeteritum enim perfectum in *avi* primae conjug. vel in *ivi* tertiae, aut quartae e secundis personis utriusque numeri *vi* syllabam e media voce interdum elidit *amavisti*, *petivisti*, *audivisti*, et per syncopem *amasti*, *petisti*, *audisti*. et numero multitudinis *amastis*, *petistis*, *audistis*. In aliis modis similiter *amasses*, *petisses*, *audisses*. Immo in his modis primae quoque, et tertiae personae praesertim conjugat. primae, ut *amassem*, *amasset*. Quo etiam spectant *consuesti*, Caecin. 6. Fam. ep. 7. *suessent*. Cic. l. 6. ep. 8. *commosse*, idem l. 7. ep. 18. *cognosti*, idem in Verr.

Act. 4. 1. 3. *decresset*, idem in Verr. pro *consuevisti suevissent, commovisse*, *cognovisti*, *decrevisset*. Sic. *nosti*, *nosse*, pro *novisti*, *novisse*, et similia.

II. At vero e tertia plurali perfecti primae conjugationis, et plusquam perfecto indicativi, ac perfecto, futuroque conjunctivi *ve* syllaba e media voce interdum exeritur: ut *amaverunt*, *amarunt*, *amaveram*, *amaram*; *amaverat*, *amarat*; *amaverim*, *amarim*; *amaveris*, *amaris*; *amaverint*, *amarint*: quo spectant haec: *cognorim*; C. 6. Fam. ep. 9. *decreram*, Cael. l. 8. ep. 11. *consuerant*, idem ep. ult. *ignorit*, Caecin. l. 6. ep. 7. pro *cognoverim*, *decreveram*, *consueverant*, *ignoverit*, et similia.

III. Denique tertiae, quartaeque conjugat. prima praesertim, tertiaque persona a praeteritis in *ivi* litteram *v* interdum abjiciunt. *petivi*, *petii*; *petivit*, *petüt*; *petivimus*, *petiimus*; *petiverunt*, *petierunt*. Sic etiam *audivit*, *audii*; *audiverunt*, *audierunt*: et in aliis modis *petiissem*, *audiissem*, et interdum *petissem*, *audissem*. Quando autem his, vel illis integris imminutisve vocibus sit utendum, usus optimus magister adhibendus erit. Cic. in Or. *Quid? quod sic loqui*, nosse, judicasse *vetant*, novisse *jubent*, *et* judicavisse? *quasi vero nesciamus*, *in hoc genere et plenum recte dici*, *et imminutum usitate*.

IV. Prisc. l. 20. monet verba, quae in themate *v* habent litteram, non imminui in praeterito: ut *lavo*, *lavi*, *lavasti*, non *lasti*. *Faveo*, *favi*, *favisti*, non *fasti*: *moveo*, *movi*, *movisti*, non *mosti*, et similia. Quamquam horum aliquibus utuntur concisis non solum poetae, sed interdum etiam oratores: ut *submosset*, *commosset*, *commorit*, pro *submovisset*, *commovisset*, *commoverit*. Haec vero *misti*, *promisti*, *justi*, *dixti*, *direxti*, *vixet*, *extinxem*, *surpuerat*, *accestis*, *evasti*, *sensti*, *induxti*, *percusti*, *divisse*, *surrexe*, pro *misisti*, *promisisti*, *jussisti*, *dixisti*, *direxisti*, *vixisset*, *extinxissem*, *surripuerat*, *accessistis*, *evasisti*, *sensisti*, *induxisti*, *percussisti*, *divisisse*, *surrexisse*, et hujusmodi alia poetica sunt. Ter. Adelph. Act. 5. Sc. 8. *Promisti* autem: et Sc. 9. Factum est, quod *justi*. Hor. l. 4. Od. 13. Quae me *surpuerat* mihi. Sic illa extra praeteritum, Æn. 8. Pocula *porgite*. Et Hor. l. 2. Sat. 3. Unum me *surpite* morti: idest *porrigite*, *surripite*, et similia, quae vix in carmine usurpanda censuerim.

SCHOLION III.

De imperativo modo, et mandativo.

I. Modus hic a grammat. ab *imperando* potissimum nomen accepit: quamvis eo modo etiam prohibeamus, precemur, hortemur, misericordiam implorenus, et mandata legesque demus.

II. Duo habet tempora, *praesens*, qui proprie *imperativus* est modus: Diomed. l. 1. et *futurum*, quem *modum mandativum* appellat. *Quia*, inquit, *in praesenti tempore imperare solemus, ut fiat, in futurum mandare.* Sic Front. *Videte*, inquit, *imperat; videtote mandat.* Dicitur et modus legitimus: quia illo praecepta legesque damus. Quamquam haec tempora saepe reciprocantur, et alterum pro altero ponitur. Q. Cic. de Pet. Cons. *Cura, ut tui cupidi sint, elaborato, appetito.* Legumlatores tamen in legibus futurum semper usurpant, ut videre est apud Cic. l. 1. et 3. de Leg. Sic Cato, et Columella cum rei rusticae leges tradunt.

III. *Futurum* adhuc duplex est, alterum modi hujus proprium, quem *modum mandativum*, ac legitimum appellari diximus: alterum idem, ac futurum indicativi, sive infectum, sive exactum, quod cum futuro conjunctivi voce consentit; nam his etiam imperium significamus. Cic. ad Trebat. l. 7. ep. 10. *Sed valebis, meaque negotia curabis, meque ante brumam expectabis* Id. ad Cassium l. 15. *Valebis igitur, meque amabis.* Ad Att. l. 5. *Tu nihil ei dixeris.* Id. ad Q. Frat. l. 1. *Huic nihil crediderit, nullam partem existimationis tuae commiseris.* Sic etiam, cum prohibemus; *ne feceris, ne dixeris.* Interdum utrumque tum indicativi, tum mandativi modi futurum permiscetur. Pyrrhus enim sic mandat Priamo l. 2. Æn. *referes, et nuntius ibis, Degeneremque Neoptolemum narrare memento.*

IV. Utuntur scriptores et praesenti conjunctivi in imperando. Cic. Att. l. 6. *Atticae meis verbis salutem des.* Ter. Eun. *Si certum est facere, facias.* Ubi Don. *facias,* inquit, pro *facito.* Id. Ter. And. Act. 5. *Potes nunc, dum animus irritus est; D. quiescas.* Quo loco Don. *quiescas,* inquit pro *quiesce*; deest enim *volo*, aut *facito*, idest. *volo quiescas*, vel *facito quiescas.* Haec ille.

V. *Futurum*, *seu modum mandativum* voce patiendi haud ita facile reperies; ejus autem generis sunt illa. Ter. Adel. Act. 5. *De te largitor puer*. Plaut. Epi. *Si placebit*, *utiminor consilium*. Cic. 3. de Leg. *Praetores*, *judices*, *consules appellantor*.

VI. *Praeterito* modus hic caret; quia, ut ait Varro l. 2. de Anal. *Perfectum nemo imperat*. Graeci tamen habent imperativa praeteriti temporis: sed, ut ait Prisc. l. 8. ipsa quoque ad futuri temporis sensum pertinent: ut si apud latinos participium praeteriti cum imperativo miscens dicas: *clausa sit janua*, videris imperare in futurum praeteritum, imperas enim, ut statim janua claudatur, deinde sit clausa, quo fortasse et illa latinorum spectant, *parata sint omnia*, et similia, nisi horum quaedam in potentialem modum referas; nam *haec dicta sint patribus*, *positum sit illud*; *id mihi in incerto relictum sit*, perinde sunt ac si dicas: *haec dixerim patribus*, hoc est, *dicere voluerim*: sic in reliquis.

VII. *Primis quoque personis* singularis numeri modus hic caret, sibi enim nemo imperat, nisi ut alteri personae. Virg. Ecl. 1. *Insere nunc*, *Meliboee*, *pyros*, ubi se ipse alloquitur Meliboeus. Primis pluralis numeri praesens non caret, quia; ut ait Diom. *dum quis imperat aliis*, *se quoque ad idem ministerium vocat*: idcirco *hortativam* potius vocem dicendam censet. Qua tamen persona mandativum modum carere Servius, et Diomedes docent. Nam *amemus*, quam vocem nonnulli ei tribuunt, potius praesentis est temporis, sive imperativi, sive conjunctivi modi.

SCHOLION IV.
De modo optativo.

I. *Optativus modus*, qui ab *optando* nomen accepit, optandi poscit particulas. Eae fere sunt, 1. *o*. Virg. 8. Æn. Nunc, o nunc licet crudelem abrumpere vitam. 2. *si*. Id. l. 6. si nunc se nobis ille aureus arbore ramus Ostendat 3. *o si*. Id. l. 8. O mihi praeteritos referat si Juppiter annos. 4. *utinam*. Ter. Adelph. Utinam hic probe adesset alicubi, atque audiret haec. 5. *o utinam* Lucan. l. 2. O utinam coelique Deis, Erebique liceret.

6. *ut* pro *utinam* saepe apud comicos. Ter. Eun. Act. 2. Sc. 3. Ut Dî illum, Deaeque senium perdant. 7. *sic.* Virg. Ecl. 6. Sic tua cyrneas fugiant examina taxos. 8. *quam.* Cic. Attic. l. 2. ep. Quam vellem, Romae mansisses. 9 *ita*, praesertim apud comicos, pro *si*, quo lyrici, et epici utuntur. Ter. Eun. Act. 3. Ita me Dii ament. honestus est: *Cosi Dio mi ajuti.* lib. 5. ep. 21. Ita mihi omnia, quae opto, contingant.

II. *Ejusmodi adverbia*, *seu particulas* ad majorem explicationem addi, ac saepe a scriptoribus praetermitti, quia *optativa verba per se indicant et rem*, *et votum*, docet Prisc. l. 18. afferens illud Luc. l. 1. *Dii visa secundent*, *Et fibris sit nulla fides.* Sic l. 2. cum optaret Cato pro patria mortem oppetere. *O utinam caelique Deis*, *Erebique liceret*, etc. mox in eodem affectu generose pergens, ait: *Me geminae figant acies*, *me barbara telis Turba petat.* Sic Cic. pro Dejot. *Dii te perdant*, *fugitive.* Idem l. 5. ep. 11. *Dalmatis Dii male faciant.* Sic Ovid. 9. Met. *Omnia Dî facerent*, *essent communia nobis.* Et in Ep. *Fallar*, *et hoc crimen tenitus vanescat in auras.* Idem, *Dii faciant*, *laudis summa sit ista tuae:* Rursum *Ad tua me fluctus projectam littora portent.* Ac rursum, *Nec male parta diu teneat*, *pejusque relinquat; Exulet*; *et toto quaerat in orbe fugam:* Et 1. Trist. *Dî facerent*, *posses non meus esse liber.* C. a tul. ep. *Tecum ludere*, *sicut ipsa possem*, et sexcenta ejusmodi. Quae si quis ad potentialem, vel permissivum modum referat nae is optativum modum (ut advertit auctor) omnino sustulerit. Nam si modus ipse nisi adverbii beneficio desiderium non significat; merito quis dicat, non in modo, sed in adverbio optandi vim inesse; modo vero ipso *potentiam* tantum, aut *debitum*, *voluntatemve*, significari; expliceto que illud, *utinam adsis.* idest *adesse possis*, *aut velis.* Sic alia.

III. Eamdem esse *praesentis*, *et imperfecti* in optativo vocem, constanter docent Probus, Donatus, Servius, Priscianus l. 8. ac Diomedes. Qui etiam diserte negat, *utinam legam*, *utinam faciam* praesentis esse temporis, sed futuri. Futuri tamen vocem pro praesenti interdum poni docet Fabius l. 9. c. 2. afferens illud: *Hoc Itacus*

velit, *et magno mercentur Atrīdae*: hoc est; *vellet*, *mercarentur*. Qua ratione in his quoque futurum pro praesenti agnoscimus. Cic. 1. in Verr. Ita mihi Deos omnes propitios esse *velim*. Et Virg. Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus *Ostendat*. Id. Nunc, o nunc *liceat* crudelem abrumpere vitam: et saepe alias.

IV. Habere etiam optativum peculiare suum *praeteritum perfectum* ejusdem vocis, ac perfectum subjunctivi (quamvis grammatici alii praeter Diomedem sub unica voce eum plusquam perfecto conjunxerint) docet Prisc. l. 8. afferens illud Lucani l. 1. Dii visa *secundent*, Et fibris sit nulla fides, sed conditor artis *Finxerit* ista Tages. Clarum est illud Plinii ad Arium lib. 2. ep. 10. Atque utinam ipse spem, quam de me concepit, *impleverim*. Nam *finxerit*, *impleverim*, optandi significationem habent.

V. *Futuri optativi* vox cum praesentis conjunctivi voce consentit. Cic. Att. 3. Utinam illum diem *videam*. In Verr. 2. Negare non potes, atque utinam *neges*. Interdum tamen in eadem significatione futuro indicativi, more Hebraeorum, utuntur. Ter. Hec. Ita me Dii bene *amabunt*. Idem Hec. Act. 2. Sc. 2. dixit: Ita me Dii bene *ament*. Interdum voce simili praeterito perfecto. Ter. Adelph. Act. 2. Dii me, pater, omnes *oderint*. Idem Andr. Act. 3. Utinam aut hic surdus, aut haec muta *facta sit*, idest, *fiat*.

SCHOLION V.

De modo conjunctivo, seu subjunctivo.

I. Grammatici modum hunc *conjunctivum*, *adjunctivum*, *subjunctivum* appellant. Cum enim tres modi priores verbi alterius adminiculo magna ex parte non egeant: modus hic alia sibi verba necessario adjungit, nectitque beneficio particularum conjunctivarum, *quod*, *si*, *ni*, *nisi*, *quamvis*, *licet*, *ut*, *ne*, *quo* pro ut, *dum*, vel *modo*, pro *dummodo*, et relativi, *qui*, *quae*, *quod*, provocabuli *quisque*, et particulae *cur*, *an*, *num*, ut: nescio, *cur* venerit: nescio, *an* redierit. Interdum tamen particula *si* reticetur. Juv. Sat. 3. Graeculus esuriens in coelum jusseris, ibit. Cic. Philip. 13, Recesseris, omnes

insequentur; manseris, haerebis. Hor. l. 4. od. 4. Merses profundo, pulcrior evenit. Saepe etiam particula *ut* eleganter omittitur. Ad Att. l. 1. ep. 3. Nunc sentio, venias ad id tempus, quod scribis. Et ib. Velim ceteris quoque rebus eum locum ornes.

II. *Quinque habet tempora*, ut et modus indicativus, quamquam ea permutantur interdum, ut praesens pro imperfecto. Ter. Andr. Tu si hic *sis*, aliter sentias. Ibi, Act. 5. Sc. 1. Nam si *cogites*, remittas onerare me injuriis. Plaut. Aulul. Sexcenta sunt, quae *memorem*; si sit otium, idest, *memorem*; *si esset otium*. *Georg.* 4. Ni jam sub fine laborum Vela *traham*. Curandum vero, ut apte tempora copulentur, sibique respondeant; imperfectum imperfecto, ut *dicerem*, *si scirem*; plusquam perfectum plusquam perfecto; ut *dixissem*, *si scivissem*. Cic. 5. Tus. Nunquam id diceret, si te audiret. Att. l. 8. Plura scriberem, si ipse possem. Id. in Bruto. Si corpore valuisset, in primis habitus esset disertus. Quanquam et interdum imperfectum plusquam perfecto jungitur. Ter. Adelph. Act. 2 Si attigisses, ferres infortunium. Ad Att. l. 7. Si scriberem ipse, longior epistola fuisset. Sic et modi permutantur interdum. Ovid. 1. Amor. El. 6. Solus eram, si non saevus adesset amor, idest solus *essem*.

III. Praeter futurum *ro* syllaba finitum, est et alterum *rim* syllaba terminatum cum praeterito ejusdem conjuntivi voce consentiens. Plaut. Pseud. Quis igitur drachmam reddet, si *dederim* tibi? Terent. Andria Act. 1. Si te *exemerim*, ego pro te molam. Id. Adelph. Act. 2. Nec mora sit, si *innuerim*, quid pugnus continuo in mala haereat. Et in passivae vocis futuro. Terent. Hecyr. Quin spolies, mutiles, laceres, quemquem *nacta sis*; quae idem sunt, ac *dedero*, *exemero*, *innuero*, *nacta eris*. Gell. l. 18. c. 2. sub fin.

IV. Diom. l. 1. ait, *amaverimus*, *docuerimus*, etc. praeteritum acui, futurum circumflecti. Atque ideo illud correpta, hoc producta penultima pronunciari. Cui obstat, quod non raro futuri penultima correpta reperitur. Tunc vero dicendum, non a futuro *ro*, sed ab altero futuro *rim*, duci: nam ut praeterito simile est voce, ita et accentu.

V. *Futurum subjunctivi* primae conjugationis apud priscos *asso* syllabis terminabatur; ut *amasso*, *amassis*. Plaut. Amph. Si me *irritassis*, hodie lumbifragium hinc auferes. Id. Mil. *amassis*. dixit pro *amaveris*. Et in Epid. *commonstrasso*, et in Asin. act. 2. Verbo cave *supplicassis*. Apud Cic. 3. de Leg. *interrogassit*, *judicassit*, *imperassit*, *creassit*, *locassit*; et passive, quid *turbassitur*. Et Ennius apud Cic. de Sen. curamve *levasso*.

VI. Secundae conjugationis in *esso*, ut *habesso*. 1. de Leg. Separatim nemo *habessit* Deos; *prohibesso*. 3. de Leg. Ni par, majorve potestas, populusve *prohibessit*. Plaut. Asin. act. 2. Non pedem discedat, si *licessis*, idest licuerit. Lucr. l. 3. Magis eam *cohibessit*, idest cohibuerit. *Jusso* autem pro *jussero*, apud Virg. AEn. 11. antiquum esse, ait Serv.

Tertiae in *im*, ut *faxim*, *ausim*, *eduim*, *perduim*, *duim*. Plaut. Asin. Act. 3. Si istud, quod dicis, *faxis*, idest, feceris, de quibus in defectivis cap. 13. sub fin.

SCHOLION VI.

Conjunctivus modus, accedente particula cum, *quomodo reddatur italice.*

I. Vernacula idiomata non eamdem apud omnes nationes temporum rationem servant. Itali enim, ut alios omittamus, imperfectum quidem conjunctivi, nisi alia adjungatur particula, imperfecto fere reddunt. Exempli gratia, laetus essem, *si* te bene valere audirem: *sarei allegro, se intendessi, che tu stessi bene.*

II. Verum accedente particula *cum* variis modis afferunt. Interdum enim utuntur particula, *conciossiachè*, aut *come che*, *come quello che*, *poichè*, *giacchè*, *avvegnachè*, et similibus. Cum sis vir bonus neminem esse improbum suspicaris: *conciossiachè*, *o come quello che sei buono*, *o come che tu sei buono*, *non pensi*, *che alcuno sia cattivo*; ut sic, *giacchè*, *o poichè tu sei buono*, ec.

III. Saepius tamen vel per gerundium italicum tantum, vel per gerundium cum verbo, vel per gerundium simul et participium, nonnunquam etiam per solum participium redditur.

IV. Per gerundium tantum. Cum essem Romae, accepi fasciculum tuarum litterarum: *essendo io in Roma, ricevei un piego delle tue lettere.* Cum te pater unice diligat, illum aversari non debes: *amandoti il tuo padre, come figliuolo unico, non devi da lui aver avversione.* Patrem tuum odisse non debebas, cum ille te unice diligeret: *non dovevi portare odio al tuo padre, amandoti egli singolarmente.*

V. Per gerundium, et verbum sic: tandem miserandum in modum animam efflavit, cum quatuor ipsos annos omnibus membris captus jacuisset in lecto: *spirò alla fine miserabilmente, essendo che quattro anni intieri tutto stroppiato era giaciuto in letto.*

VI. Per gerundium, et participium: ut, nunquam ad me scribis, cum ad te saepissime longissimas litteras dederim: *tu non mi scrivi mai, avendoti io scritto spessime volte lettere lunghissime.* Cum esses Romae, ne unam quidem litteram ad me misisti, cum ad te saepenumero scripsissem: *quando eri in Roma, non mi scrivesti nè pure una parola, avendoti io spesse volte scritto.*

VII. Per solum participium convertitur: ut, cum ex Africa frater tuus decessisset, allatae regis lusitani sunt litterae, quibus eum nusquam discedere jubebat: *partitosi tuo fratello da Affrica, vennero lettere del re di portogallo, con le quali comandava, che egli non partisse per verun luogo.*

SCHOLION VII.

Gerundia italica quomodo temporibus conjunctivi latini respondeant.

I. Gerundio italico latino reddendo laborant saepe pueri, nec raro falluntur. Nam quando praesenti, aut imperfecto, perfecto, aut plusquam perfecto tempore conjunctivi utendum sit, non facile intelligunt. Quocirca hoc loco animadvertendum est, duas esse gerundiorum formas vulgari sermone, quae solent rudibus negotium facessere. Vel enim simplex gerundium est, nulla alia adjuncta voce; ut, *essendo io*: *scrivendo io*: ac tum per praesens, vel imperfectum conjunctivi latine redditur, *cum sim, vel essem*; *cum scribam, vel scriberem.*

Vel est gerundium, et participium praeteriti temporis; ut *essendo io stato*, *avendo io scritto*; et tunc praeterito perfecto, vel plusquam perfecto ejusdem modi latinorum respondet, *cum fuerim*, *vel fuissem*; *cum scripserim*, *vel scripsissem*.

II. Praesens autem ab imperfecto, et imperfectum a plusquam perfecto distinguet verbum, quod gerundio conjungitur. Nam si praesentis temporis, aut futuri indicativi, aut imperfecti conjunctivi fuerit verbum, gerundium illud erit praesentis temporis: *mi maraviglio, come non faccia tu profitto nell' eloquenza, leggendo tanto diligentemente Cicerone*: miror cur nihil proficias ad eloquentiam, cum Ciceronem tam studiose legas. *Essendo qui gran fame, molti andranno ad abitare altrove*; cum hic fame magnopere laboretur multi alio commigrabunt. *Essendo tu persona onorata, non dovresti far cosa, che ad un gentiluomo non convenga*: cum sis honesto loco natus, non deberes quidquam facere, quod nobilem virum non deceat.

III. Sin verbum gerundio junctum praeteriti, sive imperfecti, sive perfecti, sive plusquam perfecti temporis fuerit, gerundium erit imperfecti conjunctivi modi. *Studiando io i rudimenti, imparava a mente molte cose*: cum rudimentis studerem, multa ediscebam. *Ritrovandomi io in Atene, imparai il greco*: cum essem Athenis, graecas litteras didici. *Strapazzando il mio fratello gli studj di filosofia, io aveva scorsi molti volumi di legge civile*: cum meus frater philosophiae studia negligenter tractaret, ego percurreram multa juris civilis volumina.

IV. Verum praeteritum perfectum duplex est; alterum *remotum*, sive *infinitum*, quod italice una voce tantum exprimitur, *caddi*, *feci*, *amai*; et tunc gerundium huic adjunctum per vocem imperfecti semper exponitur; *amai per qualche tempo lo studio delle lettere, pensando per quelle essere grandemente stimato*; amavi aliquamdiu litterarum studia, cum ob illa me magni pendi existimarem. Alterum praeteritum est *propinquum*, seu *definitum*, quod duabus italice vocibus exprimitur: *son caduto*, *ho fatto*, *ho amato*; et tunc gerundium huic adjunctum per vocem praesentis frequentius

exponitur : *leggendo spesse volte Cicerone , ho imparata la lingua latina :* cum Ciceronem frequenter legam, linguam latinam didici. *Mandandoti spesse lettere , ho giudicato doverti avvisar di molte cose :* cum crebras ad te litteras mittam , de multis te commonefaciendum existimavi. Interdum etiam per vocem imperfecti. *Venendo costà il mio fratello , non ho potuto far di non mandarti per esso qualche lettera :* cum frater meus istuc proficisceretur , non potui ei nihil ad te litterarum dare.

V. Eadem ratione perfectum a plusquam perfecto dignoscetur. Nam si verbum , quod gerundio subditur, fuerit praesentis , aut praeteriti perfecti propinqui , vel definiti , aut futuri indicativi , sive etiam imperfecti conjunctivi , gerundium illud participio junctum praeteriti perfecti temporis erit. *Non mi maraviglio , che così tardi ti riabbi , essendo stato tanto tempo ammalato :* non miror , te tam lente convalescere , cum tandiu aegrotaveris. *Son caduto questo mese in una gravissima malattia , non essendo per lo addietro mai stato ammalato :* gravissimum in morbum hoc mense incidi , cum antea aegrotaverim nunquam. *Ciascuno ti giudicherà ornato di una singolar dottrina , avendo tu letto tanti nobili scrittori:* quisque te singulari quadam doctrina praeditum existimabit , cum tot nobilissimorum scriptorum volumina perlegeris. *Avendo io faticato lungo tempo , volentieri mi riposerei , se mi si concedesse :* cum diu laboraverim , libenter quiescerem , si mihi potestas fieret.

VI. Plusquam perfecti vero temporis erit gerundium, si adjunctum sibi habeat verbum temporis imperfecti , aut perfecti remoti , quod unica voce vulgo effertur , aut etiam plusquam perfecti. *Essendo già gran tempo stato renduto certissimo , che tu mi tenessi molto caro , non pensava , ovvero non pensai , ovvero non avrei mai pensato di aver bisogno appresso di te di raccomandazione:* cum jamdudum mihi persuasissem , me tibi esse carissimum , commendatione me egere apud te nunquam existimavi.

VII. Non negarim alias praeterea formas esse per gerundium loquendi , quas omnes persequi longum sit;

satis habuimus illas potissimum attingere, quae omnium frequentissime in sermonem videntur incidere: ceteras, si quae occurrunt, poterit magister ipse facili negotio discipulis tradere.

SCHOLION VIII.
De modo potentiali.

I. Modusc *potentialis*, et *permissivus*, sive *concessivus* quinque habet tempora, atque easdem voces, quas *conjunctivus*, significationes tamen longe diversas. Ex quo apertissime intelligimus, modorum diversitatem praecipue ex significationis dissimilitudine oriri. Quod idem in nominum casibus, videre licet. Nam, quamvis nominativus, et vocativus multitudinis, dativus itidem, et ablativus voce similes sint, diversi tament sunt casus; alia enim nominandi, alia vocandi, alia dandi, alia auferendi est significatio. Quare ut casus, quamvis voce simillimi, a grammaticis tamen propter significationis dissmilitudinem distincti sunt: ita hi tres modi mihi necessario videntur separandi. Frequenter enim in explicandis scriptoribus haerebit ludimagister, nisi hos modos discernat, eorumque vim, ac naturam penitus internoscat.

II. Dicitur *potentialis* modus, quod potentiam, sive, ut Priscianus loquitur, *possibilitatem* adsignificat. Quare verbo *possum* fere explicari solet; non raro tamen verbis *debeo*, aut *volo*, prout loci sententia postulat.

III. Voces hujusmodi *sim? amem?* cum interrogatione fere usurpantur, *che io sia*, *che io ami?* Quam ob causam interrogationis notam singulis temporibus adjecimus, quamquam iisdem sine interrogatione non raro utimur. Utriusque generis in hoc scholio subjiciemus exempla.

IV. *Praesentis exempla.* Plaut. Amph. Vir ego tuus *sim? Che io possa essere tuo marito?* Ter. And. Act. 4. Hic vir *sit* bonus? Crassus in Philippum apud Quintil. l. 8. c. 3. extremo. Ego te consulem *putem?* cum tu me non putes senatorem? idest putare debeam? *Che io debba tenerti per console?* Virg. 1. AEn. Et quisquam numen Junonis *adoret?* idest adorare velit? *E vorrà alcuno adorare?*

V. Ad majorem emphasim adduntur interdum particulae *ut*, *an*, *ne* encliticae, aut similes. Cic. in Catil. Tu *ut* unquam te *corrigas?* ib. Te *ut* ulla res *frangat?* *È possibile, che niuna cosa possa domarti?* Ter. Andr. Act. 5. Tu *ne* impune hoc *facias?* Virg. 3. AEn. *Eloquar, an sileam?* idest eloqui, an silere debeo?

VI. Quamdoque et sine interrogatione. Quint. l. 1. c. 9. *Frangas* citius, quam *corrigas*, quae in pravum induruerunt, idest frangere possis. Id. l. 6. c. 5. *Videas* plerosque ira percitos, *vedrai*, o *potrai vedere la maggior parte commossi da collera.* Cic. 4. in Verr. Si quis novi quid instituerit, is non omnia rata esse *patiatur*, idest pati non debet. Prisc.

VII. *Praeteriti imperfecti exempla.* Cic pro Rab. perd. reo. Tu denique quid *faceres* in hac re? *Che faresti*, o *che potevi fare?* Ter. Andr. Act. 1. *Diceret*, quid feci? *direbbe*, o *porebbe dire.* Sallust. in Conjur. Confecto praelio, tum vero *cerneres*: *allora sì vedresti, o potresti vedere.* Virg. 8. AEn. At tu dictis, Albane, *maneres*, idest manere deberes, *dovevi attendere la parola.* Id. 6. AEn. Quod corpus humandum *Diceret*, *volesse dire.*

VIII. *Praeteriti perfecti exempla.* Plaut. Amph. Tune mecum *Fueris? che tu abbi potuto essere meco?* Horat. Epod. Impune ut urbem nomine *impleris* meo? idest implere potueris? Virg. 9. AEn. Unus homo tantas strages impune per urbem *Ediderit?* juvenum primos tot *miserit* Orco? idest, edere, mittere potuerit? AEn. 2. *Occiderit* ferro Priamus; Troja *arserit* igni? idest aequum ne fuit, aut debuit *occidere*, *ardere*? Cic. 5. Tusc. M. Antonii omnium eloquentisssmi, quos ego *viderim*, idest videre potui.

IX *Plusquam perfecti exempla.* Virg. 4. AEneid. Faces in castra *tulissem*, *Implessemque* foros flammis, idest foros implere potuissem, aut debuissem. Cic. pro Planc. An si in me vitae cupiditas fuisset, omnium parricidarum tela *commossem?* idest commovere debuissem, vel voluissem? Idem Cornificio l. 12. ep. 22. Plura *scripsissem*, nisi tui festinarent. Suet. in Vesp. c. 8. *Maluissem*, oboluisses allium, idest malle debuissem, oboluisses allium.

X. *Futuri exempla.* Horat. l. 1. Od. 6. Quis Martem tunica tectum adamantina Digne *scripserit?* idest, scribere possit, seu poterit. Cic. in Orat. Pomeridianas quadrigas, quam postmeridianas libentius *dixerim.* Plin. lib. 8. c. 48. Nec facile *dixerim*, qua id aetate coeperit. Cic. 1. Tusc. Ego ipse cum eodem ipse non invitus erraverim. Et l. 1. de Leg. Ego vero libenter *audierim.* Georg. 2. *Exuerint* silvestrem animum. Huc spectant praemonitiones illae, ut ita *dixerim*, pace tua *dixerim*, etc.

SCHOLION IX.

De modo permissivo, seu concessivo.

I. Permissivus, sive concessivus modus permissionem, sive concessionem adsignificat: unde et nomen invenit: Diomedes *concessivam speciem* appellat. *Quae*, inquit, *nequaquam volumus fieri, ea verbo, ut fiunt, concedimus, ut contendendi pertinaciam evitemus.* Ejus usus in secundis tertiisque personis potissimum cernitur, primas enim, excepto futuro, non facile invenies.

II. *Praesenti exempla.* Cic. 7. in Verr. *Sit* sacrilegus, *sit* fur; idest, per me licet sit sacrilegus: *esto sit* sacrilegus: *sia egli pur sacrilego*, etc. Idem lib. 2. Acad. Haec si vobis non probamus, *sint* falsa sane, invidiosa certe non sunt. Idem pro Dejot. *Pereant* amici, dum una inimici intercidant. Ter. Adelph. act. 3. *Profundat*, *perdat*, *pereat*, nihil ad me attinet, *spenda pur egli*, *rovini pure*, ec.

III. *Praeteriti perfecti exempla.* Cic. 3. in Verr. Seditiosus homo C. Carbo fuit: *fuerit* aliis: idest esto, concedo fuisse aliis.

IV. *Plusquam perfecti exempla.* Virg. AEn. 4. Verum anceps pugnae *fuerat* fortuna; hic *fuerat*, pro *fuisset*, positum est, sicut apud Mart. l. 2. ep. 78. Si non errasset, *fecerat* ille minus, idest, fecisset: et apud Hor. l. 2. od. 17. *Sustulerat*, nisi Faunus ictum Dextra levasset, pro *sustulisset.* Poteris similia exempla fingere etiam primae personae. Veterum victa fuissem: *fuissem.* Prius *fuissem*, potentiale est, posterius permissivum. Et praesenti tempore vereris, ne si servus verberetur, aufugiat: *aufugiat*,

V. *Futuri exempla*. Cic. 2. Acad. Age, *restitero* Peripateticis, *sustinuero* Epicureos: *Orsù, postochè io abbia a resistere ec.* Idem 5. Tusc. Quam sibi conveniat, ipse *viderit*: *esso se lo veda*. idem de Amic. Quam id recte faciam, *viderint* sapientes.

SCHOLION X.

De modo infinito, sive indefinito.

I. Infinitus sive (ut loquitur Gell. lib. 1. c. 7.) indefinitus modus dicitur, quia cum quatuor reliqui modi certas sibi personas, numerosque certos aperte definiant, ut *lego*, *legis*, *legit*, *legimus*, *legitis*, *legunt*; in infinito personae eaedem, ac numeri incerti sunt, obscureque latent, pronominum beneficio evolvendi, ut *me amare*, primae singularis est, *te* secundae, *illum* tertiae: *nos amare*, primae multitudinis, *vos* secundae, *illos* tertiae.

II. Conjungit tamen hic modus simul una voce tempus praesens cum imperfecto, et perfectum cum plusquam perfecto. Nam, scio, te amare litteras: *so, che tu ami le lettere*; praesens est. Sciebam, te amare litteras: *sapeva, che tu amavi le lettere*; imperfectum est. Scio, me saepe ad te scripsisse: *so, che io spesso t' ho scritto*; perfectum est. Sciebam, me saepe ad te scripsisse: *sapeva, che io spesso t' aveva scritto*; plusquam perfectum est.

III. Prisci futurum in *rum* fixum, atque invariatum habebant, quod generibus, numerisque omnibus accommodabant. Nunc utimur circuitione verbi *esse*, et participii in *rus*, variatis casibus, generibus, numeris, ut dicemus lib. 2. c. 9.

IV. A prisco futuro conjunctivi in *asso* formabant veteres infiniti futurum *assere*, ut *expugnassere*, *impetrassere*, hoc est expugnaturum, vel impetraturum esse. Plaut. Amph. Se summa vi eorum oppidum *expugnassere*. Idem in Milit. Hercle credo te facile *impetrassere*. Idem in Captiv. Illum confido his diebus me *reconciliassere*.

V. Diomedes, Donatus, aliique grammatici addunt alteram futuri activi circuitionem, *amatum ire*, *doctum ire*.

Hanc omisimus, quia praesens tempus potius adsignificat. Plaut. Bacchid. Desistas *ire oppugnatum*, idest oppugnare. Liv. l. 9. Bell. Maced. Vitricus tuus vitam tuam *perditum ire* hoc facto properat, idest perdere. Gell. lib. 4. c. 6. Volo *adjutum*, *ornatumque ire* noctes tuas, idest adjuvare, atque ornare.

VI. Quamvis *occisum ire*, *violatum ire*, *direptum ire*, *madefactum ire* activa voce nihil aliud quam *occidere*, *violare*, *diripere*, *madefacere* tempore praesenti significent, ut docuimus; tamen *occisum iri*, et reliqua patiendi voce futuri sunt temporis. Cic. Att. l. 2. Addit, se prius *occisum iri* ab eo, quam me *violatum iri*. idem l. 9. Quem tu locum Graeciae non *direptum iri* putas? idem de Divin. Vaticinatus est *madefactum iri* minus triginta diebus Graeciam sanguine. Liv. I. 1. Cecinit sibi aram hic *dicatum iri*. Sic fere semper.

VII. *Amatum iri*, *lectum iri*, et similia tantum in futuro agnoscunt Probus, Donatus, Priscianus: posteriorem illam circuitionem *amandum esse*, *legendum esse*, etc. non agnoscunt, fortasse quia voces in *dus*, et *dum* necessitatem potius, quam tempus significant, etiamsi sextum post se casum habeant. Cic. in Rul. Non eos in Deorum immortalium numero *venerandos* a vobis, et *colendos* putatis? Hic non tempus futurum, sed necessitas significatur: sic fere semper. Vide Rud. in Schol. partic. et I. 2. c. 12. praec. 1.

SCHOLION XI.

Quomodo infiniti tempora reddantur italice.

I. Infinitus modus, quamvis natura sua personas, et numeros non nisi involutos et implicitos habeat; libet tamen in praesenti eos evolvere, atque explicare, ut hujus etiam modi variam significationem, et usum jam inde a primis rudimentis pueri cognoscant.

Infinitus apud latinos vocem unam tantum habet, quae *praesens*, *et praeteritum imperfectum* adsignificet, italica etiam lingua utriusque temporis unam, et eamdem habet vocem, ut volo ad illum scribere, *voglio scrivergli*; praesens est. Volebam heri ad te scribere,

jeri voleva scriverti, praeteritum imperfectum est. Volo te scribere, *io voglio che tu scrivi*, praesens est. Volebam te scribere, *io voleva che tu scrivessi*, imperfectum est.

II. Eadem italici infiniti vox gerundiorum, et supinorum latinorum loco adhibetur, ut, non est tempus scribendi, *non è tempo di scrivere*. Vocor ad scribendum, *io sono chiamato a scrivere*. Sum defessus scribendo, *sono stracco di scrivere*. Eo scriptum, *io vado a scrivere*. Est res difficilis scriptu, *è cosa difficile a scriversi*, o *ad essere scritta*.

III. *Praeteritum perfectum*, et *plusquam perfectum* in vulgi idiomate ex conjunctivo persaepe supplentur, addita particula *che*, ut, existimo patrem tuum fuisse virum doctum, *credo che tuo padre sia stato uomo dotto*. Existimabam patrem tuum fuisse virum doctum, *credeva che tuo padre fosse stato uomo dotto*. Interdum supplentur haec duo tempora ex indicativo, accedente eadem particula *che*, ut, audio venisse regem, *intendo che è venuto il re*: audivi regem abiisse, *ho udito dire che il re sia partito*: vel cum tempus remotum, aut indefinitum significatur, *udii dire che il re si era partito*.

IV. Cum verbis *optandi*, *desinendi*, et cum verbis *doleo*, *gaudeo*, *constituo*, *spero*, et similibus tum praesens, tum praeteritum infiniti cum particula *di* vernacula lingua efferuntur, ut, cupio ad te scribere, *desidero di scriverti*. Doleo me non scripsisse ad patrem tuum, *mi duole di non avere scritto a tuo padre*. Alioquin cum verbis *possum*, *debeo*, *volo*, *nolo*, *malo* et hujusmodi, nulla alia adhibita particula, solis infiniti vocibus contenta sunt, ut, non possum loqui, *non posso parlare*. Volo audire, *voglio ascoltare*. Vide l. 2. c. 9. praec. 6.

V. *Futurum* ex indicativo, et praesenti infiniti modi ejusdem verbi, cum particula *a*, vel *da* suppletur interdum, ut scio te futurum esse virum doctum, *so che tu hai da esser un uomo dotto*. *Hai* verbum est indicativi, *da esser* praesens infiniti modi ejusdem verbi, cujus est futurum latinum. Scio te aliquando amaturum esse litteras, *so che una volta hai da amare le lettere*.

Interdum suppletur etiam ex futuro indicativi modi, ut, putas me aliquando futurum virum doctum? *cr di che io sarò a qualche tempo uomo dotto?*

VI. Quod si verba *sperandi*, *promittendi*, *jurandi* accedant, ex praesenti infiniti modi, et particula *di* supplendum est, ut, spero me fore virum doctum, *spero d' esser uomo dotto.* Promitto, vel juro me nunquam fore reipubblicae hostem, *prometto, o giuro di non esser mai nemico alla repubblica.* Potest et per futurum indicativi nonnunquam efferri; ut, spero fore jucundum generum nobis, *spero che ci sarà genero di sommo contento.*

Alias omnes italici infiniti formas colligere non est praesentis instituti. Si quis alias indagaverit, eas ad hanc normam dirigere, et discipulis tradere poterit.

SCHOLION XII

Voces infiniti quomodo italice per indicativum, aut conjunctivum reddantur.

Infiniti latini voces tum per conjunctivum, tum per indicativum italice redduntur, idque temporibus omnibus, de quibus sigillatim videtur dicendum.

De praesenti

Tempus praesens ita per indicativum italice reddi potest. Cic. Att. l. 10. Scribis te ipsum putare me attractum iri, si de pace agatur; *mi scrivi che tu pensi chè io sarò tirato per forza, se si tratterà di pace.* Id. ibid. Pompejum pro certo habemus per Illyricum proficisci in Galliam: *teniamo per cosa certa che Pompeo se ne va alla volta della Gallia per la Schiavonia.*

Illa per conjunctivum vertuntur. Cic. ep. 2. lib. 6. Peto a te, ne me putes oblivione tui rarius ad te scribere, quam solebam: *ti chiedo che tu non pensi, che io ti scriva più di rado del solito per dimenticanza che ho di te.* Idem. Non puto esse alienum, me ad te, quid ea de re sentiam, scribere: *non penso che sia fuor di proposito scriverti qual sia il mio sentimento intorno quel negozio.*

De praeterito imperfecto

Praeteritum imperfectum quam saepissime per indicativum convertitur. Cic. Ep. Fam. lib. 2. Sciebam te a tuis certiorem fieri solere: *io sapeva che tu solevi esser avvisato dai tuoi.* Idem Att. l. 1. A curione mihi nunciatum est, eum ad me venire: *mi fu mandato a dire da Curione, che egli se ne veniva a casa mia.*

Nec minus frequenter per conjunctivum. Cic. l. 6. ep. 1. Non debemus ita cadere animis, quasi aliquid evenerit quod fieri posse nunquam putavimus: *non dobbiamo talmente perderci di animo, come se cosa sia accaduta, la quale non avremmo mai pensato, che potesse accadere.* Conjunctivi imperfectum est, *che potesse.* Id. l. 1. ep. 1. Consules Bibuli sententiam valere cupierunt: *i consoli desiderarono, che la sentenza di Bibulo prevalesse.*

De praeterito perfecto

Praeteritum perfectum sic redditur per indicativum. Cic. ep. l. 6. Te nunquam timuisse certo scio: *so certo che tu non hai mai avuto paura.* Idem. Ibid. Nec enim nos arbitror victoriae praemiis ductos patriam olim, et liberos, et fortunas reliquisse: *nè penso che noi abbiamo lasciato la patria, e i figliuoli, e i beni tirati dai premj della vittoria.* Idem epist. lib. 2. Mea officia tibi nunquam defuisse, tute es testis: *tu stesso sei buon testimonio, che i miei servigi non ti sono mai mancati.*

Per conjunctivum vero sic. Cic. de Amic. Nihil, enim mali Scipioni accidisse puto: *non penso che alcun male sia a Scipione accaduto.* Idem de Orat. lib. 1. Platanus illa mihi videtur non tam ipsa aquula, quae describitur, quam Platonis oratione crevisse: *mi pare, che quel platano, non tanto per quell' acquetta, che si descrive, quanto col dir di Platone sia cresciuto.*

De praeterito plusquam perfecto

Praeteritum plusquam perfectum sic per indicativum convertitur. Cic. de Amic. Ea se in quiete per visum ex Africano audivisse dicebat: *diceva che quelle cose aveva udite dall' Affricano in una visione dormendo.* Idem ep. lib. 3. Didici ex tuis litteris, te omnibus in rebus habuisse rationem, ut mihi consuleres: *intesi dalle tue lettere, che tu in tutte le cose avevi avuto riguardo al comodo mio.*

Per conjunctivum autem sic licet convertere. Curt. l. 3. Nondum enim Memnonem vita excessisse cognoverat: *perciocchè non aveva ancora inteso che Memnone fosse morto.*

De futuro

Futurum etiam per indicativum italice reddi potest. Cic. ep. lib. 16. Eum facturum puto: *penso che egli lo farà.* idem lib. 14. Et ipse opinione celerius venturus esse dicitur: *e si dice ch' egli verrà più presto di quello che si pensa.* Ad Att. l. 8. Ego bellum foedissimum futurum puto: *io giudico che sarà una guerra crudelissima.*

Frequentius vero per conjunctivum; tunc autem secunda vox imperfecti temporis esse videtur *amerei, leggerei.* Cic. ad Att. lib. 10. Jussit mihi nunciari mox se venturum, *comandò mi fosse detto che da lì a poco egli verrebbe;* idem Tusc 1. Critoni nostro non persuasi, me hinc avolaturum, nec quidquam mei relicturum: *non ho persuaso al nostro Critone che io me ne volerei via di qua, nè lascerei di me parte alcuna.* idem ep. lib. 13. Cum ipse sibi persuasisset meas de se accurate scriptas litteras maximum apud te pondus habituras: *essendosi egli persuaso che le mie lettere, caldamente scritte per conto suo, avrebbono grandissima forza appresso di te.*

Potest adhuc et aliis modis reddi pro varietate sententiarum; *che io son per fare, che io ho da fare.* Cic. Att. 10. Nisi forte arma Pompejum abjecturum putas: *se già tu non pensi che Pompeo sia per gittare le armi.*

De futuro praeterito mixto

Futurum praeterito mixtum fere per secundam vocem plusquam perfecti conjunctivi modi reddi solet; *avrei amato, avrei letto.* Cic. de Amic. Quid arbitramur illos in re vera fuisse facturos? *che pensiamo che coloro avrebbono fatto in cosa vera?* idem ibid. Scio eos impetraturos non fuisse: *so che essi non l' avrebbono impetrato.*

Pro hoc futuro ponitur futurum simplex, si actio praeteriti finiti actionem infiniti futuri tempore praecedat;

quamvis per futurum sive simplex, sive mixtum reddatur italice. Cic. 1. de Orat. Qui locus quietis plenissimus fore videbatur, in eo, etc. *quel luogo che pareva, che sarebbe, o sarebbe stato pienissimo di riposo*, ec. Prius enim videbatur id, quod postea futurum putabat. idem lib. 1. ep. 2. Perspiciebant consules in Hortensii sententiam multis partibus plures ituros: *vedevano bene i consoli che i più andrebbono, o sarebbono andati nel parere di Ortensio.* Prius enim perspiciebant, postea ituri erant in sententiam. Sin actio, quae jam praeire debuisset, actionem verbi praeteriti temporis sequatur, tum vero haec actio per infiniti futurum mixtum tantum exprimitur. Cic. pro Dejot. Cui reo veniam te daturum fuisse dicebas, si excusatione aetatis usus esset: *al qual reo dicevi che avresti perdonato, se per l'età scusato si fosse.* Hic aetatis excusatio veniam dandam praeire debuisset, ideo futuro mixto explicatur.

Quae autem orationes sint per indicativum, quae per conjunctivum reddendae, non est praesentis instituti ostendere; tantum intelligant pueri has omnes orationes, sive indicativi modi fuerint, sive conjunctivi, per infinitum esse reddendas: alias, si quae fuerint, magistri deligentiae committimus, qui etiam ostendet, infiniti passivi tempora totidem modis italice reddi posse, quot nos ostendimus activum solere converti. Exemplis brevitatis causa supersedemus.

SCHOLION XIII.

Quid gerundia, et supina, cur inventa, an passive quoque significent, et gerundia interdum e in u mutare.

Quid sint, curve sic dicta gerundia, et supina, non convenit inter grammaticos. Diomedes quidem censet, gerundia, et supina sextum esse verborum modum, alii vero haec esse nomina participalia, ut Phocas, Donatus, Priscianus. Verum, quod Quintilianus indicat l. 1. c. 4. magis placet, qui supina *verba participalia* appellat: quod idem dicimus de gerundiis. Cum enim graeci pro gerundiis, ac supinis, quibus carent, infinito utantur (sicut et itali) articulorum, ac praepositionum

adminiculo, latini haec *verba participalia* excogitarunt, ut crebram, et molestam infiniti repetitionem vitarent.

II. Quae enim latini dicunt: *efferor studio patres vestros videndi: quis est tam in scribendo impiger? inter spoliandum corpus hostis expiravit; abi deambulatum: turpe quidem dictu*; ea graeci sic dicerent: *efferor studio patres vestros videre: quis est tam in scribere impiger? inter spoliare expiravit: abi deambulare: turpe dici*. Quas loquendi formulas latini quoque poetae frequenter, et historici interdum usurpant. Liv. l. 30. Tempus est aut pacem *componi*, aut bellum *geri*. Tibul. lib. 5. eleg. 2. Causa *perire* fuit; idest pereundi. Hor. carm. 8. Rite maturos *aperire* partus, Lenis Ilithya; hoc est lenis in aperiendis partubus, et mox; Vosque veraces *cecinisse* Parcae, idest veraces in canendo. Id. lib. 1. Od. 15. Et celerem *sequi* Ajacem, idest ad sequendum, ut sentit Prisc. lib. 18. Ovid. epist. penul. Retulerat Nestor nato te *quaerere* misso, idest misso te quaesitum, sive ad te quaerendum. Et sexcenta ejusmodi apud poetas.

III. Gerundia omnia significationem habent activam, et in *di* quidem perquam raro passivam. Justin. l. 7. Arymbas Athenas, *erudiendi* gratia, missus, idest *ut erudiretur*. Quo spectat et illud Terent. Heaut. prol. Novarum qui *spectandi* faciunt copiam. Et Suet. in Aug. cap. 98. Permissa jocandi licentia, *diripiendique* pomorum, idest *spectandarum*, *diripiendorum*. In *do* etiam non raro. Virg. Ecl. 8. *Cantando* rumpitur anguis. Georg. 3. Uritque *videndo* Femina; idest *dum cantatur*, *dum videtur*. idem. Alitur vitium, crescitque *tegendo*. Lucr. l. 1. Annulus in digito subter tenuatur *habendo*. Et in *dum* interdum. Georg. 3. Ante *domandum* Ingentes tollunt animos, idest *antequam domentur*. Sallust. Jug. Cum ipse *ad imperandum* Tisidium vocaretur, idest *ad imperata facienda*; antiqua plane loquendi ratione. Cic. l. 9. ad Paet. ep. 25. Nunc ades *ad imperandum*, vel *ad parendum* potius; sic enim antiqui loquebantur. Qua ratione et ipse Cicero videtur loquutus l. 2. de Nat. Deor. extremo. Qua pecude, quod erat *ad vescendum* hominibus apta, idest *qua homines vescerentur*.

IV. Supina omnia in *um* activam significationem

habent, ea tantum passivam, quae sunt a neutris passivis, ut *venum*, *vapulatum*. Haec vero infinitorum futura *lectum iri*, *visum iri*, et similia non a supinis, *lectum*, *visum*, sed a verbo *iri* passionem mutuantur:

V. Omnia vero supina in *u* passive sumuntur, ut *mirabile dictu*. Quamquam Diomedes l. 1. et Prisc. l. 8. haec interdum active sumi significent. Favet his Plautus Menaech. *Opsonatu* redeo, et Cato de re rust. Primus *cubitu* surgat, et Stat. lib. 1. Achil. Quem nunc *venatu* rediturum. Cum tamen alii his ipsis locis *opsonatu*, *cubitu*, *venatu* nomina potius quartae declinationis esse censeant, quam supina.

VI. In tertiae, quartaeque conjugationis gerundiis in *di*, *do*, *dum*, ac participiis ejusdem flexionis in *dus* veteres *e* penultimae syllabae per *u* efferebant. Ter. Andr. prolog. Nam in prologis *scribundis* opera abutitur, idest *in scribendis* prologis. Et Act. 1. sc. 4. Dii date facultatem, obsecro, huic *pariundi*, pro *pariendi*. Apud Pl autum haec crebra sunt. Et apud Sallustium antiquitatis affectatorem in Catil. Libido eos invaserat reipubblicae *capiundae*. Et ibid. Impunitatem reipublicae *perdundae* fore credebant. ibid. Tanta vis hominibus *leniunda* magis, quam exagitanda videbatur. Alii quoque scriptores interdum. Liv. I. 6. In nos quid arma polleant vestra, si patiendo *experiundum est*, inermes experiemur. Cic, lib. 9. epist. 14. In consiliis *capiundis*. Et lib. 2. epist. 10. Existimavit tamen esse *faciundum*. idem pro C. Rab. Hic videlicet perblandus *reperiundus* fuit. Idem pro Caecin. Qui ad constitutum *experiundi* juris gratia venissent. Sic. *rei gerundae*, etc. ex quo nonnulli gerundia dicta esse arbitrantur.

VII. Hinc apud jurisconsultos, qui veterum edicta legesque interpretati sunt, extant in Pandectis tituli, *communi dividundo ad legem juliam de repetundis*, *familiae erciscundae*, idest rei hereditariae dividendae. Quis veterum loquendi formulas Cicero, aliique scriptores nunquam sibi putarunt immutandas. Ut lib. 7. ep. 22. Quod jus statues communi *dividundo*. Et pro P. Sext. Caesar legem de *pecuniis repetundis* non putat esse legem. idem pro Cluent. Clames te lege *pecuniarum repetundarum* non teneri. Et pro Caecin. Nomine here-

dis arbitrum *familiae erciscundae* postulavit; et de Orat. idem *erciscundae familiae* causam agere non potest. Sic *juris dicundi.* Cic. pro Mur. et Act. 3. in Verr. Pecuniam ad *jus dicundum* dedisse. Et ejus generis alia.

CAPUT X.

DECLINATIO VERBI DEPONENTIS
Pro inferiore ordine infimae classis.

Indicativi modi tempus praesens.

Utor, *io uso.* uteris, vel utere: utitur. Pl. utimur, utimini, utuntur.

Praet. Imperf. utebar, *io usava.* utebaris, vel utebare: utebatur. Pl. utebamur, utebamini, utebantur.

Praet. perf. usus, a, um sum, vel fui, *io usai, ed ho usato.* es, vel fuisti, etc.

Praet. plusq. perf. usus, a, um eram, vel fueram, *io aveva usato.* eras, vel fueras, etc.

Futurum. utar, *io userò.* uteris, vel utere: utetur. Pl. utemur, utemini, utentur.

Imperativi modi tempus praesens.

Utere, vel utitor, *usa tu.* utatur. Pl. utamur, utimini, vel utiminor: utantur.

Futurum, sive modus mandativus.

Utitor tu, uteris, vel utere *userai tu.* utitor ille, vel utetur. Pl. utiminor, vel utemini: utuntor, vel utentur.

Optativi modi tempus praesens, et imperf.

Utinam uterer: *Iddio volesse, chè io usassi.* utereris, vel uterere: uteretur. Pl. utinam uteremur, uteremini uterentur.

Praet. perf. utinam usus, a, um sim, vel fuerim, *Iddio voglia, che io abbia usato.* sis, vel fueris, etc.

Praet. plusq. perf. utinam usus, a, um essem, vel fuissem, *Iddio volesse, che io avessi usato.* esses, vel fuisses, etc.

Futurum. utinam utar, *Iddio voglia, che io usi.* utaris, vel utare: utatur. Pl. utinam utamur, utamini, utantur.

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum utar, *concìossiachè io usi, o usando io.* utaris. vel utare: utatur. Pl. cum utamur, utamini, utantur.

Praet. imperf. cum uterer, *conciossiachè io usassi, ed userei, o usando io.* utereris, vel uterere, etc.

Praet. perf. cum usus, a, um, sim, vel fuerim, *conciossiachè io abbia usato, o avendo io usato.* sis, vel fueris, etc.

Praet. plusq. perf. cum usus, a, um essem, vel fuissem, *conciossiachè io avessi, ed avrei usato, o avendo io usato.* esses, vel fuisses, etc.

Futurum. cum usus, a, um ero, vel fuero, *quando io userò, ed avrò usato.* eris, vel fueris, etc.

Infiniti modi tempus praesens.

Uti, *usare, e che io uso, tu usi*, ec.

Praet. imperf. uti, *usare, e che io usava, ed usassi, tu usavi, ed usassi*, ec.

Praet. perf. usum, am, um esse, vel fuisse, *aver usato, e che io usai, ed ho usato; tu ec.* Pl. usos, as, a esse, vel fuisse, *aver usato, e che noi usammo, ed abbiamo usato; ec.*

Praet. plusq. perf. usum, am, um esse, vel fuisse, *aver usato, e che io aveva usato, o avessi usato*, ec. Pl. usos, as, a esse, vel fuisse, *aver usato, e che noi avevamo usato, o avessimo usato; voi avevate, o aveste usato; ec.*

Futur. activum. usurum, am, um esse, *dover usare, e che io userò, tu userai, ec.* Pl. usuros, as, a esse, *dover usare, e che noi useremo, ec.*

Futur. passivum. utendum, am, um esse, *dover essere usato, e che io ho, tu hai, quegli ha da essere usato.* Pl. utendos, as, a esse, *dovere esser usati, e che noi abbiamo, voi avete, quelli hanno da essere usati.*

Futur. praet. mixt. act. usurum, am, um fuisse, *aver dovuto usare, e che io avrei usato, tu ec.*

Futur. praet. mixt. passiv. utendum, am, um fuisse, *aver dovuto essere usato, e che io sarei stato usato, tu ec.*

Gerundia. utendi, *d' usare, o per usare.*

Utendo, *usando.* Utendum *ad usare.*

Supinum. usum, *ad usare, o per usare.*

Participium praesentis, et imperfecti.

Utens, tis, *quegli che usa, e usava.*

Praet. perf. et plusq. perf. usus, a, um, *quegli che ha usato, e aveva usato.*

Futurum. activum. usurus, a, um, *quegli che userà, e avrà da usare.*

Futurum passivum. utendus, a, am, *cosa che ha da essere usata, e che deve essere usata.*

ADMONITIO

De verbi deponentis, et communis significatione.

Moneantur pueri, participia quae in *dus* exeunt, et futurum infiniti quod inde suppletur, sive a deponentibus, sive a communibus oriantur, patiendi dumtaxat significatione usurpari; reliqua omnia tempora, sive participia verborum deponentium agendi solum significatione contenta esse.

Communium vero verborum futurum infiniti, quod ex voce in *tum*, et infinito *iri* suppletur, et posterius supinum semper patiendi modo usurpari. Ac participia praeteriti temporis, et reliqua, quae eorum adminiculo supplentur, tum actionem, tum passionem significare; item gerundia in *di*, *do*, *dum*; cetera omnia agendi tantum habere significationem.

Ideoque infra verbo communi in praeteritis tantum perfectis, et plusquam perfectis modorum omnium, et participiorum, nec non futuro conjunctivi significationem passivam italice adscripsimus; propterea quod haec in aliis temporibus non est usitata. De qua re rursum dicemus lib. 2. c. 5.

CAPUT XI.
DECLINATIO VERBI COMMUNIS

Pro inferiore ordine infimae classis.

Indicativi modi tempus praesens.

Dimetior, *io misuro.* dimetiris, vel dimetire: dimetitur Pl. dimetimur, dimetimini, dimetiuntur.

Praet. imperf. dimetiebar, *io misurava.* dimetiebaris, vel dimetiebare: dimetiebatur. Pl. dimetiebamur, dimetiebamini, dimetiebantur.

Praet. perf. dimensus, a, um sum, vel fui, *io misurai, e ho misurato.* (et passive: *io fui, e sono stato misurato.*) es, vel fuisti: est, vel fuit. Pl. dimensi, ae, a sumus, vel fuimus: estis, vel fuistis: sunt, seu fuerunt, vel fuere.

Praet. plusq. perf. dimensus, a, um eram, vel fueram, *io aveva misurato.* (et passive: *io era stato misurato.*) eras, vel fueras: erat, vel fuerat. Pl. dimensi, ae, a eramus, vel fueramus: eratis, vel fueratis: etc.

Futurum. dimetiar, *io misurerò.* dimetieris, vel dimetiere: dimetietur. Pl. dimetiemur, dimetiemini, dimetientur.

Imperativi modi tempus praesens.

Dimetire, vel dimetitor, *misura tu.* dimetiatur. Pl. dimetiamur: dimetimini, vel dimetiminor: dimetiantur.

Futurum, sive modus mandativus.

Dimetitor tu, dimetieris, vel dimetiere, *misurerai tu.* dimetitor ille, vel dimetietur. Pl. dimetiminor, vel dimetimini: dimetiuntor, vel dimetientur.

Optativi modi tempus praes. et imperf.

Utinam dimetirer, *Iddio volesse, che io misurassi.* dimetireris, vel dimetirere: dimetiretur. Pl. utinam dimetiremur, dimetiremini, dimetirentur.

Praet. perf. utinam dimensus, a, um sim, vel fuerim *Iddio voglia, che io abbia misurato.* (et passive: *che io sia stato misurato.*) sis, vel fueris: sit, vel fuerit. Pl. utinam dimensi, ae, a simus, vel fuerimus: s itis, vel fueritis: sint, vel fuerint.

Praet. plusq. perf. utinam dimensus, a, um essem, vel fuissem, *Iddio volesse, che io avessi misurato.* (et passive: *che io fossi stato misurato.*) esses, vel fuisses: esset, vel fuisset. Pl. utinam dimensi, ae, a essemus, vel fuissemus: essetis, vel fuissetis: essent, vel fuissent.

Futur. utinam dimetiar; *Iddio voglia, che io misuri.* dimetiaris, vel dimetiare: dimetiatur. Pl. utinam dimetiamur, dimetiamini, dimetiantur.

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum dimetiar, *conciossiachè io misuri, o misurando io.* dimetiaris, vel dimetiare: dimetiatur. Pl. cum dimetiamur, dimetiamini, dimetiantur.

Praet. imperf. cum dimetirer, *conciossiachè io misurassi, e misurerei, o misurando io.* dimetireris, vel dimetirere: dimetiretur. Pl. cum dimetiremur, dimetiremini, dimetirentur.

Praet. perf. cum dimensus, a, um sim, vel fuerim, *conciossiochè io abbia misurato, o avendo io misurato.* (et passive: *conciossiachè io sia stato misurato, o essendo io stato misurato.*) sis, vel fueris: sit, vel fuerit. Pl. cum dimensi, ae, a simus, vel fuerimus: sitis, etc.

Praet. plusq. perf. cum dimensus, a, um essem, vel fuissem, *conciossiachè io avessi, ed avrei misurato, o avendo io misurato* (et passive: *conciassiachè io fossi stato, e sarei stato misurato, o essendo io stato misurato.*) esses, vel fuisses: esset vel fuisset. Pl. cum dimensi, ae, a essemus, vel fuissemus: essetis, vel fuissetis: essent vel fuissent.

Futur. cum dimensus, a, um ero vel fuero, *quando io misurerò, e avrò misurato.* (et passive: *quando io sarò misurato, e sarò stato misurato.*) eris, vel fueris: erit, vel fuerit. Pl. cum dimensi, ae, a erimus, vel fuerimus: eritis, vel fueritis: erunt vel fuerint.

Infiniti modi tempus praesens.

Dimetiri, *misurare, e che io misuro, tu misuri, ec.*

Praet. imperf. dimetiri, *misurare, e che io misurava, o misurassi, tu misuravi, ec.*

Praet. perf. dimensum, am, um esse, vel fuisse, *aver misurato, e che io misurai, e ho misurato; tu ec.* (et passive: *essere stato misurato, e che io fui, e sono stato misurato; tu ec.,*) Pl. dimensos, as, a esse, vel fuisse, *aver misurato, e che noi misurammo, e abbiamo misurato; voi ec.* (et passive: *essere stati misurati, e che noi fummo, e siamo stati misurati; voi ec.*

Praet. plusq. perf. dimensum, am, um esse, vel fuisse, *aver misurato, e che io aveva, ed avessi misurato; tu ec.* (et passive: *essere stato misurato, e che io era stato, o fossi stato misurato; tu ec.*) Pl. dimensos, as, a esse, vel fuisse, *aver misurato, e che noi avevamo, o avessimo misurato; voi ec.* (et passive: *essere stati misurati, e che noi eravamo stati, o fossimo stati misurati, voi ec.*

Futurum activum dimensurum, am, um esse, *dover misurare, e che io misurerò, ec.* Pl. dimensuros, as, a esse, *dover misurare, e che noi misureremo, ec.*

Futur. passiv. dimensum iri, vel dimetiendum, am, um esse, *dover esser misurato, e che io ho da essere misurato, tu ec.* Pl. dimensum iri, vel dimetiendos, as, a esse, *dover essere misurati, e che noi abbiamo da essere misurati, voi ec.*

Futur. praet. mixt. act. dimensurum, am, um fuisse, *aver dovuto misurare, e che io avrei misurato, tu ec.*

Futur. praet. mixt. passiv. dimetiendum, am, um

fuisse, *aver dovuto essere misurato, e che io sarei stato misurato. tu ec.*

Gerundia, dimetiendi, *di misurare ed esser misurato.*
Dimetiendo, *misurando, ed essendo misurato.*
Dimetiendum, *a misurare, ed esser misurato,*
Supina. dimensum, *a misurare.*
Dimensu, *da misurarsi, o da esser misurato.*

Participium praesentis, et imperfecti.

Dimetiens, tis, *quegli che misura, e misurava.*

Praet. perf. et plusq. perf. dimensus, a, um, *quegli che misurò, e ha, o aveva misurato.* (et passive: *quegli che fu, ed è stato misurato, ovvero era stato misurato.*

Futurum activum. dimensurus, a, um, *quegli che misurerà, ovvero avrà da misurare.*

Futurum passivum. dimetiendus, a, um, *quegli che sarà misurato, ovvero ha da essere misurato, ec.*

CAPUT XII.

VERBA ANOMALA

Pro inferiore ordine infimae classis.

POSSUM

Indicativi modi tempus praesens.

POSSUM, *io posso.* potes, potest. Pl. possumus, *noi possiamo.* potestis, possunt.

Praet. imperf. poteram, *io poteva.* poteras, poterat. Pl. poteramus, *noi potevamo.* poteratis, poterant.

Praet. perf. potui, *io potei, ed ho potuto.* potuisti, potuit. Pl. potuimus, *noi potemmo, e abbiamo potuto,* potuistis: potuerunt, vel potuere.

Praet. plusq. perf. potueram, *io aveva potuto,* potueras, potuerat. Pl. potueramus, *noi avevamo potuto.* potueratis, potuerant.

Futurum. potero, *io potrò,* poteris, poterit. Pl. poterimus, *noi potremo.* poteritis, poterint.

Imperativi modi tempus praesens.

Fac possis, *possi tu.*

Optativi modi tempus praes. et imperf.

Utinam possem, *Iddio volesse, che io potessi.* posses, posset. Pl. utinam possemus, *Iddio volesse, che noi potessimo,* possetis, possent.

Praet. perf. utinam potuerim, *Iddio voglia, che io*

abbia potuto. potueris, potuerit. Pl. utinam potuerimus, *Iddio voglia, che noi abbiamo potuto.* potueritis, potuerint.

Praet. plusq. perf. utinam potuissem, *Iddio volesse, che io avessi potuto.* potuisses, potuisset. Pl. utinam potuissemus, *Iddio volesse, che noi avessimo potuto.* potuissetis, potuissent.

Futur. utinam possim, *Iddio voglia, che io possa.* possis, possit. Pl. utinam possimus, *Iddio voglia, che noi possiamo.* possitis, possint.

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum possim, *conciossiachè io possa, o potendo io.* possis, possit. Pl. cum possimus, possitis, possint.

Praet. imperf. cum possem, *conciossiachè io potessi, o potrei, o potendo io.* posses, posset. Pl. cum possemus, possetis, possent.

Praet. perf. cum potuerim, *conciossiachè io abbia potuto, o avendo io potuto.* potueris, potuerit. Pl. cum potuerimus, potueritis, potuerint.

Praet. plusq. perf. cum potuissem, *conciossiachè io avessi, ed avrei potuto, o avendo io potuto.* potuisses, potuisset. Pl. cum potuissemus, potuissetis, potuissent.

Futurum. cum potuero, *quando io potrò, o avrò potuto.* potueris, potuerit. Pl. cum potuerimus, potueritis, potuerint.

Infiniti modi tempus praes. et imperf.

Posse, *potere, e che io posso, tu puoi, quegli può; o che io poteva, o potessi; ec.*

Praet. perf. et plusq. perf. potuisse, *aver potuto, e che io potei, ed ho potuto, e che io aveva, o avessi potuto; ec.* Ceteris caret.

SCHOLION I.

De anomalis universe, deque sum, *et compositis.*

I. Anomala verba dicuntur, quae aliqua ratione a recta norma quatuor conjugationum aberrant, quae et *inaequalia*, et *dissimilia*, et *irregularia* ab aliis dicuntur: praecipua sunt *sum, fero, volo, vis, fio, eo, queo, edo, es, est*, et eorum composita.

II. *Sum*, cujus verbi conjugatio habetur cap. 4. ab antiquis verbis *esum, fuo, forem* conflatur. De primo

Varr. l. 8. de Analog. *sum*, inquit, *olim dicebatur esum*. Hinc *es*, *est*, *eam*, *esse*, et alia quae ab *e* inchoantur. Hinc priscis : *estunto* pro *sunto*. Cic. l. 3. de Leg. Discordiae civium *estunto* ne amplius sex menses. De secundo Virg. l. 11. Tros, rutulusve *fuat*, idest sit. Plaut. Capt. Caveto mihi iratus *fuat*. Hinc fui, fueram, futurus, et alia. A tertio est *forem*, quod est essem; et *fore*, quod est futurum esse; quamvis interdum esse significet, ut dicemus l. 2. c. 9. praec. 2. cujus composita *adfore*. 8. AEn. *adforet*, 6. AEn. *adfore*, 7. AEn. et 1. Metam. *confore*, Ter. Andr. *defore*, C. in Rul. *profore*, Hor. l. 1. ep. 18. et alia.

III. In imperativo *es* pro *esto*; vel *sis* non parum est in usu. Ter. in Eun. act. 1. et Cic. 5. ad Attic. ep. 18. Bono animo *es*. Sic in compositis. Cic. l. 9. ep. 25. Nunc *ades* ad imperandum. Virg. Ecl. 9. Huc *ades*, o Galatea, pro *adsis*. Apud Plaut. Curcul. act. 1. *Site* mihi propositae, pro *este*.

IV. Conjunctivi praesens plenum est *siem*, *sies*, *siet*, quo passim utuntur Plaut. ac Terent. et interdum alii. Hinc *possiem* apud eosdem. Nunc utimur imminuto *sim*, *sis*, *sit*. Cic. in Orat. *Siet*, inquit, plenum est, *sit* imminutum.

V. Gerundia *essendi*, *essendo*, *essendum*, quamvis legantur apud Donatum, apud veteres tamen nullum reperies.

VI. Participium praesentis temporis *ens* ab *es*, ut *docens* a *doces*, formavit Sergius Flavius; quod durum quidem, minime tamen aspernandum censet Quint. l. 8. cap. 3. Tu cave illud usurpes, si eleganter loqui velis.

VII. Composita *absum*, *adsum*, *desum*, *intersum*, *obsum*, *praesum*, *subsum*, *supersum* simplicis *sum* normam sequuntur, praepositis *ab*, *ad*, *de*, *inter*, *ob*, *prae*, *sub*, *super*, ut *absum*, *abes*, *abfui*, *abero*; *desum*, *dees*, *defui*, *deero*; sic alia.

VIII. Eodem modo *insum*, et *prosum*. Verum ab *insum* praeteritum *infui*, ac derivata vix sunt in usu. Plaut. Cist. fin. Age, loquere quid ibi *infuerit*. *Prosum* vero, cum simplex ab *e* incipit, litteram *d* interjicit, ut *prodes*, *prodero*, etc.

IX. Duo tantum composita *praesum*, *absum* participium *praesens*, et *absens* ab *ens* participium verbi

substantivi formant. At *potens* rectius nomen dixeris (graece *δυνατὸς*) quam participium a *possum*.

SCHOLION II.

De verbo possum.

I. Possum a *potis*, et *sum* syllabam *is* a fine semper abjicit: *t* littera retinetur si *e* sit prima simplicis littera, ut potes, potest, poteram, potero: pro potis es, potis eram, etc. Eadem ratione *potessem*, et *potesse* prisci dicebant. Plaut. Aul. Censent talentum magnum exorari *potesse* ab ipso sene? Terent. Eun. act. 4. Sed nihil *potesse*. Nunc vero *possem*, et *posse* dicimus *es* syllaba simplicis expuncta, et *t* littera in *s* versa. Quae duae litterae eadem ratione permutantur inter se, quoties *s* est prima littera simplicis, ut *possum*, *possim*, non tamen *potsum*, *potsim*. Si simplex a littera *f* incipiat, littera *f* deperit, ut *potui*, non *potfui*; *potueram*, non *potfueram*; *potuero*, non *potfuero*.

II. Imperativi praesens Diomedi est *possis*, quam vocem subjunctivo rectius tribuas: qua tamen utimur in imperando, quia *fac* verbum subintelligitur, quod tamen Plaut. in Pseud. expressit sic dicens, C. *non possum*, Pseud. *fac possis*.

III. Priscis etiam apud Nonium, ac Diomedem passiva vox hujus verbi erat *potestur*, *poteratur*, *possetur*. Lucr. l. 3. *Quod tamen expleri nulla ratione potestur*. Sic aliqui illud Virg. lib. 8. legunt: *Quod fieri ferro, liquidove potestur electro*. Rectius tamen *potest* legitur, ut sit versus spondaicus, cum *electrum* primam producat, graece *ἤλεκτρον*. Ovid. 2. Metam. De ramis *electra* novis.

FERO ACTIVUM.

Indicativi modi tempus praesens.

Fero, *io porto*. fers, fert. Pl. ferimus, fertis, ferunt.
Praet. imperf. ferebam, *io portava*; ut legebam.
Praet. perf. tuli, *io portai, ed ho portato*; ut legi.
Praet. pl. perf. tuleram, *io aveva portato*; ut legeram.
Futurum. feram; *io porterò*; ut legam.

Imperativi modi tempus praesens.

Fer, vel ferto, *porta tu*. ferat. Pl. feramus: ferte, vel fertote: ferant.

Futurum, sive modus mandativus.

Ferto tu, vel feres, *porterai tu*. ferto ille, vel feret. Pl. fertote, vel feretis: ferunto, vel ferent.

Optativi modi tempus praes. et imperf.

Utinam ferrem, *Iddio volesse, che io portassi*. ferres, ferret. Pl. utinam ferremus, ferretis, ferrent.

Praet. perf. utinam tulerim, *Iddio voglia, che io abbia portato*; ut legerim.

Praet. plusq. perf. utinam tulissem, *volesse Iddio, che io avessi portato*; ut legissem.

Futurum. utinam feram, *Iddio voglia, che io porti*; ut legam.

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum feram, *conciossiachè io porti, o portando io*; ut legam.

Praet. imperf. cum ferrem, *conciossiachè io portassi, e porterei, o portando io*. ferres, ferret. Pl. cum ferremus, ferretis, ferrent.

Praet. perf. cum tulerim, *conciossiachè io abbia portato, o avendo io portato*; ut legerim.

Praet. plusq. perf. cum tulissem, *conciossiachè io avessi, e avrei, o avendo io portato*; ut legissem.

Futur. cum tulero, *quando io porterò, o avrò portato*; ut legero.

Infiniti modi tempus praesens, et imperf.

Ferre, *portare, e che io porto, e portava, o portassi; tu porti, ec.*

Praet. perf. et plusq. perf. tulisse, *aver portato, e che io portai, e ho portato, ec. e che io aveva, e avessi portato: tu portasti, ec.*

Futur. laturum, am, um esse, *dover portare, e che io porterò, tu porterai, ec.*

Gerundia, ferendi, *di portare, e di essere portato.*

Ferendi, *di portare, e di essere portato.*

Ferendum, *a portare, e ad essere portato.*

Supina, latum, *a portare.*

Latu, *da portarsi.*

Participium praesentis, et imperfecti.

Ferens, *chi porta, o portava.*

Futuri. laturus, a, um, *chi porterà.*

FEROR PASSIVUM

Indicativi modi tempus praesens.

Feror, *io sono portato.* fereris, vel ferere: fertur. Pl. ferimur, *siamo portati.* ferimini, feruntur; ut legor.

Praet. imperf. ferebar, *io era portato*; ut legebar.

Praet. perf. latus, a, um sum, vel fui, *io fui portato, e sono stato portato.* es, vel fuisti, etc. ut lectus, a, um sum, vel fui.

Praet. plusq. perf. latus, a, um eram, vel fueram, *io era stato portato*; ut lectus, a, um eram, vel fueram.

Futurum. ferar, *io sarò portato*; ut legar, legeris.

Imperativi modi tempus praesens.

Ferre, vel fertor, *sii portato tu.* feratur. Pl. feramur: ferimini, vel feriminor: ferantur.

Futurum, sive modus mandativus.

Fertor tu, vel fereris, aut ferere, *sarai portato tu.* fertor ille, vel feretur. Pl. feriminor, vel ferimini vos, *sarete portati voi.* feruntor, vel ferentur illi.

Optativi modi tempus praesens, et imperf.

Utinam ferrer, *Iddio volesse, che io fossi portato.* ferreris, vel ferrere: ferretur. Pl. utinam ferremur, ferremini, ferrentur.

Praet. perf. utinam latus, a, um sim, vel fuerim, *Iddio voglia, che io sia stato portato.* latus sis, vel fueris, etc. ut lectus sim, vel fuerim.

Praet. plusq. perf. utinam latus, a, um essem, vel fuissem, *Iddio volesse, che fossi stato portato.* latus esses, vel fuisses, etc. ut lectus essem, vel fuissem.

Futurum. utinam ferar, *Iddio voglia, che io sia portato*; ut legar.

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum ferar, *conciossiachè io sia portato, o essendo io portato*; ut legar.

Praet. imperf. cum ferrer, *conciossiachè io fossi, e sarei portato, o essendo io portato*, ferreris, vel ferrere, ferretur. Pl. cum ferremur, ferremini, ferrentur.

Praet. perf. cum latus, a, um sim, vel fuerim, *conciossiachè io sia stato portato, o essendo io stato portato*; ut lectus, a, um sim vel fuerim.

Praet. plusq. perf. cum latus, a, um essem, vel fuissem, *conciossiachè io fossi*, *e sarei stato portato*, *o essendo io stato portato*; ut lectus, a, um essem, etc.

Futurum. cum latus, a, um ero, vel fuero, *quando io sarò portato*, *e sarò stato portato*; ut lectus, a, um ero, vel fuero.

Infiniti modi tempus praes. et imperf.

Ferri, *esser portato*, *che io son portato, tu sei portato*, *ec. ovvero che io era*, *o fossi portato*; *tu ec.*

Participium praeter. perf. et plusq. perf.

Latus, a, um, *uomo*, *donna*, *cosa*, *che fu, ed è stata portata*, *ovvero che era stata portata*, *ec.*

Futurum. ferendus, a, um, *uomo*, *donna*, *cosa*, *che deve portarsi*, *o che sarà portata*, *ec.*

SCHOLION III.

De fero, *ejusque compositis.*

I. Verbi *fero* praeteritum perfectum, et ulterius (idest plusquam perfectum) non invenitur. Sic Quint. l. 1. c. 6. *Tuli* enim, et *tuleram* sunt a *tollo*, cujus antiquum prateritum *tetuli*, nunc *sustuli*.

II. Ejus verbi composita *antefero*, *circumfero*, *confero*, *defero*, *infero*, *perfero*, *praefero*, *profero*, *refero*, *transfero* simplicis verbi *fero* normam sequuntur, additis, praepositionibus *ante*, *circum*, *con*, *de*, *in*, *per*, *prae*, *pro*, *re*, *trans*. Verum *in*, et *con* in supino *illatum collatum*; quia *n* ante *l* migrat in *l*.

III. Praepositiones vero *ab*, *ob*, *sub*, *ad*, *ex*, *dis* cum verbo *fero* compositae mutationem aliquam patiuntur. *Ab* enim sequente *l* manet, ut *ablatum*; ante *t* adsciscit *s*, ut *abstuli*; ante *f* mutat *b* in *u*, ut *aufero*: sicut etiam *aufugio*.

IV. *Ob*, et *sub* in supino manent, ut *oblatum*, *sublatum*. Sequente *f* migrant in *f*, ut *offero*, *suffero*; in praeterito manet *ob*, ut *obtuli*; *sub* mutatur in *s*, ut *sustuli*.

V. *Ad* sequente *f*, *t*, *l* in has ipsas litteras mutat *d*, ut *affero*, *attuli allatum*.

VI. *Ex* manet in praeterito, *extuli*; in supino *x* d e perditur, *elatum*; sequente *f* in aliud *f* migrat, ut *effero*.

VII. *Dis* in supino perdit *s*, *dilatum*; in praeterito manet, *distuli*; sequente *f* in ipsum mutatur, ut *differo*.

VOLO, VIS

Indicativi modi tempus praesens.

Volo, *io voglio*. vis, vult. Pl. volumus, vultis, volunt.

Praet. imperf. volebam, *io voleva*; ut docebam.

Praet. perf. volui, *io volli*, *ed ho voluto*; ut docui.

Praet.pl.perf. volueram, *io aveva voluto*; ut docueram.

Futurum. volam, *io vorrò*; ut legam.

Imperativi modi tempus praesens.

Fac velis, *vogli tu*.

Optativi modi tempus praesens, et imperf.

Utinam vellem, *volesse Iddio*, *che io volessi*. velles, vellet. Pl. vellemus, velletis, vellent.

Praet. perf. utinam voluerim, *Iddio voglia*, *che io abbia voluto*; ut docuerim.

Praet. plusq. perf. utinam voluissem, *volesse Iddio*, *che io avessi voluto*; ut docuissem.

Futur. utinam velim, *voglia Iddio*, *che io voglia*. velis, velit. Pl. utinam velimus, velitis, velint.

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum velimus, *conciossiachè io voglia*, *o volendo io*. velis, velit. Pl. cum velimus, velitis, velint.

Praet. imperf. cum vellem, *conciossiachè io volessi*, *e vorrei*, *o volendo io*. velles, vellet. Pl. cum vellemus, velletis, vellent.

Praet. perf. cum voluerim, *conciossiachè io abbia voluto*, *o avendo io voluto*; ut docuerim.

Praet. plusq. perf. cum voluissem, *conciossiacchè io avessi*, *e avrei voluto*, *o avendo io voluto*; ut docuissem.

Futur. cum voluero, *quando io vorrò*, *e avrò voluto*; ut docuero.

Infiniti modi tempus praesens, et imperf.

Velle, *volere*, *e che io voglio*, *voleva*, *o volessi*.

Praet. perf., et plusq. perf. voluisse, *aver voluto*, *e che io volli*, *e ho voluto*, *ec. e che io aveva*, *o avessi voluto*; *tu ec.*

Participium praesentis, et imperf.

Volens, *tis*, *uomo*, *donna*, *cosa*, *che vuole*, *e voleva*.

NOLO

Indicativi modi tempus praesens.

Nolo, *io non voglio*. non vis, non vult. Pl. nolumus, non vultis, nolunt.

Praet. imperf. nolebam, *io non voleva*; ut docebam.

Praet. perf. nolui, *io non volli, e non ho voluto*: ut docui.

Praet. plusq. perf. nolueram, *io non aveva voluto*; ut docueram.

Futurum. nolam, *io non vorrò*; ut legam.

Imperativi modi tempus praesens.

Noli, vel nolito, *non voler tu*. nolit. Pl. nolimus: nolite, vel nolitote: nolint.

Futurum, sive modus mandativus.

Nolito tu, *non vorrai tu*. nolito ille. Pl. nolitote vos, nolunto illi.

Optativi modi tempus praes. et imperf.

Utinam nollem, *volesse Iddio, che io non volessi*. nolles, nollet. Pl. nollemus, nolletis, nollent.

Praet. perf. utinam noluerim, *Iddio voglia, che io non abbia voluto*; ut docuerim.

Praet. plusq. perf. utinam noluissem, *volesse Iddio, che io non avessi voluto*; ut docuissem.

Futurum. utinam nolim, *voglia Iddio, che io non voglia*. nolis, nolit. Pl. utinam nolimus, nolitis, nolint.

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum nolim, *conciossiachè io non voglia, o non volendo io*. nolis, nolit. Pl. cum nolimus, nolitis, nolint.

Praet. imperf. cum nollem, *conciossiachè io non volessi, e non vorrei, o non volendo io*. nolles, nollet. Pl. cum nollemus, nolletis, nollent.

Praet. perf. cum noluerim, *conciossiachè io non abbia voluto, o non avendo io voluto*; ut docuerim.

Praet. plusq. perf. cum noluissem, *conciossiachè io non avessi, e non avrei voluto, o non avendo io voluto*; ut docuissem.

Futurum, cum noluero, *quando io non vorrò, o non avrò voluto*; ut docuero.

Infiniti modi tempus praesens, et imperf.

Nolle, *non volere, e che io non voglio, non voleva, e non volessi; tu ec.*

Praet. perf. et plusq. perf. noluisse, *non aver voluto, e che io non volli, e non ho voluto, e che io non aveva, o non avessi voluto; tu ec.*

Participium praesentis, et imperf.

Nolens, tis, *uomo, donna, cosa, che non vuole, e non voleva.*

MALO

Indicativi modi tempus praesens.

Malo, *io voglio più tosto.* mavis, mavult. Pl. malumus, *vogliamo noi più tosto.* mavultis, malunt.

Praet. imperf. malebam, *io voleva più tosto*; ut docebam.

Praet. perf. malui, *io più tosto volli, ed ho voluto*; ut docui.

Praet. plusq. perf. malueram, *io più tosto aveva voluto*: ut docueram.

Imperativi modi tempus praesens.

Fac malis, *vogli più tosto tu*; fac malit.

Optativi modi tempus praes., et imperf.

Utinam mallem, *volesse Iddio, che io più tosto volessi.* malles, mallet. Pl. utinam mallemus, *Iddio volesse, che noi volessimo più tosto.* malletis, mallent.

Praet. perf. utinam maluerim, *Iddio voglia, che io più tosto abbia voluto*; ut docuerim.

Praet. plusq. perf. utinam maluissem, *volesse Iddio, che io più tosto avessi voluto*; ut docuissem.

Futurum. utinam malim, *Iddio voglia, che io più tosto voglia,* malis, malit. Pl. utinam malimus, malitis, malint.

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum malim, *concìossiachè io più tosto voglia, o volendo io più tosto.* malis, malit. Pl. cum malimus, malitis, malint.

Praet. imperf. cum mallem, *conciossiachè io più tosto volessi, e vorrei, o volendo io più tosto.* malles, mallet. Pl. cum mallemus, malletis, mallent.

Praet. perf. cum maluerim, *conciossiachè io più tosto abbia voluto*, o *avendo io più tosto voluto*; ut docuerim.

Praet. plus. perf. cum maluissem, *conciossiachè io avessi*, *e avrei più tosto voluto*, *o avendo io più tosto voluto*; ut docuissem.

Futurum. cum maluero, *quando io piuttosto vorrò*, *e avrò voluto*; ut docuero.

Infiniti modi tempus praes. et imperf.

Malle, *voler più tosto*, *e che io più tosto voglio*, *e voleva*, *o volessi*; *tu ec.*

Praet. perf. et plusq. perf. maluisse, *aver più tosto voluto*, *e che io più tosto volli*, *o che ho voluto*, *ec*, *che io più tosto aveva*, *o avessi voluto*; *tu ec.*

Gerundiis, supinis, ac participiis caret.

SCHOLION IV.

De volo *ejusque compositis.*

I. *Volo*, *volas. volavi* verbum est regulare conjugationis primae. *Volo*, *vis* anomalum est, cujus imperfectum, *volebam*, *nolebam*, *malebam*: perfectum *volui*, *nolui*, *malui*: plusquam perfectum *volueram*, *nolueram*, *malueram*, et quae ex his formantur secundae conjugationis normam sequuntur.

II. Futurum *volam* tertiae conjugationis lege inflectitur. Eo utitur Cic. ad Att. l. 2. ep. ult. *Volam*, illum scire ex te me id fecisse. Hor. l. 2. ep. 2. Scire *volam*, quantum, etc. item alii.

III. Imperativo proprio caret, pro quo utimur *fac velis*. Cic. Att. l. 3. Itaque *fac*, ut me *velis* esse aliquem. Sic *da operam ut velis*, et similibus. Diomedes addit *volito*, *volitote*, sed in usu non sunt.

IV. Infiniti, et participii futuris caret, necnon supinis. Sic etiam gerundiis auctore Phoca, ac Diomede; quamvis apud Donatum sint, *volendi*, *do*, *dum*.

V. *Nolo* et *malo* composita idem sunt ac *non volo*; et *magis volo*. Cic. in Or. Apud Plautum *mavolo*, *mavellem*. et *mavelim* invenies: *nevolo*, pro *nolo*, *nevis*, *nevult* apud eumdem in Trinum. Filiam meam tibi desponsam esse audio; nisi tu *nevis*.

VI. Imperativi voces *noli*, et *nolite* frequentes sunt apud Ciceronem et alios. Futuri *nolite*, *nolitote* apud Nonium: *nolens* partic. Lucan. l. 1.

VII. Futurum indicativi *malam*, praesertim in prima persona, non videtur esse usitatum, pro quo *malim*, *malis*, *malit* dicas malo. Coelius tamen lib. 8. epist. 4. Sed, ut spero, bonos, et senatum *malet.*

FIO, FIS

Indicativi modi tempus praesens.

Fio, *io son fatto*. fis, fit. Pl. fimus, fitis, fiunt.

Praet. imperf. fiebam, *io era fatto*; ut audiebam, sed passiva significatione.

Praet. perf. factus, a, um sum, vel fui, *io sono stato fatto*; ut lectus, a, um sum, vel fui.

Praet. plusq. perf. factus, a, um eram, vel fueram, *io era stato fatto*; ut lectus, a, um eram, vel fueram.

Futur. fiam, *io sarò fatto*; ut audiam, sed passive.

Imperativi modi tempus praesens.

Fias, *sii fatto tu*. fiat. Pl. fiamus, fiatis, fiant.

Optativi modi tempus praes. et imperf.

Utinam fierem, *volesse Iddio, che io fossi fatto*; ut legerem, sed significatione passiva.

Praet. perf. utinam factus, a, um sim, vel fuerim. *Iddio voglia, che io sia stato fatto*: ut lectus, a, um sim, vel fuerim.

Praet. plusq. perf. utinam factus, a, um essem, vel fuissem, *Iddio volesse, che io fossi stato fatto*; ut lectus, a, um essem, vel fuissem.

Futur. utinam fiam, *Iddio voglia, che io sia fatto*; ut audiam, sed significatione passiva.

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum fiam, *conciossiachè io sia fatto, o essendo io fatto*; ut audiam, sed significatione passiva.

Praet. imperf. cum fierem, *conciossiachè io fossi, e sarei fatto, o essendo io fatto*; ut legerem.

Praet. perf cum factus, a, um sim, vel fuerim, *conciossiachè io sia stato fatto, o essendo io stato fatto*; ut lectus, a, um sim, vel fuerim.

Praet. plusq. perf. cum factus, a, um essem, vel fuissem, *conciossiachè io fossi, e sarei stato fatto, o essendo io stato fatto*; ut lectus, a, um essem, vel fuissem.

Futur. cum factus, a, um ero, vel fuero, *quando io sarò fatto, e sarò stato fatto*; ut lectus, a, um ero, vel fuero.

Infiniti modi tempus praesens.

Fieri, *farsi, o esser fatto, o che io son fatto, ed era, e fossi fatto; tu sei, ed eri fatto, o fossi fatto, ec.*

Praet. perf. et plusq. perf. factum, am, um esse, vel fuisse, *essere stato fatto, e che io fui, e sono stato fatto, ec. e che io era stato, o fossi stato fatto; tu ec.*

Futur. factum iri, vel faciendum, am, um esse, *dover farsi, e che io sarò, e ho da esser fatto; tu ec.*

Participium praet. perf. et plusq. perf.

Factus, a, um, *uomo donna, cosa, che fu, ed è stata fatta, e che era stata fatta.*

Futurum. faciendus, a, um, *uomo, donna, cosa, che sarà fatta, o che ha da farsi.*

SCHOLION V.

De facio, *et* fio, *eorumque compositis.*

I. *Facio* activum conjugationis tertiae rite format omnes modos, ac tempora. Passivum ejus olim *facior*, (cujus extant apud Nonium, ac Priscianum exempla) sed jam exolevit, eique successit *fio* significatione passiva: quod in praesenti, et imperfecto modorum omnium propriam flexionem habet: praeteritum *factus sum* cum derivatis fit ab activi supino *factum*, ut lectus sum a supino lectum.

II. Imperativum non habet proprium. Plaut. tamen Curcul. act. 1. dixit, *fi* mi obsequens: et mox, *fite* mihi volentes. Et apud Nonium *fitote*: Horat. lib. 2. sat. 5. *fi* cognitor ipse. Diomedes etiam agnoscit *fito*, *fitote*, *fiunto*, qui addit gerundia *fiendi*, *fiendo*, *fiendum*, et participium *fiens*, quibus minime uteris, nisi apud idoneos auctores reperies. Nec *fiendus* dices, sed *faciendus*.

III. Si *facio* cum praepositionibus componatur *a* mutat in *i*, ut *afficio*, *conficio*, *deficio*, *efficio*, *inficio*, *interficio*, *officio*, *perficio*, *proficio*, *reficio*, *sufficio*: ea simplicis flexionem sequuntur, passivumque habent a *facior*, ut *afficior*, *conficior*, etc. praeter *officio*, et *proficio* quae passivum non habent, nisi forte impersonaliter. Quod si *facio* cum aliis componatur particulis *a* suum retinet, et passivum habet a *fio*, ut *calefacio*, *frigefacio*, *liquefacio*, *madefacio*, *tepefacio*: *calefio*, *frigefio*, *liquefio*, *madefio*, *tepefio*. Reperiuntur tamen etiam *confio*, *defio*, *interfio* passive, pro *conficior*, etc. Balbus 9. ad Att. res tota *confieret*. Æneid. 4. *Confieri* possit. Ter. Adelph. hoc *confit*, quod volo. Hecyr. act. 3. nihil apud me tibi *defieri* patiar. Lucret. l. 3. Aut flammis *interfiat*.

EO, IS

Indicativi modi tempus praesens.

Eo, *io vado*. is, *tu vai*. it, *quegli va*. Pl. imus, *noi andiamo*. itis, *voi andate*. eunt, *quelli vanno*.

Praet. imperf. ibam, *io andava*. ibas, ibat. Pl. ibamus, *noi andavamo*. ibatis, ibant.

Praet. perf. ivi, *io andai*, *e sono andato*; ut audîvi.

Praet. pl. perf. iveram, *io era andato*; ut audiveram.

Fut. ibo, *io andrò*. ibis, ibit. Pl. ibimus, ibitis, ibunt.

Imperativi modi tempus praesens.

I, vel ito tu, *va tu*. eat, *vada quegli*. Pl. eamus, *andiamo noi*. ite, vel itote, *andate voi*. eant, *vadano quelli*.

Futurum, sive modus mandativus.

Ito tu, vel ibis, *andrai tu*. ito ille, vel ibit. Pl. itote, vel ibitis, *andrete voi*. eunto, vel ibunt.

Optativi modi tempus praes. et imperf.

Utinam irem, *Iddio volessè*, *che io andassi*; ut audirem.

Praet. perf. utinam iverim, *Iddio voglia*, *che io sia andato*; ut audiverim.

Praet. plusq. perf. utinam ivissem, *Iddio volesse*, *che io fossi andato*; ut audivissem,

Futurum utinam eam, *Iddio voglia*, *che io vada*. eas, eat. Pl. eamus, eatis, eant.

*

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum eam, *conciossiachè io vada*, o *andando io*. eas, eat. Pl. eamus, eatis, eant.

Praet. imperf. cum irem, *conciossiachè io andassi*, *ed andrei*, o *andando io*; ut audirem.

Praet. perf. cum iverim, *conciossiachè io sia andato*, o *essendo andato io*; ut audiverim.

Praet. plusq. perf. cum ivissem, *conciossiachè io fossi*, *e sarei andato*, o *essendo io andato*; ut audivissem.

Futur. cum ivero, *quando io andrò*, *e sarò andato*; ut audivero.

Infiniti modi tempus praes. et imperf.

Ire, *andare*, *e che io vado*, *andava*, o *andassi*; *tu ec*

Praet. perf. et plusq. perf. ivisse, *essere andato*, *e che io andai*, *e sono andato*, *ec. e che io era*, *o fossi andato*; *tu ec.*

Futurum. iturum, am, um esse, *dover andare*, *e che io andrò*, *tu andrai*, *quegli andrà.*

Gerundia, eundi, *di andare.*

Eundo, *andando.*

Eundum, *ad andare.*

Supinum, itum, *ad andare.*

Participium praesentis, et imperfecti.

Iens, euntis, *uomo*, *donna*, *cosa*, *che va*, *ed andava.*

Futur. iturus, a, um, *uomo*, *donna*, *cosa*, *che andrà.*

SCHOLION VI.

De verbo eo, *et compositis.*

I. Verbum *eo* anomalum in praesenti, imperfecto, et futuro propriam habet flexionem; in praeteritis vero leges quartae conjugationis sequitur: *ivi*, *iveram*, *iverim*, *ivissem*, *ivero*, ut audivi, audiveram, etc.

II. Simplicis *eo* normam sequuntur in omnibus ejus composita, quae sunt *abeo*, *adeo*, *anteeo*, *circumeo*, *coeo*, *exeo*, *ineo*, *intereo*, *obeo*, *pereo*, *praeeo*, *praetereo*, *subeo*, *transeo*.. Sic etiam *prodeo*, et *redeo*, quae tamen litteram *d* interserunt. *Veneo* etiam, quasi *venum eo*, eamdem normam sequitur, *venibam*, *venivi*, et *venii*, *venibo*, *venire*, *venivisse*. Vide cap. 9. Schol. 1. in fine.

III. Reperies apud Tibull. lib. 1. eleg. 4. *transiet* aetas, pro *transibit*: et apud Sen. l. 2. de Benef. nullam *iniet* gratiam, pro *inibit*, perinde quasi verbum hoc quartae sit flexionis. Sicut etiam interdum quartae flexionis verba ad hujus verbi normam imperfectum, et futurum inflectunt *nutribit*, *mollibit*, ut diximus cap. 9. Schol. 1. quae tamen vix censuerim imitanda.

QUEO, ET NEQUEO

Indicativi modi tempus praesens.

Queo, *io posso*. quis, quit. Pl. quimus, quitis, queunt. Nequeo, *io non posso*. nequis, nequit. Pl. nequimus, nequitis, nequeunt.

Praet. imperf. quibam, etc. *io poteva*. nequibam, etc. *io non poteva*; ut ibam.

Praet. perf. quivi, etc, *io potei*, *ed ho potuto*, nequivi, etc. *io non potei*, *e non ho potuto*; ut ivi.

Praet. plusq. perf. quiveram, etc. *io aveva potuto*. nequiveram, etc. *io non aveva potuto*; ut iveram.

Futurum quibo, etc. *io potrò*. nequibo, etc. *io non potrò*; ut ibo.

Optativi modi tempus praes. et imperf.

Utinam quirem. etc. *Iddio volesse*, *che io potessi*. nequirem, etc. *Iddio volesse*, *che io non potessi*; ut irem.

Praet. perf. utinam quiverim, etc. *voglia Iddio*, *che io abbia potuto*. nequiverim, etc. *voglia Iddio*, *che io non abbia potuto*, ut iverim.

Praet. plusq. perf. utinam quivissem, etc. *volesse Iddio*, *che io avessi potuto*. nequivissem, etc. *volesse Iddio*, *che io non avessi potuto*; ut ivissem.

Futur. utinam queam, etc. *voglia Iddio*, *che io possa*. nequeam, etc. *voglia Iddio*, *che io non possa*; ut eam,

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum queam, etc. *conciossiachè io possa*, *o potendo io*. nequeam, etc. *conciossiachè io non possa*, *o non potendo io*.

Praet. imperf. cum quirem, etc. *conciossiachè io potessi*, *e potrei*, *o potendo io*. nequirem, etc. *io non potessi*, *e non potrei*, *o non potendo io*; ut irem.

Praet. perf. cum quiverim, etc. *conciossiachè io abbia potuto, o avendo io potutò*, nequiverim, etc. *io non abbia potuto, o non avendo io potuto*; ut iverim.

Praet. plusq. perf. cum quivissem, etc. *conciossiachè io avessi, ed avrei potuto, o avendo io potuto.* nequivissem, etc. *io non avessi, e non avrei potuto, o non avendo io potuto*: ut ivissem.

Futurum. cum quivero, etc. *quando io potrò, ed avrò potuto.* nequivero, etc. *quando io non potrò, e non avrò potuto.*

Infiniti modi tempus praes. et imperf.

Nequire, *non potere, e che io non posso, non poteva, o non potessi; tu ec.*

Praet. perf. et plusq. perf. quivisse, etc. *aver potuto, e che io potei, ed ho potuto, aveva, o avessi potuto; tu ec*, nequivisse, etc. *non aver potuto, e che io non potei, e non ho potuto; non aveva, e non avessi potuto; tu ec.*

SCHOLION VII.

De verbis queo, *et* nequeo.

Queo, et *nequeo* flectuntur ut *eo*: infinitum tamen *quire*, gerundia quoque, supina, ac participia non videntur in usu.

Passiva voce, *quitur*, *queantur*, *queatur*, *quitus sum* dicebant veteres auctore Diomede: sicut et eadem voce *potestur*, *poteratur*, *possitur*. Sic etiam *nequitur*, et *nequitum est* apud Festum. Lucr. lib. 1. Dum veniant aliae, ac suppleri summa *queatur*. Ter. Hec. act. 4. sc. 1. Forma in tenebris nosci non *quita est*. Vide ibi Donat.

EDO, COMEDO, EXEDO

Indicativi modi tempus praesens.

Edo, *io mangio.* edis, vel es: edit, vel est.

Comedo, *io mangio.* comedis, vel comes: comedit, vel comest.

Exedo, *io consumo.* exedis, vel exes: exedit, vel exest.

Imperativi modi tempus praesens.

Ede, vel es, *mangia tu.*

Futurum, sive modus mandativus.

Edito, vel esto tu, *mangerai tu.* edito, vel esto ille, *mangerà quegli.*

Comedito, vel comesto tu, *mangerai tu.* comedito, vel comesto ille, *mangerà quegli.*

Optativi modi tempus praes. et imperf.

Utinam ederem, vel essem, *volesse Iddio, che io mangiassi.* esses, esset. Pl. utinam essemus, essetis, essent.

Utinam comederem, vel comessem: contesses, comesset. Pl. utinam comessemus, comessetis, comessent.

Conjunctivi modi tempus praes. et imperf.

Cum ederem, vel essem, *conciossiachè io mangiassi, e mangerei, o mangiando io.* esses, esset. Pl. cum essemus, essetis, essent.

Cum comederem, vel comessem: comesses, comesset. Pl. cum comessemus, comessetis, comessent.

Infiniti modi tempus praes. et imperf.

Edere, vel esse: comedere, vel comesse, *mangiare.* Exedere, vel exesse, *consumare.*

Indicativi modi tempus praesens passivum.

Editur, vel estur, *si mangia.*

SCHOLION VIII.

De edo, *et compositis.*

Edo, *edis*, *edidi*, *editum* priore ubique producta, idest extra do, sive emitto verbum est regulare conjugationis tertiae. Sic etiam *edo*, *edis* priore correpta in praesenti, et imperfecto: *edi*, *esum*, priore in praeterito, ac supino producta, idest vescor, seu manduco, regulare quoque est, omnesque modos habet, ac tempora, sicut et composita *comedo*, *ccmedis*, *comedi*, *comesum*: *exedo*, *exedis*. *exedi*, *exesum*, et alia.

I. Verum in hac posteriore significatione nonnullas voces sumit *edo* a verbo *sum*, quae positae sunt in paradigmate, ut

II. 1. *Es*, et *comes* praesens indic. Plaut. Mostel. Quem absentem *comes.* 2. *Est*, *comest*, *exest.* Virg. 4. AEneid. *est* mollis flamma medullas. Id. in epigr. Qui semper lacerat, *comestque* mentem. Lucr. lib. 3. Quem volucres

lacerant, atque *exest* anxius angor. Cic. 3. Tusc. Lacerat, *exest* animum, planeque conficit. 3. *Es* in praesent imperativo. Plaut. Milit. *Es*, bibe animo obsequere. Et in plur. *Este*. Plaut. Most. *Este*, effarcite vos. 4. *Esto comesto* futur. imperat. Cato de re rust. Brassicam *esto* vel coctam, vel crudam. Id. ibid. Ubi coenaveris, *comesto* quinque folia. 5. *Essem*, *comessem* imp. subjunctivi Valer. Max. lib. 4. c. 3. Si Dionysio adulari velles, ista non *esses*. Virg. 1. Georg. ut mala culmos. *Esset* rubigo. Cic. pro Sext. Ut bona sua *comesset*. Teren. Eun. act. 3. Ut de symbolis *essemus*. 6. *Esse* praes. et imperf. infiniti. Cic. lib. 2. de Orat. Foenum alios ajebat *esset* oportere. Sic *comesse* apud Plin. et Plaut. Most.

III. Passiva etiam voce *estur*. Plin. lib. 20. c. 9. In AEgypto propter amaritudinem non *estur*. Sic Ovid. 1. de Ponto. *Estur* ut occulta vitiata teredine navis.

IV. Diomedes indicativo addit *estis*, imperativo *este*, *estote*, quas voces non est cur rejiciamus.

DIC, DUC, FAC

Dic, *duc*, *fac* in imperativo *e* letteram etiam in compositis amiserunt, ut *praedic*, *deduc*, *calefac*. Composita tamen ex verbo *facio*, si *a* in *i* mutent, e servant, ut *confice*, *perfice*, *effice*, etc.

SCHOLION IX.

Antiqui *dice*, *duce*, *face* dicebant, quae apud comicos interdum reperiuntur. Plaut. Captiv. *Dice*, monstra, praecipe. Quare et in composito. Virg. 11. AEn. Tu, Volusi, armari Volscorum *edice* maniplis, pro *edic*. Plaut. Most. *Duce* me, amabo. Terent. Adelph. act. 5. sc. 7. Tu abi, et *traduce*: et act. 3. sc. 4. Hunc *adduce*. Apud poetas etiam *face*. Ter. And. Me missum *face*. Ovid. Ep. Phyl. *Face* expectes, ut veteres legunt codices; et 1. Fast. Jane, *face* aeternos, etc. 2. de Pont. eleg. 3. Verba *face*, ut vita, etc. Auctor hic Aldus, et alii.

CAPUT XIII.

VERBA DEFECTIVA

Pro inferiore ordine infimae classis.

MEMINI

Iudicativi modi tempus praes. et perf.

Memini, *io mi ricordo, mi ricordai, e mi sono ricordato.* meministi. etc. ut legi.

Praet. imperf. et plusq. perf. memineram, *io mi ricordava, e mi era ricordato*; ut legeram.

Imperativi modi tempus praes. et futurum.

Memento tu, vel memineris, *ricordati tu, e ti ricorderai tu.* meminerit. Pl. meminerimus: mementote, vel memineritis: meminerint.

Optativi modi tempus praes. et perf.

Utinam meminerim, *Iddio voglia che io mi ricordi, e mi sia ricordato.* memineris, etc. ut legerim.

Praet. imperf. et plusq. perf. utinam meminissem, *Iddio volesse, che io mi ricordassi, e mi fossi ricordato.* meminisses, etc. ut legissem.

Conjunctivi modi tempus praes. et perf.

Cum meminerim, *conciossiachè io mi ricordi, e mi sia ricordato, e ricordandomi io, ed essendomi ricordato.* memineris, etc. ut legerim.

Praet. imperf. et plusq. perf. cum meminissem, *conciossiachè io mi ricordassi, e ricorderei, o mi fossi, e sarei ricordato, o ricordandomi io, ed essendomi ricordato*, meminisses, etc. ut legissem.

Futurum. cum meminero, *quando io mi ricorderò, e mi sorò ricordato.*

Infiniti modi tempus praes. et perf.

Meminisse, *ricordarsi, ed essersi ricordato, o che io mi ricordo, mi ricordai, e mi sono ricordato; tu ti ricordi, ec.*

Praet imperf. et plusq. perf. meminisse, *ricordarsi, ed essersi ricordato, e che io mi ricordava, e ricordassi, mi era, e mi fossi ricordato: tu ec.*

NOVI

Indicativi modi tempus praes. et perf.

Novi, *io conosco, conobbi, ed ho conosciuto.* novisti, etc. ut legi.

Praet. imperf. et plusq. perf. noveram, *io conosceva, ed aveva conosciuto.* noveras, etc. ut legeram.

Imperativi modi tempus praes. et futurum.

Noveris, *conosci, e conoscerai tu.* noverit. Pl. noverimus, noveritis, noverint.

Optativi modi tempus praes. et perf.

Utinam noverim, *Iddio voglia, che io conosca, ed abbia conosciuto.* noveris, etc. ut legerim.

Praet. imperf. et plusq. perf. utinam novissem, *Iddio volesse, che io conoscessi, ed avessi conosciuto.* novisses, etc. ut legissem.

Conjunctivi modi tempus praes. et perf.

Cum noverim, *conciossiachè io conosca, ed abbia conosciuto, o conoscendo io, ed avendo conosciuto.* noveris, etc. ut legerim.

Praet. imperf. et plusq. perf. cum novissem, *conciossiachè io conoscessi, e conoscerei, e che io avessi, ed avrei conosciuto; e conoscendo io, ed avendo io conosciuto,* novisses. etc. ut legissem.

Futurum. cum novero, *quando io conoscerò, ed avrò conosciuto.* noveris, etc. ut legero.

Infiniti praes. et perf. imperf. et plusq. perf.

Novisse, *conoscere, ed aver conosciuto, ec.*

ODI

Indicativi modi tempus praes. et perf.

Odi, *io odio, ed odiai, ed ho odiato.* odisti, odit. odimus, odistis, oderunt, vel odere.

Praet. imperf. et plusq. perf. oderam, *io odiava, ed aveva odiato.* oderas, etc. ut legeram.

Imperativi modi tempus praes. et futurum.

Oderis. *odia tu, ed odierai tu.* oderit. Pl. oderimus, oderitis, oderint.

Optativi modi tempus praes. et perf.

Utinam oderim, *Iddio voglia, che io odii, ed abbia odiato.* oderis, etc. ut legerim.

Praet. imperf. et plusq. perf. utinam odissem, *Iddio volesse, che io odiassi, ed avessi odiato.* odisses, etc. ut legissem.

Conjunctivi modi tempus praes. et perf.

Cum oderim, *conciossiachè io odii, ed abbia odiato, o odiando io, ed avendo odiato*, oderis, etc. ut legerim

Praet. imperf. et plusq. perf. cum odissem, *conciossiachè io odiassi, ed odierei, ed avessi, e avrei odiato, o odiando, ed avendo odiato.* odisses, etc. ut legissem.

Futur. cum odero, *quando io odierò, ed avrò odiato*, oderis, etc. ut legero.

Infiniti praes. et perf. imperf. et plusq. perf.

Odisse, *odiare, ed aver odiato*, ec.

COEPI

Indicativi modi praet. perf. tantum

Coepi, *io cominciai, ed ho cominciato.* coepisti, coepit. Pl. coepimus, *noi cominciammo, ed abbiamo cominciato.* coepistis, coeperunt, vel coepere.

Passive: coeptus, a, um sum, vel fui, *io fui, e sono stato cominciato.* coeptus es, vel fuisti: est, vel fuit. Pl. coepti, ae, a sumus, vel fuimus, *noi fummo, e siamo stati cominciati.* estis, vel fuistis: sunt, fuerunt, vel fuere.

Praet. plusq. perf. coeperam, *io aveva cominciato.* coeperas, etc. ut legeram.

Passive: coeptus, a, um eram, vel fueram, *io era stato cominciato.* eras, vel fueras: erat, vel fuerat: ut lectus, a, um eram, vel fueram.

Imperativi modi tempus praesens, et futur.

Coeperis, *comincia tu, e comincerai tu.* coeperit.

Pl. coeperimus *cominciamo noi, e cominceremo noi.* coeperitis, etc.

Optativi modi praeter. perf.

Utinam coeperim, *Iddio voglia, che io abbia cominciato.* coeperis, etc. ut legerim.

Passive: utinam coeptus, a, um sim, vel fuerim, *Iddio voglia, che io sia stato cominciato.* sis, vel fueris, etc. ut lectus, a, um sim, vel fuerim.

Praet. plusq. perf. utinam coepissem, *Iddio volesse, che io avessi cominciato.* coepisses, etc. ut legissem.

Passive: utinam coeptus, a, um essem, vel fuissem, *volesse Iddio, che io fossi stato cominciato.* esses, vel fuisses, etc. ut lectus, a, um essem, vel fuissem.

Conjunctivi modi praet. perf.

Cum coeperim, *conciossiachè io abbia cominciato, ed avendo io cominciato.* coeperis, etc. ut legerim.

Passive: cum coeptus, a, um sim, vel fuerim, *conciossiachè io sia stato cominciato, ed essendo io stato cominciato.* sis vel fueris, etc. ut lectus sim, vel fuerim.

Praet. plusq. perf. cum coepissem, *conciossiachè io avessi, ed avrei cominciato, o avendo io cominciato.* coepisses, etc. ut legissem.

Passive: cum coeptus, a, um essem, vel fuissem, *conciossiachè io fossi stato, e sarei stato cominciato, o essendo io stato cominciato.* esses, vel fuisses, etc. ut lectus essem, vel fuissem.

Futurum. cum coepero, *quando io comincerò, ed avrò cominciato.* coeperis, etc. ut legero.

Passive: cum coeptus, a, um ero, vel fuero, *quando io sarò cominciato.* coeperis, etc. ut legero.

Passive: cum coeptus, a, um ero, vel fuero, *quando io sarò cominciato, e sarò stato cominciato.* eris, vel fueris, etc. ut lectus ero, vel fuero.

Infiniti modi perf. et plusq. perf.

Coepisse, *aver cominciato, e che io cominciai, ed ho cominciato: e che io aveva, ed avessi cominciato; tu ec.*

Passive: coeptum, am, um esse, vel fuisse, *essere stato cominciato, e che io fui, e sono stato cominciato: e che era stato, e fossi stato cominciato; tu ec.*

Futur. coepturum, am, um esse, *che io comincerò, e sarò per cominciare; tu comincerai, ec.*

Passive: coeptum iri, *che si comincerà, e che ha da cominciarsi.*

Supinum. coeptum, *a cominciare.*

Coeptu, *da cominciarsi.*

Participium praet. perf. et plusq. perf. passivi.

Coeptus, a, um, *uomo, donna, cosa cominciata.*

Futur. activ. coepturus, a, um, *uomo, donna, cosa che comincerà, e ha da cominciare.*

SCHOLION I.

De defectivis generatim, ac memini, odi, novi, coepi.

I. *Defectiva* Diomedi, ac Phocae sunt verba, quibus modi nonnulli, aut tempora, numeri, personaeve deficiunt. Quo vocabulo Probus *anomala* quoque complectitur. Verum non omnia, defectiva sunt anomala; nam *memini*, *odi*, *novi*, *coepi* cum multis destituantur temporibus, tertiae tamen, sive quartae conjugationis leges, servant: *memini*, *meministi*, *meminerim*; *legi*; *legisti*, *legerim*, *audivi*, *audivisti*, *audiverim*. Sic et in aliis.

II. Quatuor haec verba praeteritum solum habent: sed trium priorum praeteritum sumitur etiam pro praesenti, quo tempore carent: at *coepi* solum preteritum adsignificat, nam olim *coepio* presesnti tempore in usu fuit. Plaut. Moen. Lites *coepio*. Idem Truc. alium quaestum *coepiat*. Hinc Ter. Adel. act. 3. sc. 3. Priusquam ille quidquam *coeperet*, idest inciperet. Prisc. lib. 10.

III. Futuri indicativi, quo carent haec verba, vice fungitur futurum subjunctivi *meminero*, *novero*, *odero*; *coepero*.

IV. Memini habet indicativi praeteritum, habet in imperativo praesens *memento*, et *mementote*: *memineris* vero, *oderis*, *coeperis*, etc. quae pro imperativo usurpantur, voces sunt conjunctivi.

V. *Odi* participium habet praeteriti *osus* apud Gell. lib. 4. cap. 8. et futuri *osurus* apud Cicer. de Amic. Ita amare oportere, ut si esset *osurus*. Quae quamvis non multum sint in usu, *exosus* tamen, et *perosus* passim occurrunt.

VI. *Coepi* praeteritum aliud habet passivae vocis *coeptus*, *a*, *um sum*, *vel fui*, *eram*, *vel fueram*: in aliis etiam modis, ut *caeptus*, *fueram*, *fuissem*, *fuero*, *etc.* jungiturque aliis passivis infiniti modi, ut *res coepit fieri*, vel *coepta est fieri*. Cic. de Clar. Orat. Ad majores caussas adhiberi *coeptus est*.

VII. Habet participium praeteriti *coeptus*, *a*, *um*, et futuri *coepturus*, *a*, *um*.

INQUAM

Indicativi modi tempus praesens.

Inquam, *io dico*, inquis, inquit. Plur. inquimus, inquiunt.

Praet. imperf. inquiebat, et inquibat.

Praet. perf. inquisti, inquit.

Futurum. inquies, inquiet.

Imperativi praes. inque, vel inquito.

Partic. inquiens.

AJO

Indicativi modi tempus praesens.

Ajo, *io dico*, ais, ait. Pl. ajunt,

Imperf. ajebam, ajebas, ajebat. Pl. ajebamus, ajebatis, ajebant.

Imperativi praes. ai.

Optativi futurum, et conjunctivi praes. ajas, ajat.

Particip. ajens, ajentis.

SCHOLION II.

De verbis inquam, *et* ajo.

I. *Inquam* prima est positio verbi ut censent Phocas, ac Diomedes. Quamquam *inquio* reperitur apud Catull. epigr. 10. Mane me *inquio* puellae: sed rarum est. *Inquam*, *inquis*, *inquit*, passim occurrunt.

II. *Inquimus* Horat. lib. 1. Sat. 3. *inquibat* Cic. in Top. Ad Ciceronem *inquibat* Gallus noster; ut habent emendatissimi libri aldini, gryphiani, manutiani, lambiniani. *inquiebat.* Idem Cic. lib. 2. Academ. sub fin. Visum *inquiebas* hujusmodi esse *Inquisti.* Cic. 2. de Orat. *inquiit.* Catul epig. 10. *inquies.* Ad Att. lib. 6. *inquiet.* Ad Heren. lib. 4. prooem. *inque* in imperativo. Ter. Heaut. act. 4. et Phor. *inquito.* Plaut. Aulul.

III. *Ajo* Phocas ait, praesens tantum, et imperfectum habere; Probus addit etiam praeteritum *ai*, *aisti*, *ait*, quod tamen non est in usu. Imper. *ai* Plaut. vel *ai*, vel nega.

FOREM, FAXO
et alia defectiva.

Forem, fores, foret. Pl. *forent*, pro essem, esses, esset, essent. Futurum infiniti *fore*, hoc est futurum esse. Ejus composita *abfore*, etc. Vide supra in anomalis c. 12. schol. 1.

Faxo futurum indicativi, pro faciam. Virg. AEn. lib. 9. Haud sibi cum Danais rem *faxo*, etc. Liv. lib. 6.

Quaeso, *quaesumus*, idest rogo, primas tantum personas praesentis habet. Olim *quaeso*, *quaesis*, *quaesit*. Lucret. lib. 5. Non Divûm pacem votis adit, ac prece *quaesit*: Phocas ait, *quaesere* apud Sallustium, ac Tullium legi.

Ave, *avete*, *aveto*, *avere* verbum est salutandi: *avete* est apud Sveton. in Claudio cap. 21. *aveto* apud Sallust. in Catil. *aveo* autem, idest *concupisco*, plura habet tempora.

Salve, *salvete*, *salvebis*, *salveto*, *salvere*. *Salvete* est apud Plaut. Paen. qui etiam in Trucul. dixit *salveo*; quod probus ridicule positum putat, ut rustici personae serviret. *Salvebis* est apud Cic. ad Att. lib. 6.

Cedo, da, vel dic. secunda est imperativi. Ter. Phorm. Tu mihi argentum *cedo*. Probus ait, *cedite* numero multitudinis apud priscos comicos inveniri.

Infit tertia persona praes. indic. pro *incipit*, vel *inquit* apud Virg. lib. 5. 10. et alibi. *infio* apud Varr. teste Prisc. lib. 8.

Ovat tertia praesentis indicativi: *ovans*, *ovantis* participium: *ovatio*, minor triumphus.

Defit, pro deest, Virg. Ecl. 2. *defiet*, pro deerit, *defiat*, pro desit, Plaut. Maen. *defieri*, pro deesse Terent. Hecyr. act. 5. sc. 2.

Apage imperat. idest remove. Plaut. Casin. *Apage* te a dorso meo. Idem Curcul. *apage* hanc caniculam. *apagesis*, idest *apage*, *si vis*. Pl. *apagete*. Diomed.

Quae sequuntur in im ad futurum optativi, aut praesens, vel futurum conjunctivi, aut ad praesens, vel futurum modi potentialis pertinent; pleraque tamen eorum non sunt in usu.

Edim, *edis*, *edit*. Pl. *edimus*, *editis*, *edint*, pro edam, edas, etc. *io mangi*. Caecil. Nihil ne tibi esse, quod *edim*? idest, edam. Plaut. Capt. act. 3. Quid quod *edit*. quaerit, idest edat. Naevius, quod *editis* (idest quod edatis) nihil est: Plaut. Paen. Est domi, quod *edimus*, idest, edamus. Sic etiam

Comedim, *comedis*, etc. pro comedam, comedas, *io mangi*. Cic. lib. 9. ep. 20. Cura ut valeas, ne ego, te jacente, bona tua *comedim*. Plut. etiam Bacchid. Alii legunt *comedam*.

Faxim, *faxis*, *faxit*. Pl. *faxitis*, *faxint*, pro faciam, fecero, vel fecerim. *faxim*, Plaut. Aulul. et Truc. *faxis*, Ter. Andr. et Heaut. *faxit*, Cic. de leg. Qui secus *faxit*, *faxitis*. Liv. Dec. 3. lib. 3. *faxint*. Cic. Att. l. 16. ep. 1. Ter. Heaut. act. 1.

Ausim, *ausis*, *ausit*, idest audeam, seu ausus ero, fuero, vel fuerim, Liv. lib. 1. Dec. 1. Nec, si sciam, dicere *ausim*.

Auxim, *auxis*, idest augeam, Liv. l. 29. Ea vos omnia bene juvetis, bonis actibus *auxitis*.

Axim, *axis*, *axit*, pro egerim, Nonius ex Pacuv.

Duim, *duis*, *duit*, *duint*, pro dem, des, det, dent. *duis* pro dederis. Liv. lib. 1. Fest. *duit*. Plaut. Aulul. *duint*. Ter. Andr. et Phorm. act. 4. sc. 5.

Perduim, *perduis*, *perduit*, pro perdam. *perduis*, Plaut. Amph. *perduint*. Ter. Heaut. et Phorm. act. 1.

Creduim, *creduis*, pro crediderim. Plaut. Amph. et Captiv. dicitur et *creduam*, ut Festus adnotat. Ter. Phor. act. 5. Cave, isti quidquam *creduas*.

VERBA IMPERSONALIA

Poenitet *verbum defectivum*, *impersonale*, *activae vocis sic declinabitur*.

Indicativi modi tempus praesens.

Poenitet, *mi pento*, *ti penti*, *si pente*, *ci pentiamo*, *vi pentite*, *si pentono*. Sic in reliquis temporibus activae vocis.

Praet. imperf. penitebat, *mi pentiva*, *ti pentivi*, ec.

Praet. perf. poenituit, *mi pentii, e son pentito, ti pentisti, e ti sei pentito, ec.*

Praet. plusq. perf. poenituerat, *mi era pentito, ti eri pentito, si era pentito.*

Futur. poenitebit, *mi pentirò, ti pentirai, ec.*

Imperativi modi tempus praesens.

Poeniteat, *pentami, pentiti tu, tu, ec.*

Optativi modi tempus praes. et imperf.

Utinam poeniteret, *Iddio volesse, che io mi pentissi, tu ti pentissi quegli si pentisse.*

Praet. perf. utinam poenituerit, *Iddio voglia, che mi sia pentito, ti sii pentito, ec.*

Praet. plusq. perf. utinam poenituisset, *Iddio volesse, che io mi fossi pentito, tu ti fossi pentito, ec.*

Futur. utinam poeniteat, *Iddio voglia, che io mi penta, tu ti penti, quegli si penta.*

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum poeniteat, *conciossiachè io mi penta, o pentendomi io, ti penti, o pentendoti, ec.*

Praet. imperf. cum poeniteret, *conciossiachè io mi sia pentito, o essendomi io pentito: tu ec.*

Praet. perf. cum poenituerit, *conciossiachè io mi fossi, e sarei pentito, o essendomi io pentito: tu ec.*

Futur. cum poenituerit, *quando io mi pentirò, e mi sarò pentito: tu ti pentirai, e sarai pentito, ec.*

Infiniti modi tempus praes. et imperf.

Paenitere, *pentirmi, pentirti, pentirsi, pentirci, pentirvi: ovvero, che io mi pento, e pentiva, e pentissi: tu ti penti, e pentivi, e pentissi; quegli si pente, e pentiva, e pentisse.*

Praet. perf. et plusq. perf. poenituisse, *essermi, esserti, essersi pentito, ec. ovvero, che io mi pentii, e son pentito, e mi era, o fossi pentito: tu ti pentisti, ec.*

Gerundia

Poenitendi, *di pentirmi, pentirti, ec.* poenitendo, *pentendomi, pentendoti, ec.* poenitendum, *a pentirmi, pentirti.*

Participium praesentis, et imperfecti.

Poenitens, poenitentis, *uomo, donna, cosa, che si pente e si pentiva.*

PUGNATUR

Pugnatur *verbum defectivum*, *impersonale*, *passivae vocis*, *sic declinabitur.*
Indicativi modi tempus praesens.

Pugnatur, *si combatte.*

Praet. imperf. pugnabatur, *si combatteva.*

Praet. perf. pugnatum est, vel fuit, *si combattè.*

Praet. plusq. perf. pugnatum erat, vel fuerat, *si era combattuto.*

Futur. pugnabitur, *si combatterà.*

Imperativi modi tempus praesens.

Pugnetur, *combattasi.*

Optativi modi tempus praesens, et imperf.

Utinam pugnaretur, *Iddio volesse, che si combattesse.*

Praet. perf. utinam pugnatum sit, vel fuerit, *Iddio voglia, che si sia combattuto.*

Praet. plusq. perf. utinam pugnatum esset, vel fuisset, *Iddio volesse, che si fosse combattuto.*

Futur. utinam pugnatur, *Iddio voglia, che si combatta.*

Conjunctivi modi tempus praesens.

Cum pugnetur, *conciossiachè si combatta, o combattendosi.*

Praeter. imperf. cum pugnaretur, *conciossiachè si combattesse, e combatterebbe, o combattendosi.*

Praet. perf. cum pugnatum sit, vel fuerit, *conciossiachè si sia combattuto, o essendosi combattuto.*

Praet. plusq. perf. cum pugnatum esset, vel fuisset, *conciossiachè si fosse, e sarebbe combuttuto, o essendosi combattuto.*

Futur. cum pugnatum erit, vel fuerit, *quando si combatterà, o si sarà combattuto.*

Infiniti modi tempus praes. et imperf.

Pugnari, *combattersi.*

Praet. perf. et plusq. perf. pugnatum esse, vel fuisse, *essersi combattuto.*

Futur. pugnatum iri, vel pugnandum esse, *avere a combattersi.*

Partecipale, pugnandum est, *dee combattersi.*

SCHOLION III.

De verbis impersonalibus.

I. Impersonalia inter defectiva verba numerant Donatus, Diomed, Phocas, qui ait ea esse, *quae personis deficiunt*, personis quidem sermonis, quae sunt ipsius verbi propria quasi membra; neque his omnibus, sed praecipuis prima, et secunda. Duplicis ea sunt generis, activae, ac passivae vocis, Vide lib. 2. cap. 7.

II. A verbo *poenitet* futurum infiniti *poeniturum esse*, et participium *poeniturus*, quo Sallustius usus est auctore Fabio lib. 9. cap. 3. jam exoleverunt. *Poenitendus a* prisco verbo *poeniteor* remansit; sic *putendus*, *pigendus* ab inusitatis *pudeor*, *pigeor*. Liv. lib. 1. Sub haud *poenitendo* magistro, idest sub magistro, cujus ei poenitendum non fuit. Cic. Philip. 5. Ut jam *pudendum* sit honestiora esse, etc. Ovid. epist. 7. nulla parte *pigendus* erit, idest mihi illius pigendum non erit. Et Propert. lib. 4. eleg. 1. Poscis ab invita verba *pigenda* lyra.

CAPUT XIV.

RUDIMENTA SIVE DE OCTO PARTIBUS ORATIONIS.

Pro inferiore ordine infimae classis, versibus omissis.

Prima rubimenti veteres elementa magistri
Enumerant tria bisque decem distincta figuris
Omnia, sed tria graeca notis sunt mixta latinis.

I. Litterae, quibus utuntur latini, sunt tres et viginti: a, be, ce, de, e, ef, ge, ha, i, kappe, el, em, en, o, pe, qu, er, ee, te, u, ix, ypsilon, zeta.

II. Litterae dividuntur in vocales, et consonantes.

Sex sunt vocales, quas fundere possumus ore
Absque aliis. Verum y danaum solum insita graiis
Vocibus esse potest. At cetera turba vocatur
Consona, vocali resonat quia juncta sonanti.

III. Vocales sunt sex: a, e, i, u, ypsilon: quarum ultima tantum in dictionibus graecis locum habet, ut Hieronymus, Dionysius.

IV. Ceterae appellantur consonantes, quod vocalibus junctae simul sonent.

Sillaba fit multis, interdum est littera simplex.
At quae vocali ex duplici cojere, vocantur
Diphtongi: sex sunt numero, quas carmine disce:
Euge, harpyia, aurum, pracceps, Melibaeus, Achillei.

V. Syllaba fit ex litteris una, vel pluribus, ut a, le, as, ars, fors, trans.

VI. Syllaba, quae fit ex duabus vocalibus, vocatur diphthongus.

VII. Diphthongi sunt sex: ae, au, ei, eu, oe, yi. ut praemium, aurum, hei, Europa, poena, harpyia,

Dictio nonnunquam, ceu flos, est syllaba tantum:
Saepe fit ex multis. Istarum oratio plures
Semper habet: ceu, magna bonis dat praemia virtus.

VIII. Dictio fit e syllabis, ut aleas; interdum fit ex una syllaba, ut mors.

IX. Oratio fit ex dictionibus, ut aleas fuge: mortem meditare.

PARTES ORATIONIS.

Octo sibi partes oratio subdit: earum
Quatuos in varios possunt se inflectere casus.
Et numeros; reliquae prorsus viduantur utriusquae.

I. Partes orationis sunt octo, nomen, pronomen, verbum, participium, praepositio, adverbium, interjectio, conjunctio.

II. Harum quatuor nomen, pronomen, verbum, participium declinantur. Praepositio, adverbium, interjectio, conjunctio declinationis sunt expertes.

DE NOMINE

Pars prima est nomen; variant sine tempore casus:
Rem certam ostendit proprium, ceu Roma, Corinthus:
Appellativum vero communia multis
Demonstrat, non certum aliquid, ceu palma, triumphus.

I. Nomen est pars orationis, quae casus habet: neque tempora adsignificat, ut musa, dominus.

II. Nomen proprium est, quod res proprias, atque certas significat, ut Romulus, Mantua.

III. Appellativum est, quod res communes, atque incertas significat, ut rex, oppidum.

Sit collectivum, numero quod multa priore
Significat, ceu turba, genus, pars, agmen, et ordo.

IV. Collectivum est, quod numero singulari significat multitudinem, ut populus, gens, turba.

Id substantivum, seu fixum dicito nomen,
Quod per se verbum comitatur, ut amnis inundat.

V. Substantivum, seu fixum nomen est, quod per se in oratione esse potest, ut dux imperat, miles obtemperat.

Contra adjectivum, seu mobile poscit aperte,
Vel tacite fixum esse simul, quo oratio fiat
Integra: ceu bubula cautus non vescitur aeger.

VI. Adjectivum, seu mobile est, quod in oratione esse non potest sine substantivo aperte, vel occulte. Aperte, ut dux prudens, si strenuos milites*, dictoque audientes habeat, hostes facile superabit. Occulte, ut qui tertiana laborant, non vescuntur bubula, hoc est, tertiana febri, bubula carne.

Quaedam unam, atque duas formas, tres multa capessunt.

VII. Adjectivum nomen vel habet tres formas, ut bonus, bona, bonum; vel duas, ut brevis, et breve; vel unam, ut prudens, felix.

VARIA ADJECTIVORUM GENERA

Mobilium species multae. Sit prima rogandi,
Ut quis? quantus? uter? cujus, qualis? et illis
Adde quotus? veluti, quondam quis terruit orbem?
Magnus Alexander. Cujus fuit Euthia? grajus.

I. Interrogativum nomen est, quo de re aliqua quaerimus, ut quis? uter? quantus?

II. Interrogativum substantiae est, cui respondemus per nomen substantivum, vel per pronomen demonstrativum, ut quis, quae, quid: uter, utra, utrum. Quis hic loquitur? Davus: ille.

III. Interrogativum accidentis est, cui respondemus per nomen adjectivum, ut quantus, qualis, quot, quotus, cujus, a, um, cujas: ut, qualis fuit Hector? fortis, magnanimus.

SCHOLION I.

I. Interrogativis accidentis sic respondemus : *Quantus?* magnus, parvus, longus, brevis, etc. *Qualis?* bonus, malus, doctus, imperitus, etc. *Quot?* unus, duo, tres, etc. *Quotus?* primus, secundus, tertius, etc. *Quoteni?* singuli, bini, etc. *Quotuplus?* simplus, duplus, etc. *Quotuplex?* simplex, duplex, etc. *Quotennis?* anniculus, bimus, vel biennis, trimus, vel triennis, etc. *Cuja vestis?* mea, tua, etc. *Vel* Caesaris, Laelii, etc. *Cujas es?* italus, romanus, stoicus.

II. *Quoteni*, *quotuplus*, *quotuplex*, *et quotennis* silentio involvimus, quia non sunt in usu. Sic fere *cujus*, *cuja*, *cujum*; pro quo libentius accipies provocabuli *quis* gignendi casum *cujus* Quamquam et Virg. Ecl. 3. dixit *cujum* pecus? et Cic. Act. 2. in Verr. lib. 1. *cuja* res sit, *cujum* periculum.

Esto relativum, quod nomina quaeque reducit
 In mentem, ut Deus est opifex, qui cuncta creavit.

III. Relativum est, quod nomen antecedens in memoriam reducit. Id duplex est, substantiae, et accidentis,

IV. Relativum substantiae est, quod nomen substantivum in memoriam reducit, ut qui, quae, quod. Legi Ciceronem, qui fuit eloquentissimus romanorum.

V. Relativum accidentis est, quod in memoriam revocat nomen adjectivum, ut qualis, quantus, quot. Cicero fuit eloquens, qualis fuit Hortensius.

Tot, totidem, talis, tantus, redduntur ad illa.
 Quot, qualis, quantus: sive ipsa locaveris ante,
 Seu post; ut tu talis eris, vis qualis haberi.
 Qualis haberi optas, talis coram omnibus esto.

VI. Redditiva sunt tantus, talis, tot, totidem, quae relativis quantus, qualis, quot ante, vel post redduntur: ut, quales in repubblica principes sunt, tales reliqui solent esse cives. Cura ut talis sis, qualis haberi cupis. Quot homines, tot sententiae. Totidem ad te epistolas dedi, quot tu ad me misisti.

Infinita solent fieri adjectiva rogandi
Cum scio, cum video, cum affinia verba sequuntur.
Ut scio quid referas, intelligo quis sit Amyntas.

VII. Quis, vel qui, quae, quod; uter, utra, utrum quantus, qualis, et cetera interrogativa, quando ponuntur post verba audio, video, scio, intelligo, nescio, et alia ejusdem significationis, appellantur infinita, ut nescio qui sit: audio quid dicas: ignoro, quantus, aut qualis sis.

SCHOLION II.

Infinita sunt ea, quae certam non recipiunt personam, sed cuilibet aptari possunt. *Quis*, *quae*, *quod* etiam cum particulis *si*, *nisi*, et *ne* infinitum dicitur, ut si quis, nisi quis, ne quis; pro si aliquis, nisi aliquis, ne aliquis: si qua, pro si aliqua: si quid, pro si aliquid, etc. *Quis*, et *quid* nunquam sunt relativa, sed aut interrogativa, aut infinita.

Possessivum esto, quo significabitur usque
Res possessa, vel huic similis, ceu regia virtus,
Pompejanus item miles, vel caesarianus.

VIII. Possessivum nomen est, quod aut rem possessam, aut ad aliquem pertinentem significat; ut equus regius, miles pompejanus.

Ostendit patriam patrium tibi nomen, et urbem;
Ut vir romanus: gentilia nomina gentem
significant; ut gallus, arabs, germanus, achivus.

IX. Patrium nomen est, quod patriam indicat, ut romanus, atheniensis.

X. Gentile nomen est, quod gentem, vel nationem indicat, ut italus, graecus.

Partitiva notant, vel solum ex pluribus unum,
Ut quisquam, quivis, aliquis, nonnullus, et alter,
Quispiam, et alteruter, quidam, sic quilibet, ullus.
Vel multa ostendunt, et sunt generalia nullus,
Nemo, omnes, cuncti, quicumque; his adjice, quisque.

XI. Partitivum nomen est, quod aut unum ex multis significat, aut multa sigillatim

XII. Unum ex multis significant alius, aliquis, alter, alteruter, quis, quidam, quilibet, quivis, quispiam, quisquam, solus, unus (idest solus) ullus, uter, utercumque, uterlibet, utervis: quae etiam particularia vocantur.

XIII. Multum sigillatim significant complures, plerique, neuter, uterque; et quae dicuntur universalia, ut cuncti, omnes, quicumque, quisquis, quisque, unusquisque, nemo, nullus.

Quae numerum ostendunt veteres numeralia dicunt;
Estque genus triplex. Dictum est a cardine primum:
Sint exempla unus, duo, tres, numerique sequentes.

XIV. Nomen numerale est, quod numerum significat, cujus tres sunt species, cardinale, ordinale, distributivum.

XV. Cardinale est quod numerum absolute, et sine ordine significat, ut unus, duo, tres.

Ordine multa genus numerat digesta secundum,
Ut primus, decimus, numerosaque turba deinceps.

XVI. Ordinale nomen est, quod numerum ordine digestum significat, aut ultimum ex eo numero, ut primus, secundus, vel alter, tertius, quartus, etc.

At quae distribuunt, ut singula, bina, capessunt
Nomen ab officio, et sunt divisiva, sed illa
Plurali ferme numero fac jugilo semper.

XVII. Distributiva, sive divisiva nomina sunt quae distributionem, seu divisionem significant, quibus fere utuntur oratores in numero multitudinis, ut singuli, bini, terni, quaterni. Exempli gratia: pueri, redite domum bini, aut terni, ad summum quaterni; cavete, ne singuli eatis. Heus tu, dato victoribus quaterna mala, victis singula, ne animis concidant: *Quaterna* idest unicuique quatuor. *Singula*, hoc est unicuique unum. De his plura lib. 2. cap. 15.

SCHOLION III.

De numeris cardinalibus, ordinalibus, et distributivis.

Non abs re fuerit hoc loco seriem cardinalium, ordinalium, ac distributivorum numerorum subtexere, quo tyronibus, cum opus fuerit, ad manus sit.

I. Cardinales numeri sunt unus, una, unum; duo, duae, duo: de quibus supra cap. 2. Hi, et hae tres, et haec tria declinationis tertiae: deinceps non declinantur

usque ad centum. Quatuor, quinque, sex, septem, octo, novem, decem, undecim, duodecim, tredecim (*non tresdecim*), quatuordecim, quindecim, sedecim, vel sexdecim, septemdecim, octodecim, vel duodeviginti, novemdecim, vel undeviginti; *sic deinceps in aliis*; *duodetriginta*, *duodequadraginta*, *etc. undequadraginta*, *etc.* Viginti, vigintiunus, vel unus et viginti, vigintiduo, vel duo et viginti, etc. triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octoginta (*non octuaginta*), nonaginta, centum, centum unus, centum duo, vel duo et centum, etc. centum nonaginta novem, bis centum, tercentum, etc. Vel declinando deinceps ducenti, tae, ta; trecenti, tae, ta: sic quadringenti, quingenti, sexcenti, septingenti, octingenti, noningenti, vel rectius nongenti, mille.

II. Hoc nomen *mille*, si pluralis sit numeri adjectivum est indeclinabile, et commune trium generum: mille milites, mille militum, mille militibus, *mille soldati*, *di mille soldati*, *a mille soldati*: sic mille oves, mille ovibus; mille mancipia, mille mancipiis. Si vero singularis sit numeri, substantivum est neutrius generis, in singulari indeclinabile, ac more substantivorum genitivo jungitur, ut mille militum interfectum est, *un migliajo di soldati è stato ucciso.* In plurali vero declinatur millia, millium, millibus, ut duo, tria, quatuor millia militum capta sunt: *due*, *tre*, *quattro migliaja di soldati sono stati presi.* Gell. l. 1. cap. 16. Macrob. 1. Satur. cap. 5. Dicimus igitur bis mille milites indeclinabiliter, vel duo millia militum: sic ter mille, vel tria millia; quater mille, vel quatuor millia; decem millia, vel decies mille; centum millia, vel centies mille, ducenta millia, trecenta millia, decies centena millia, *un milione*, undecies centena millia, *un milione*, *e cento mila*; vicies centena millia, *due milioni*, tricies centena millia, *tre milioni*, millies centena millia, *cento milioni.* Cave dicas duo centum, duo mille, quia duo adjectiva inepte conjunguntur.

III. Ordinales numeri sunt primus, secundus, sive alter, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, octavus, nonus, decimus, undecimus, duodecimus, decimus-

tertius, vel tertiusdecimus, decimusquartus, vel quartusdecimus, quintusdecimus, sextusdecimus, septimusdecimus, octavusdecimus, vel duodevicesimus, nonusdecimus vel undevicesimus (*sic etiam duodetricesimus*, *undetricesimus*, *duodequadragesimus*, *undequadragesimus*, *etc.*). Vigesimus, seu rectius vicesimus, vicesimusprimus, vel primus et vicesimus: sic deinceps, trigesimus, vel rectius tricesimus, quadragesimus, quinquagesimus, sexagesimus, septuagesimus, octogesimus, (*non octuagesimus*) nonagesimus. Centesimus, centesimusprimus, vel primus et centesimus, etc. ducentesimus, trecentesimus, quadringentesimus, quingentesimus, sexcentesimus, septigentesimus, octingentesimus, nongentesimus, vel nonigentesimus, millesimus, millesimusprimus, vel primus et millesimus, bis millesimus, ter millesimus, centies millesimus, etc.

IV. Distributivi numeri, quibus praecipue utimur cum idem pariter in plura dividimus, quosque iis nominibus adjungimus, quae singulari carent, sunt singuli, lae, la, *ad uno*, *ad uno*, bini, nae, na, *a due*, *a due*, vel, *due cose a ciascuno*. Sic terni, quaterni, quini, seni, septeni, octoni, noveni: deni, undeni, duodeni, ternideni, quaternideni, quindeni, vel per syncopen terdeni, quaterdeni, quinideni, senideni, septenideni, octonideni, vel duodeviceni, novenideni, vel undeviceni (*sic duodetriceni*, *undetriceni*, *duodequadrageni*, *undequadrageni*, *etc.*) Viceni, viceni singuli, vel singuli et viceni, viceni bini, vel bini et viceni, viceni terni, etc. Triceni, quadrageni, quinquageni, sexageni, septuageni, octogeni (*non octuageni*) nonageni: centeni, centeni singuli, centeni bini, etc. ducenteni trecenteni, quadringenteni, quingenteni, sexcenteni, septigenteni, octingenteni, noningenteni, vel nongenteni. Dicimus etiam per syncopen usitatius duceni, treceni, quadringeni, quingeni, sexceni, septingeni, octingeni, nongeni: milleni, bis milleni, ter milleni, et sic deinceps. Reliqua, quae spectant ad syntaxim distributivorum, dicemus lib. 2. cap. 15.

V. Quia vero saepius adverbiorum numeralium in cardinalium, ordinalium, ac distributivorum numerorum nominibus utimur adminiculo, age ea quoque, quamvis inter adverbia recensenda essent, hoc loco attexamus.

Adverbia igitur cardinalis numeri haec sunt: semel, bis, ter, quater, quinquies, sexies, septies, octies, novies, (*non nonies*) decies, undecies, duodecies, tredecies, quatuordecies (*sic Plinius lib. 7. cap. 7.* ut habent aldini, aliique emendatissimi libri. Cic. tamen Act. 2. in Verrem, nisi mendax liber sit, dixit: hinc HS. quaterdecies P. Tadio numerata) quindecies, sexdecies, septiesdecies, vel deciesseptics, octiesdecies, vel deciesocties. vel duodevicies, noviesdecies, vel deciesnovies, vel undevicies (*sic etiam duodetricies, undetricies, duodequadragies, undequadragies, etc.*) Vicies (*per syncopen, pro viginties*) vicies semel, vel semel et vicies, bis et vicies, etc. tricies, quadragies, quinquagies, septuagies, octogies, (*non octuagies*) nonagies: centies, centies semel, vel semel et centies, etc. ducenties, trecenties, quadringenties, quingenties, sexcenties, septingenties, octingenties, nongenties: millies, bis millies, ter millies: centies millies, millies millies; vel potius decies centies millies, *un milione di volte*, vicies centies millies, *due milioni di volte*. Sic deinceps.

VI. Adverbia vero numeri ordinalis sunt primo, secundo, vel iterum, tertio, quarto, et alia ab ordinalium ablativo formata.

DE NOMINIBUS POSITIVIS, COMPARATIVIS, ET SUPERLATIVIS.

Rem tibi simpliciter monstrant positiva: nec ipsis
Fit (ceu magnus, inops) collatio vocibus ulla.

I. Nomen positivum, sive absolutum est, quod rem absolute, simpliciterque significat, ut magnus, parvus.

Rem gradus attollit medius, vel deprimit, auget,
Vel minuit: minor, et major testantur utrumque.

II. Comparativum est, quod rem vel attollit, vel deprimit, ut major, minor.

Ponit in extremis qui rem, gradus esto supremus:
Ut Paris est minimus fratrum, sed maximus Hector.

III. Superlativum est, quod rem vel in summo loco, vel infimo collocat, ut maximus, minimus.

Supremus, mediusque gradus formantur ab illis
Mobilibus tantum, quibus apte adverbia possunt
Conjungi magis, atque minus, ceu justus, amicus.

IV. Nomina comparativa fiunt a nominibus adjectivis, quibus adverbia magis, et minus recte adjungi possunt, ut justus, fortis. A comparativis vero fiunt superlativa.

Excipe fixa ergo, et pronomina; demito nomen
Cum patrio gentile; simul numeralia tolle
Cum reliquis, quae cum his pariter memoravimus ante;
Cunctaque materia, velut haec; argenteus, aureus,
Cedrinus; errabundus item, fugitivus, et almus.
Et nonnulla, usu quae sunt discenda magistro.

E X C E P T I O N E S.

V. Nomina substantiva, pronomina, item interrogativa, relativa, redditiva, infinita, possessiva, patria, gentilia, partitiva, cardinalia, ordinalia, distributiva, et quae materiam adsignificant, ut aureus, argenteus, cedrinus: ad haec errabundus, moribundus, fugitivus, almus, frugifer, mediocris, omnipotens, medius; modicus, hesternus, et nonnulla alia neque comparativa, neque superlativa pariunt.

SCHOLION IV.

A substantivis interdum risus gratia Plautus superlativum fingit. Poenul. O patrue, patrue mi, *patruissime*. Et a gentili *poenus* format *poenior*. Gellius lib. 3. cap. 3. a plautinus *plautinissimus*. Catullus a substantivo cinoedus *cinoediorem*. Plinius colorem dixit *purpurissimum*. A pronomine *ipse*, graeco more, *ipsissimus*. Plautus.

Ne adjectiva quidem omnia comparantur, sed ea tantum, quorum significatio augeri potest, aut imminui; ideo *unicus*, *omnipotens*, *infinitus*, *mediocris*, et similia comparationem non admittunt. Macrobius tamen dixit *omnipontentissimus*, Virgilius *ingentior*, Cicero *infinitior*, Et l. 1. ad Att. epis. ult. Hoc vellem *mediocrius*.

A QUO CASU FORMENTUR COMPARATIVA ET SUPERLATIVA

Casus in i graduum sit norma, or syllaba crescens
Dat medium, s juncta, atque simus genuere supremum.

VI. Comparativa fiunt a casu *i* littera finito, addita syllaba *or*, superlativa vero, addita littera *s* et simus, ut justus, justi, justior, justissimus: fortis, forti, fortior, fortissimus.

Exceptio I.

Rectus er, ut celeber, rimus, ut celeberrimus, addit.

VII. positiva *er* syllaba terminata gignunt superlativa addito *rimus*, ut tener, tenerrimus; saluber, saluberrimus; prosper, prosperrimus. Suet. Tiber. c. 8. Sic veterrimus, et maturrimus ab antiquis veter, et matur: dicimus etiam maturissimus: a dexter, et sinister dexterior, et sinisterior sine superlativo. Nam dextimus, et sinistimus idem sunt quod dexter, et sinister: deterior, et deterrimus ab obsoleto deter, detera, deterum.

Exceptio II.

Haec, humilis, similis, facilis, gracilisque requirunt,
In limus ut recti casus is syllaba migret.
In simus, atque limus rectum imbecillis habeto.

VIII. Facilis, gracilis, humilis, similis superlativa pariunt syllaba *is* mutata in *limus*: facillimus, gracillimus, humillimus, simillimus: sic imbecillimus.

SCHOLION V.

Utilis habet *utilissimus*. Fam. lib. 9. epist. 9. Sic enim facillime quod tibi *utilissimum* erit consilii capies. Q. Curt. lib. 9. Se Dario non fuisse inimicum; immo etiam, quae credidisset *utilissima* esse, suasisse. Cic. de Sen. compositione utitur: multas ad res *perutiles* Xenophontis libri sunt. Ter. in And. circuitione. Quibus id *maxime utile* est, illum esse quam deterrimum. Suet. in Nerone cap. 52. Fuit *gracillimis* cruribus. *Imbecillimus*. Sen. ep. 89. *imbecillissimus*. Cels. l. 2. c. 19. Nonnulli addunt *agillimus*, et *docillimus*. Nobis exempla non suppetunt.

Exceptio III.

Nomina vocales ante us capientia nullos
Ex se ferre gradus (ut idoneus, invius) audent.
A pius interdum gradus ille piissimus exit.

IX. Nomina quae ante syllabam *us* vocalem habent raro comparativa, aut superlativa gignunt, ut idoneus, noxius, arduus.

SCHOLION VI.

Reperiuntur tamen nonnulla apud probatos scriptores, ut Lucret. lib. 4. nam nihil *egregius*, idest magis egregium: et *egregius* adverb. pro magis egregie utitur Juven. Sat. 4. *assiduior*, Varr. de re rust. lib. 2. cap. 9. *assiduissime* usus Suet. Aug. c. 71. et Cicer. in Brut. *pars exiguissima*, Ovid. ep. 14. *strenuissimus*, Sallust. Catil. Tacit. lib. 20. *Piissimus*, Cast. lib. 9. Quintil. Declam. 6. Quamquam Cic. Phil. 13. negat ejusmodi verbum esse in lingua latina. *Tenuior* saepe est apud Cic. 2. Offic. et Lucr. lib. 3. Neque tenuius extat. Sic *tenuissima* membrana, 2 de Nat. Deor.

Exceptio IV.

Entior a facio, dico, volo nata capessunt,
Fitque gradus medius: pro summo entissimus addunt.

X. A nominibus ex verbis facio, dico, volo compositis comparativa in entior, superlativa in entissimus exeunt, ut magnificus, magnificentior, magnificentissimus: maledicus, maledicentior, maledicentissimus; benevolus, benevolentior, benevolentissimus: mirificus olim mirificissimus, ut *facinus mirificissimum*. Ter. Phorm. act. 5. sc. 6.

ANOMALA, SIVE INÆQUALIA.

Sume bonus, melior, sume optimus: accipe parvus,
Atque minor, minimus. Plus, plurimus accipe multum,
Tuque malus tibi pejor habe, tum pessimus. Illa
Maximus, et major solum tibi magnus habeto.

I. Anomala sunt bonus, melior, optimus: malus, pejor, pessimus magnus, major, maximus: parvus, minor, minimus. Lucret. tamen lib. 3. *parvissima* dixit. Parum, minus, minimum: magis, maxime: minus, minime: multum, plus, plurimum. Quamquam plus positivum putat Asinius apud Gell. lib 6. cap. 22.

II. Item illa nequam, nequior, nequissimus: superus, superior, supremus: exterus, exterior, extremus, vel extimus. Plin. lib. 2. cap. 78. et lib. 6. c. 28. inferus, inferior, infimus. Cic. citra, citerior, citimus: ultra,

ulterior, ultimus: prior, primus: intus, interior, intimus: post, posterior, postremus: prope, propior, proximus: ante, anterior: diu, diutius, diutissime.

III. Ocyor, ocyssimus, potior, potissimus positivis carent, nisi sint ab ὠκὺς graeco, et *potis* latino. Novissimus, et summus superlativum tantum habent, auctore Diomede, quibus adde imus.

IV. A nominibus substantivis juvenis, et senex fiunt tantum comparativa junior, et senior. Penitior, et penitissimum a positivo *penitus, ta, tum.* Plaut. Asin. Usque ex *penitis* faucibus.

V. Fiunt et interdum a superlativis rursus comparativa, et superlativa, ut a proximus proximior dixit Sen. epist. 109. Postremus, postremissimus C. Gracchus apud Gell. lib. 2. cap. 15. quibus tamen vix utendum censeo.

DE PRONOMINE

Pronomen dico vocem pro nomine sumptam,
Quae certam nobis personam, ac cetera monstrat.

I. Pronomen est, quod loco nominis positum certam finitamque personam adsignificat.

Octo velut fontes primaria dicimus: unde,
Quae derivativa aliis sunt dicta, trahuntur.

II. Pronomina partim sunt primitiva, partim derivativa, seu potius derivata.

III. Primitiva, sive primigenia dicuntur quae prima sunt, et a se orta, ut ego, tu, sui, hic, iste, ille ipse, is.

IV. Derivativa, vel potius derivata sunt quae ex aliis oriuntur, ut meus, tuus, suus, noster, vester, nostras, vestras.

V. Demonstrativa sunt quae rem demonstrant, ut ego, tu, hic, iste, ille, ipse. is.

VI. Horum quinque hic, iste, ille, ipse, is, et ex eo compositum idem, relativa dicuntur, cum rem antecedentem in memoriam reducunt, ut Virgilius carmina composuit, idemque ipse ea cecinit.

VII. Possessiva sunt quae possessionem significant, ut meus, tuus, suus, noster, vester.

VIII. Gentilia, sive patria sunt quae non solum gentem vel patriam, sed etiam partes, sectamve adsignificant, ut nostras, vestras.

IX. Reciproca duo sunt, unum primitivum, nimirum sui: alterum derivativum, seu derivatum, nempe suus.

DE VERBO.

Verba modos pariter, diversaque tempora flectunt,
Non casus. Horum duplex ostenditur ordo.

I. Verbum est pars orationis quae modos, et tempora habet, neque in casus declinatur.

II. Verbum duplex est, personale, et impersonale.

Personale tribus personis constat ubique:
Cum prima semper reliqua amisere secundam.

III. Personale est quod omnes personas utriusque numeri habet, ut amo, amas, amat. Plur. amamus, amatis, amant.

IV. Impersonale est quod prima, et secunda persona utriusque numeri, et tertia multitudinis fere privatur, unde et nomen traxit. Id duplex est, alterum activae vocis, ut pudet, poenitet; alterum passivae, ut pugnatur, curritur.

Personale genus species tibi quinque ministrat.

V. Verbum personale dividitur in quinque genera: activum, passivum, neutrum, commune, deponens.

VI. Activum est quod littera o finitum, passivum fit addita littera r, ut amo, amor.

VII. Passivum est quod syllaba or finitum, activum fit r littera abjecta, ut amor, amo.

VIII. Neutrum est quod m, vel o litteris finitum ex se passivum personale non gignit, ut sum, sto, servio: neque enim dicitur stor, aut servior: sunt et quae in i desinunt, ut odi, novi, coepi, memini: quaeque in praeterito passivam habent vocem, ut gaudeo, audeo, fido, fio.

IX. Neutrorum Diomedi tria sunt genera: quaedam actionem significant, ut *ambulo*, *curro*: quaedam pas-

sionem, ut *vapulo*, *veneo*, *fio*: quaedam nec actionem, nec passionem, quae supina, idest otiosa appellat, ut *sedeo*, *jacio*.

X. Commune est, quod or syllaba tantum finitum, activi simul, ac passivi significationem habet; praesertim participium praeteriti temporis, quaeque ejus adminiculo supplentur, ut experior, complector: expertus sum, complexus sum; nam praesens, et imperfectum, et quae inde sunt tempora fere actionem significant.

XI. Deponens est, quod or syllaba tantum finitum, activi, vel neutri significationem habet, ut sequor, utor, morior.

DE VARIIS VERBORUM FORMIS.

Verba, quibus quondam peperit verbum inchoo nomen,
Incrementa notant fieri, ut fervesco, calesco.

I. Inchoativum verbum est quod rem quidem inchoatam, sed ad finem perfectionemque tendentem significat, ut calesco, idest calidus fio, frigesco, frigidus fio.

Rem jam perfectam perfectum ostendere verbum
Dicito: sit caleo, rubeo, sit frigeo testis.

II. Perfectum est quod rem perfectam absolutamque significat, ut caleo, frigeo, idest calidus sum, frigidus sum.

At meditativum sit, quo meditatio rerum
Cum desiderio vehemens conjuncta notatur:
Esurit; et verbum coenaturio accipe testes.

III. Meditativum verbum est quod assiduam alicujus rei meditationem significat, ut esurio, coenaturio: qui enim esurit, ac coenaturit nihil aliud nisi cibum, coenamque meditatur.

Verba frequentandi, ceu lectito, dicimus illa,
Res quibus exprimitur nobis iterata frequenter.

IV. Frequentativum, sive iterativum est quod rei frequentationem, iterationemque significat, ut rogito, lectito, scriptito.

Res minuunt quaedam, ut sorbillo, et propria dicunt
Significata minus, quam significata parentum.

V. Diminutivum, vel potius diminutum est quod minus, quam id, a quo ortum est, significat, ut sorbillo, a sorbeo.

SCHOLION VII.

I. *Inchoativa* tertiae conjugationis sunt omnia. Formantur fere a verbis neutris secundae conjugationis addita ad secundam praesentis indicativi personam *co* syllaba, ut friges, frigesco; flores, floresco. Unum, aut alterum ab activis auges, augesco; integras, integrasco. Ter. Andr. act. 4. sc. 2. Hoc malum *integrascit*. Nonnulla a nominibus, ut silvesco, lapidesco, sterilesco; a silva, lapide, etc. Interdum his additur incipiendi verbum. Caes. 3. Bell. Civ. Jamque *maturescere* frumenta incipiebant.

II. *Meditativa* quartae conjugationis sunt omnia, fiunt a priore supino *m* littera versa in *rio* syllabam: ut esum, esurio; coenatum, coenaturio; partum, parturio.

III. *Frequentativa* primae flexionis sunt omnia, quae interdum mutant *atum* supini primae conjugationis in *ito*, ut rogatum, rogito; volatum, volito: interdum *um* tertiae, vel in *ito* ut scriptum, scriptito, actum, actito; vel in *o*, ut cursum, curso; raptum, rapto: vel ad tertiam personam singularem indicativi e addunt; ut quaerit, quaerito; nat, nato.

DE PARTICIPIO.

Participans varios recipit cum tempore casus.

I. Participium est pars orationis quae tum casus, tum tempora habet.

Tempus amat praesens ans, ens; ac talia verbo
(Passivo tantum excepto) gignuntur ab omni.

II. Participium praesentis temporis in ans. vel in ens exeunt, et ab omni verborum genere nascuntur, exceptis passivis, ut amans, serviens, complectens, utens.

Quae sunt praeteriti, verbis oriuntur ab illis,
Quae per passivam flectunt sua tempora vocem.

III. Praeteriti temporis in tus, sus, xus desinunt, ac fiunt a verbis passivis communibus, et deponentibus, ut amatus, complexus, usus. Unam in urus reperitur, mortuus videlicet, a morior.

In rus finitum gignunt verba omnia, dempto
Passivo tantum verbo: dus habentia finem
Passivae vocis verba, et communia formant:
Deponens interdum etiam dus habentia gignit,
Quod fuerat commune olim; velut execror, utor.

IV. Participia futuri tum in rus, tum in dus exeunt.

V. In rus oriuntur ab omni genere verborum exceptis passivis, ut amaturus, serviturus, amplexurus, usurus.

VI. In dus fiunt a passivis, et communibus, ut amandus, complectendus: saepe etiam a deponentibus, quae accusandi casum habent, praesertim si aliquando fuerunt communia, ut sequendus a sequor, ulciscendus ab ulciscor, execrandus ab execror, utendus ab utor, etc. de quibus l. 2. c. 12. praec. 1.

VII. Participia praesentis temporis fiunt a prima persona praeteriti imperfecti syllaba bam, vel bar mutata in ns, ut amabam, amans; complectebar, complectens.

VIII. Participia in dus fiunt a genitivis participiorum praesentis temporis tis syllaba mutata in dus, da, dum, ut amans, amantis, amandus, a, um: complectens, complectentis, complectendus, a, um.

Tempore verba aliquo privata, aut orba supinis,
His quoque priventur, quae deducuntur ab illis:
Qualia sunt, odi, memini, reminiscor, et ango.

IX. Participio praesentis temporis, et futuri in dus, ac gerundiis carent verba, quae praeterito imperfecto deficiunt, ut odi, coepi, novi, memini.

X. Participia praeteriti temporis fiunt a posteriore supino addita littera s, ut amatu, amatus; complexu, complexus.

XI. Participia futuri in rus fiunt a priore supino m littera versa in rus; ut amatum, amaturus, servitum, serviturus.

XII. Quae verba supinis carent, carent etiam participiis futuri in rus, et praeteriti temporis: item praeteris perfectis, et plusquam perfectis passivis omnium modorum, ac futuro passivo conjunctivi modi; praeterea futuro infiniti tum agendi, tum patiendi, ut diximus cap. 8. in fine. Quae vero verba supinis careant ibidem enumeravimus, et repetemus infra cap. 18. initio.

SCHOLION III.

De participio.

I. Participium Varroni l. 3. de Anal. est, quod cum temporibus, et casibus declinatur. Differt auctore eodem lib. 3. a nominibus verbalibus, ut *amator*, *lector*, quod haec nullum tempus praesens, praeteritum, futurumve adsignificant, quod tamen adsignificant participia *amans*, *amatus*, *amaturus*.

II. Participia praesentis in *ans*, vel *ens*, et futuri in *rus*, quocumque verborum genere fiant, active significant, nisi verbum ipsum passive significet, ut *vapulans*, *vapulaturus*: praeteriti vero participia passive tantum, ut *amatus*: nisi verbum ipsum vel commune sit, ut *complexus*; vel active significet, ut *sequutus*.

III. Participia futuri in dus semper passive significant, etiamsi a communibus, vel deponentibus fiant, ut *complectendus*, *sequendus*. Quamvis ea non raro necessitatem, officium, debitum, aut simile quid significent potius quam tempus futurum, ut diximus cap. 9. sc. 10. Cicer. de Arusp. respon. Senatus meam domum ex aerario *aedificandam*, a pontificibus *liberandam*, a magistratibus *defendedam* putavit; idest putavit aedificari debere, aut oportere, aut dignam esse quae aedificaretur, etc. Sic interdum participia in *rus* officium, aut quamdam animi deliberationem significant, ut non sum *deserturus* rempublicam, idest deserere non debeo, statui non deserere.

IV. A supinis in *itum*, vel *ctum* primae conjugationis participia in *rus* per a fiunt: ut a *sonitum*, *plici-*

tum, *frictum*, *sectum*, *nectum* fit *sonaturus*, *plicaturus*, *explicaturus*, *implicaturus*, *fricaturus*, *refricaturus*, *defricaturus*, *secaturus*, *necaturus*, *enecaturus*. Hor. lib. 2. sat. 4. Magna *sonaturum*. Verum a *domitum* etiam *domiturus*. Virg. 4. Georg. Bacchi *domitura* saporem.

V. Participiis praesentis, et futuri in *dus* carent haec verba, quamvis non carent imperfecto, unde illa formantur *fio*, *reor*, *malo*, *sum* cum compositis, praeter *absens*, et *praesens*. Carent etiam impersonalia, praeter *poenitens*, *poenitendus*, *pigendus*, *pudendus*; nam *libens*, *pudens*, et *potens* nomina potius sunt; *fruens* participium non legi, *fruiturus*, *et fruendus* non raro invenies.

VI. Participia futuri in *rus* a verbo *ruo*, et compositis, et a *pastum*, *solitum*, *satum*, *saltum*, *mansum* (a mando) non invenio. Carent iisdem *reor*, *faris*, vel *fare*, et impersonalia, praeter *liciturum* a *licet* Cic. Att. lib. 2. epist. 1. et *puditurum* Plin. lib. 36. cap. 15. et *poeniturum* Sall. apud Quintil. lib. 9. c. 3. Carent et verba meditativa, et inchoativa; quamvis Terent. Heaut. Act. 5. *esuriturus* dixerit.

VII. *Morior*, *orior*, *pario*, *nascor* habent participia *moriturus*, *oriturus*, *pariturus*, *nasciturus*; non autem morturus, orturus, parturus, naturus. A supinis vero *statutum*, *restitutum*, *et fluxum* rite formantur *statuturus*, Cic. 4. Att. ep. 2. *restituturus*, 2. in Verr. *fluxurus*, Colum. lib. 3. cap. 2.

VIII. Quamvis a *lugeo*, *sorbeo*, vel *sorbo*, *sapio*, *arceo* nonnulli putent esse supina *luctum*, *sorptum*, vel *sorbitum*, *sapitum*, *arcitum*, non tamen habent participia praeteriti luctus, sorptus, vel sorbitus, sapitus, arcitus. Rite tamen dicimus coercitus, percitus. Reliqua quae ad participia spectant habes infra lib. 2. c. 12.

DE PRAEPOSITIONE.

Praepositiva fere juncta, aut disjuncta locatur.
Ante alias, casusque regit pars ordine quinta.

I. Praepositio est pars orationis quae ceteris partibus aut separata, aut conjuncta fere praeponitur. Separata: ut non sum apud me *prae* iracundia. Conjuncta: ut, *praestat* millies mori, quam Deum vel levissime offendere.

Accusativo serviunt

Trans, apud, adversus quarto jungantur et ante,
Pone, per, adversum, juxta, prope, versus, et infra,
Ad, post, et circum, circa, cis, circiter, extra,
Praeter, ob, intra, erga, citra, secus, usque, secundum,
Et propter, contra, supra, penes, inter, et ultra.

Ablativo serviunt

Abs, ab, et a poscunt cum clam sibi sumere sextum;
Et tenus, atque palam, procul, absque fruuntur eodem,
Ex, e, de, coram, pro, prae, sine: ponitur apte
Post patrium ferme numero tenus una secundo.

II. *Tenus* praepositio fere genitivum amat, cum vocabulo multitudinis adhaeret: ut Cumarum tenus, lumborum tenus; alioquin ablativum: ut pectore tenus, ore tenus; de quo dicemus lib. 2. cap. 16. praec. 5.

Sub, super, in quarto gradui modo juncta videbis.
Pro vario sensu, gradui modo juncta latino.
Subter utrumque gradum sensu sectatur eodem.

III. Accusativum, vel ablativum pro varia significatione postulant in, sub, super. Subter autem in eadem significatione apud oratores accusativum habet, apud poetas etiam ablativum.

Sex in compositis nunquam nisi vocibus extant.
Exemplum dispar, dirimo, sejungo, repello,
Ambigo, constituo, et complura simillima sunto.

IV. Praepositiones, quae tantum conjunctae praeponutur, sunt am, con, di, dis, re, se, ut ambigo, confero, dinumero, disputo, refero, sejungo.

V. Am praepositio in compositione *circum* significat. et per m scribitur, ut *amputo*. Sed per n sequente f, c, q, ut *anfractus*, *ancisus*. *anquiro*; vocali sequente intercipit b, ut *ambesus*, *ambitus*, *ambustus*.

DE ADVERBIO.

Explanare solent alias adverbia voces,
Illarumque suo generalem adstringere sensum;
Ut bene das operam, merito loca prima mereris.

Adverbium est pars orationis quae vocibus addita earum significationem explanat, ac definit: ut raro loquitur, bene peritus, vehementer iratus, parum diligenter.

Adverbiorum varia sunt genera, et significationes.

Optandi: ut utinam, o si, sic.

Vocandi: ut o, heus, eho.

Interrogandi: ut cur? quare? quid ita? quamobrem?

Respondendi affirmative: ut etiam, ita, maxime, quidni?

Confirmandi: ut profecto, sane, certe, scilicet.

Negandi: ut non, nequaquam, minime, haud, haudquaquam.

Dubitandi: ut forsan, forsitan, fortassis, fortasse.

Hortandi: ut eja, age, agedum, agite.

Prohibendi: ut ne.

Demonstrandi: ut en, ecce.

Eligendi: ut potius, immo.

Comparandi: ut magis, minus, fortius.

Congregandi: ut simul, una, pariter.

Separandi: ut seorsum, separatim.

Intendendi: ut acriter. studiose, vehementer.

Remittendi: ut segniter, remisse, oscitanter.

Temporis: ut hodie, cras, pridie, perendie, heri, nudiustertius, nodiusqnartus.

Loci: ut hic, huc, hinc, hac, horsum.

Numeri: ut semel, bis, ter, saepe, centies, millies; quae agentes de nomine supra latius recensuimus.

Ordinis: ut primum, deinde, tum, postremo.

Eventus: ut forte, fortuito.

Similitudinis: ut sicuti, ut, uti, quemadmodum.

Diversitatis: ut aliter, secus.

Qualitatis: ut prudenter, perite, eleganter.

Quantitatis: ut parum, multum, nimium, satis.

Jurandi: ut hercule, hercle, mehercule, medius fidius, mecastor, pol, aedopol, et alia: hoc est *per herculem*, *etc.* quibus tamen adverbiis uti christiano non licet.

Excludendi: ut solum, tantum, tantummodo, vix.

Explanandi, ut nimirum, nempe, videlicet.

Rei nondum plane peractae: ut fere, ferme, propemodum.

DE INTERJECTIONE.

Affectus varios animi interjectio promit.
Hei mihi! vae nobis! infandum! o dira cupido!
Proh dolor! heu miseri! vah quanta insania mentis!

Interjectio est pars orationis, quae varios animi affectus indicat.

Interjectionum variae sunt formae, et significationes.

Laudantis, et nonnunquam exultantis, ut euge.

Exultantis, et interdum insultantis: ut vah.

Laetantis: ut evax, vah.

Indignantis, aut se corripientis: ut hem. Sulpic. Famil. 4. *Hem* nos homunculi indignamur, etc. Eadem demonstrantis est. Ter. And. *Hem* puer.

Dolentis, et ingemiscentis: ut ah, heu, hei.

Suspiranti: ut ah, ah.

Lugentis, ut hoi, hei.

Ejulantis: ut oh, oh, oh.

Admirantis: ut papae, o, vah.

Admirantis, et interdum ironiae: ut hui.

Irridentis: ut o, Cic. Phil. 3. *O* praeclarum custodem ovium, ut ajunt, lupum.

Exclamantis: ut proh, o.

Silentium indicentis: ut st.

Timentis: ut hei.

Deprehendentis aliquid ex improviso: ut at, at.

Praesagientis malum, miserantis, vel minantis: ut vae.

Rejicientis cum fastidio: ut apage, apagesis.

Stomachantis, sive indignantis: ut malum.

Execrantis: ut nefas, infandum.

DE CONJUNCTIONE.

Fungitur officio conjunctio sola ligandi
Particulas, et membra, quibus sententia constat;
Suntque hujus variae species, quas mente notabis.

Conjunctio est pars orationis annectens, ordinansque sententiam. Conjunctionum species, sive significationes variae sunt.

Copulativae, seu connexivae sunt: ac, atque, et, que.
Disjunctivae: vel, ve, sive, seu, aut, nec, neque, ne.
Adversativae; etsi, tametsi, quamquam, quamvis, attamen, verumtamen, etc.
Collectivae, sive illativae, sive rationales: ergo, igitur, quare, quamobrem, quocirca, quapropter, itaque, etc.
Causales: nam, namque, siquidem, quantoquidem, quia, quoniam, enim, etenim, quod, propterea quod, etc.
Conditionales: si, ni, si quidem, modo, dummodo.
Expletivae: quidem, equidem, etc.

1. Conjunctiones autem partim sunt praepositivae, partim subjunctivae, partim mediae.

2. Praepositivae, sive principes sunt quae in oratione praesunt, ut aut, ac, atque, et, ast, vel, nec, neque, nisi, seu, sive, etc.

3. Subjunctivae, sive subditae, quae subeunt, ut que, ne, quidem, quoque, autem, vero, enim.

4. Communes, sive mediae quae et praeeunt, et subeunt, ut ergo, igitur, itaque, equidem, etc.

DE ACCIDENTIBUS
SIVE ATTRIBUTIS PARTIUM ORATIONIS.

Sunt quaedam, quae partes orationis comitantur: ut numerus, casus, genus, declinatio, et conjugatio, modus, tempus, persona, figura, species; quae accidentia, sive attributa partium orationis vocantur.

1. Numeri nominum, pronominum, verborum, et participiorum sunt duo: *singularis*, ut musa, ego, amo, amans; *pluralis*, ut musae, nos, amamus, amantes.

2. Casus nominum, participiorum, et nonnullorum pronominum sunt sex, nominativus, genitivus, dativus, accusativus, vocativus, ablativus. Nominativus *rectus* casus dicitur, ceteri *obliqui*.

3. Genera praecipua quae nomini, pronomini, et participio conveniunt tria sunt: masculinum, foemininum, et neutrum. *Masculinum*, sive *virile* est non quod virum significat, sed cui praeponitur pronomen hic: ut hic dominus, meus, doctus: *foemininum* sive *muliebre*, cui praeponitur pronomen haec: ut haec ancilla, mea, docta: *neutrum*, cui praeponitur pronomen hoc: ut hoc mancipium, meum, doctum. Ex his tribus generibus nascuntur duo alia commune duorum, et commune trium. *Commune duorum* est, cui praeponuntur pronomina, hic, et haec; ut hic, et haec parens: *commune trium*, sive *omne*, cui praeponuntur pronomina hic, et haec, et hoc; ut hic, et haec, et hoc prudens, nostras, amans. Est et *promiscuum*, sive *epicoenum* genus, quod sub uno genere, et uno articulo utrumque sexum complectitur; ut hic corvus, hic passer mas, et foemina: haec aquila, haec mustella mas, et foemina. Est et genus *dubium*, sive *incertum*, quod ambiguos habet articulos: ut hic, vel haec silex: hic, vel hoc vulgus.

4. Declinationes, sive formae nominum sunt quinque, *Prima*, cujus genitivus singularis terminatur in diphthongo ae, ut musa, musae. *Secunda*, cujus genitivus terminatur littera i, ut dominus, domini. *Tertia*, cujus genitivus terminatur syllaba is, ut sermo, sermonis. *Quarta*, cujus genitivus terminatur syllaba us, ut sensus, sensus. *Quinta*, cujus genitivus terminatur litteris e, et i separatis, ut dies, diei.

Pronomina meus, tuus, suus, noster, vester ad primam, et secundam nominum declinationem spectant: nostras, vestras, ad tertiam; cetera proprias habent formas.

Participia, quae in ans, et ens exeunt; ad tertiam declinationem pertinent, ut amans, dolens, etc. Reliqua ad primam, et secundam, ut amaturus, a, um; amandus, a, um; etc.

5. Conjugationes verborum sunt quatuor. *Prima* cujus secunda persona singularis praesentis indicativi exit

in *as*; et praesens infiniti in *are*, ut amo, amas, amare. *Secunda*, cujus secunda persona praesentis indicativi exit in *es*, et infinitum in *ere* penultima producta, ut doceo, doces, docere. *Tertia*, cujus secunda praesentis indicativi exit in *is* breve, et infinitum in *ere* penult. correpta, ut lego, legis, legere. *Quarta*, cujus secunda praesentis indicativi exit in *is* longum, et infinitum in *ire*, ut audio, audis, audire.

6. Modi verborum triti, et communes sunt quinque, indicativus, imperativus, optativus, conjunctivus, et infinitus. His adde potentialem, ac permissivum. De quibus cap. 9. sch. 8. et 9.

7. Tempora verborum sunt quinque, praesens, sive instans, praeteritum imperfectum, praeteritum perfectum, praeteritum plusquam perfectum, futurum.

8. Personae pronominum sunt tres; prima *ego*, secunda *tu*· reliqua pronomina sunt tertiae personae, praeter *ipse*, *ipsa*, *ipsum*, quod cujusvis est personae: item provocabulum *qui*, *quae*, *quod*: dicimus enim ego ipse, ego qui, tu ipse, tu qui, Caesar ipse, Caesar qui. Sic in plurali nos ipsi, vos ipsi, etc.

Personae verborum sunt tres: prima. ut amo: secunda, ut amas: tertia, ut amat.

Nomina, et participia (exceptis vocativis) incertae sunt personae, sicut et verba infinita; eam enim induunt personam, cujus est verbum, cui adhaerent: ut ego M. Tullius defendi rempublicam adolescens. Liv. l. 30. Hannibal peto pacem. Cupio te audire.

Vocandi casus, quia secundis personis tantum adhaerent, solum sunt secundae personae.

9. Figurae nominum, pronominum, verborum, participiorum, praepositionum, adverbiorum, conjunctionum duae sunt: *simplex*, ut prudens, is, amo, amans, abs, prudenter, enim: *composita*, ut imprudens, idem, adamo, adamans, absque, imprudenter, etenim.

10. Species nominum, pronominum, verborum, adverbiorum sunt duae: *primitiva*, ut pater, tu, caleo, clam: *derivativa*, ut paternus, tuus, a, um, calesco, clanculum.

CAPUT XV.

PRAECEPTA GENERALIA

De constructione tyronibus ediscenda.

Pro inferiore ordine infimae classis.

Praeceptum I.

Adjectivum nomen concordat cum substantivo in genere, numero, et casu, ut puer ingeniosus, memoria infirma, ingenium tardum.

II.

Relativum *qui*, *quae*, *quod* cohaeret cum antecedente in genere, et numero: ut non est dicendus puer ingenuus, qui verecundiam non amat: accepi tuas litteras, quae mihi jucundissimae fuerunt; legi tuum epigramma, quod mihi mirandum in modum placuit.

III.

Quotiescumque duo nomina substantiva ad res diversas pertinentia in ordine ponuntur sine conjunctione, alterum erit genitivi casus, ut libertus Pompeji, epistola Ciceronis, carmen Virgilii.

IV.

Verbum personale finiti modi postulat ante se nominativum ejusdem numeri, et personae, ut ego lugeo, tu rides, praeceptor docet, nos legimus, vos scribitis, aleatores vapulant.

V.

Verbum infiniti modi ante se accusativum habet, ut gaudeo te bene valere; doleo parentes tuos aegrotare; laetor fratrem tuum salvum et incolumem venisse.

VI.

Verbum substantivum non solum ante, sed etiam post se nominativum poscit, ut parsimonia est magnum vectigal; avus tuus fuit vir doctus; verecundia est maximum ornamentum pueritiae.

VII.

Omne verbum personale finiti modi potest utrinque habere nominativum pertinentem ad eamdem rem, ut hic vocatur Paulus; ille vivit miserrimus; boni moriuntur laeti.

VIII.

Verbum activum post se accusandi casum postulat, ut pueri ingenui amant litteras: frater tuus legit Ciceronem diligenter.

IX.

Verbum passivum post se ablativum desiderat cum praepositione a, vel ab, ut litterae amantur a pueris ingenuis: Cicero legitur a fratre tuo diligenter.

X.

Quodvis verbum admittit praepositionem cum suo casu, ut fui in templo: eo in gymnasium: sedeo in scamno.

XI.

Omne verbum, et multa nomina dativum habere possunt ejus rei, cui damnum aliquod, vel commodum datur, ut laboras aliis, mihi soli es otiosus: Catilina fuit perniciosus reipublicae: senes non sibi, sed filiis, aut nepotibus arbores serunt.

XII.

Temporis continuantio in accusativo, vel ablativo, ponitur, frequentius tamen in accusativo, ut pater tuus vixit quinquaginta annos, vel quinquaginta annis: dedi operam Diomedi tres annos, vel tribus annis: scripsi duas horas, vel duabus horis.

XIII.

Cuilibet verbo potest addi ablativus significans *pretium*, ut emi librum decem denariis: vendidisti stramentarium tribus sestertiis; vel *instrumentum*, ut scribo calamo: percutior ferula; vel *causam*, ut servus tuus interiit fame: tabesco dolore

XIV.

Gerundia, supina, et participia postulant post se casus verborum a quibus oriuntur, ut scribo litteras: tempus est scribendi litteras: eo scriptum litteras: sum scripturus litteras.

CAPUT XVI.

DE GENERIBUS NOMINUM PAULO DIFFICILIORIBUS.

Pro inferiore ordine infimae classis.

Genera nominum partim ex significatione, partim ex terminatione noscuntur.

DE GENERIBUS NOMINUM QUAE EX SIGNIFICATIONE COGNOSCUNTUR.

Praeceptum I. De masculinis.

Quae maribus solum tribuuntur, mascula sunto.
Mascula censentur specie depicta virili;
Et quibus appositum tantum tribuisse virile
Credibile est veteres; ceu latro, praesul, et hospes.

SCHOLION

Nomina propria virorum, ut AEneas, Catilina, Masinissa, Clinia, et eorum qui viri specie pinguntur, ut Michäel, daemon, Pan, Aquilo, Boreas, ceteraque nomina angelorum, deorum, daemonum, atque ventorum masculina sunt.

Nomina item appellativa, quae viris dumtaxat conveniunt, ut scriba, lanista, *maestro di scherma*; scurra; *il buffone*; nauta, *il marinajo*; bibliopola, *il librajo*, latro, *l' assassino*; pirata, *il corsaro*; praesul, *il prelato*; caupo, *l' oste*; hospes, *l' albergatore, ed il forastiere*; tubicen, *il trombettiere*; vas, vadis, *la sicurtà di rappresentare un altro.*

Praeceptum II. De foemininis, et neutris.

Foemineum dices, quod foemina sola reposcit.
Jungito foemineis muliebri praedita forma:
Quaeque adjectivum tantum muliebre requirunt.
Quae neutro apposito gaudent, neutralia sunto.

SCHOLION

Nomina foeminarum propria, ut Mysis, Glycerium, Dido, et earum quae foeminarum specie pinguntur, ut

pallas, Clio, Manto, Parthenope, Alecto, Celaeno, et cetera nomina dearum, musarum, nympharum, sirenum, et furiarum foeminina sunt.

Itemque appellativa quae solis foeminis conveniunt, ut mulier, equa, obstetrix, *mammana, o levatrice*, nutrix, *la balia*; quaeque cum adjectivis foemininis conjunguntur; ut operae, *le opere*; custodiae, *le guardie*; vigiliae, excubiae, *le sentinelle*.

Neutra sunt quibus neutrum adjectivum adjungitur, ut, animal providum est homo.

Praeceptum III. De communibus.

Est commune duum, sexum quod claudit utrumque
Articulo gemino, veluti bos, fortis, et hostis,
Antistes, juvenis, vates, patruelis, et infans,
Affinis, miles, cum cive, cliente, sacerdos,
Et comes, atque canis, sus, dux, auctorque, parensque,
Municipi conjux, adolescens, augur adhaerent.

SCHOLION

Nomina tum maribus, tum foeminis convenientia sunt generis communis, ut bos, *il bue, o la vacca*; parens, *il padre, o la madre*; conjux, *il marito, o la moglie*. custos, praeses, obses, affinis, vates, municeps, et alia quae versibus continentur. At juvenis, adolescens, infans, patrüelis, *il cugino*; miles, incola, agricola, augur, exul, fur, heres, judex plerumque masculina sunt, interdum etiam foeminina. Catul. Carm. Nupt. Cernitis, *innuptae* juvenes? Quint. lib. 6. Infantem *suum* frigidissime reportavit. Ovid. ep. 11. Et rudis, ad partus, et *nova* miles eram. Pers. sat. 6. patrüelis *nulla* proneptis, Nulla manet patrüi. Hospes in foeminino genere usitatius habet *hospita*, et antistes *antistita*.

Exceptio.

Excipiuntur ex hac regula vulpes, aquila, et alia; de quibus dicemus praecepto 16. de promiscuis.

Praeceptum IV. De nominibus generis omnis.

Est commune trium, generi quod convenit omni.

SCHOLION

Nomina, quae maribus, foeminis, et neutris conveniunt, sunt generis omnis, ut felix, discolor, *di color*

cangiante : hebes, *ammaccato* ; arpinas *d' Arpino*; par, nequam, decem, et alia multa, quorum pleraque numero tantum singulari sunt generis omnis, in plurali in neutro genere non usurpantur, ut degener, deses, memor, ales, *uomo, donna, e cosa alata;* praepes, *che vola in alto*, teres, *tondo e lungo*; uber, *fecondo*; sospes, bipes, dives, pauper, superstes, cicur, *manso*. Verum alienigena, auctor, comes, indigena, testis, et alia nomina communia figurate cum neutris conjungi videntur.

Praeceptum V. De mensibus, montibus, et fluviis.

In maribus menses, montes, fluviosque repone.

SCHOLION

Nomina *mensium*, ut Quintilis, October; et *montium*, ut Athos, Eryx, 11. AEneid. Helicon, Cytheron, 2. Metam. Othrys, Lucan. l. 6. Stat. 1. Achil. masculina sunt: sicut et *fluviorum*, ut Anio, enis, *il Teverone*. 7. AEn. Nar, *la Nera*, ibid. Tanais, Horat. lib. 3. Licormas, Maeander, Melas, Euphrates, Cayster, Strymon, 2. Met. Ganges, Tybris, Ister, Sequana, Garumna, etc. Quaedam tamen excipiuntur, de quibus praecepto nono (on finita) et praecepto undecimo.

Praeceptum VI.

De insulis, regionibus, urbibus, navibus, pöematibus.

Insula foeminea est, regio, urbs, cum nave poesis.

SCHOLION

Nomina propria *insularum*, ut Rhodus, Cyprus, Delos: *regionum*, ut AEgyptus, Epirus: *urbium*, ut Saguntus, Tarraco: *navium*, ut Argo, Centaurus, Pistris: *poematum*, ut AEneis, Ilias, Eunuchus sunt generis foeminini. Excipiuntur tamen nonnulla, de quibus dicemus praecepto octavo, et nono (um finita) et undecimo.

Praeceptum VII. De arboribus.

Foeminea est arbor; neutrum cum subere robur,
Et siler, atque acer: sed mas oleaster habetur.

SCHOLION

Nomina arborum sunt generis foeminini, ut abies, platanus, cypressus, ficus, malus, pyrus, amygdalus,

et alia inumerabilia. Excipitur suber, *il sovero*; robur, *la rovere*; itemque acer, *l'acero*; siler, *sorta di salcio*, quae sunt neutra. 2. Georg. molle *siler*; et oleaster, qui est generis masculini: item pinaster, *pino selvaggio*; et aliae arbores ejusdem terminationis.

Praeceptum VIII.

De plurali numero, et notis litterarum.

Plurale a neutrum est: i mas: ut Susa, Philippi.
Trade notas neutri, et vocem pro nomine sumptam,
Et verbum quodvis nuda pro voce repostum.

SCHOLION

Nomina omnia, quae numero multitudinis dumtaxat declinantur, si a littera terminentur, neutra sunt, ut arma, biblia, *la bibbia*; sin autem i masculina, ut liberi, *i figliuoli tanto maschi*, *quanto femmine*. Hac regula excipiuntur ex regulis antea praecepto sexto traditis Ecbatana, Susa, Bactra, propria urbium: buccolica, georgica, pöematum propria, quae sunt neutrius generis: Philippi, Puteoli, *Pozzuoli*, Treviri propria urbium. quae sunt masculina.

Elementorum nomina, ut a, b, c, neutra sunt. Verba, et ceterae orationis partes positae loco nominis neutrius generis sunt: ut vivere ipsum turpe est. Cum, excluso omni sensu, dictiones pro semetipsis ponuntur, sunt generis neutrius: ut, lux est monsyllabum, dies est dissyllabum.

Praeceptum IX.

De generibus, quae ex terminatione cognoscuntur.

A finita.

Foemineum a primae est, veluti panthera, sagitta.
Adria mas aequor, mammona, cometa, planeta.
Sed neutris junges cum paschate manna latinis.
Nomen in a ternae neutrum est, ceu stigma, toreuma.

SCOLION

A finita nomina primae declinationis foeminina sunt. Masculina vero Adria cum significat mare adriaticum, cometa, planeta, mammona.

Nam poeta, cum solis maribus tribuatur, ad primam illam regulam pertinet. Pascha, et manna apud hebraeos

masculina, apud latinos neutra sunt. Manna tamen, si significat micas turis, muliebre est. Plin. l. 12. c. 14. Micas concussu elisas *mannam* vocamus. Tertiae autem declinationis nomina neutra sunt omnia, ut stigma, *la bollatura*; toreuma, *basso rilievo*; poema, et alia.

E finita.

E latiale petit neutrum, velut acre, monile.
Foemineum est aloe, Rhodopeque, et cetera graeca.

Nomina latina e littera terminata neutra sunt, ut mare, cubile, sedile, alveare. At graeca, ut Rhodope, physice, grammatice, et alia generis ejusdem foeminina sunt. Excipito cete, et tempe, quae sunt neutra; nec mirum, sunt enim numeri moltitudinis, *thessala* tempe, cete *grandia*. Mille substantivum neutrum est, quod pluraliter declinatur millia, millium, millibus. Mille adjectivum plurale est omnis generis, neque declinatur, ut diximus cap. 14. et dicemus lib. 2. cap. 15.

I, o, et u finita.

I neutris tribue: o maribus, ceu pugio, gummi:
Foemineis verbale in io, caro, talio dentur,
Portio, do, go, finita, ut dulcedo, propago,
Testudo; verum neutris adscribito pondo.
Harpago mas, udo, cudo, ordo, cardo, ligoque.
U neutris junge; ut tonitru, cornuque, geluque.

SCHOLION

Nomina quae in i desinunt neutra sunt, ut gummi, *la gomma*; sinapi *la senape*. Quae autem desinunt in o masculina sunt, ut tyro, *il novizio*; myoparo, *la fusta, ovvero galeotta*; unio; *la perla grossa*; stellio, *la tarantola*. Verbalia in io foeminina sunt, ut oratio, lectio, itemque talio, *pena equivalente*. Cetera nomina, quae excipiuntur, fere congruunt cum lingua italica; ut dulcedo, propago, testudo, *la testudine, o tartaruga*; et alia generis foeminini. At harpago, *il rampino*: udo, *il pedale o scarpino*; cudo, onis tegumentum capitis ex corio, cardo, *il ganghero*; et alia generis masculini regula continentur. Pondo tamen, quod libram significat, neutrum est. Quae in u desinunt neutra sunt, ut veru, *lo spiedo*; gelu, *il gelo*; tonitru, *il tuono*;

quod et hic tonitrus, us, et hoc tonitruum, trui praesertim plurali numero effertur. Suet. Tiber. cap. 69.

C, d, l, et t finita.

C, d da neutris: testes tibi lac, id, et alec.
L, t sit neutrum: hic mugil, sal, solque reposcunt.

S C H O L I O N

Nomina c, d, l, aut t finita neutra sunt, ut lac, id, tribunal, caput, sinciput, sic occiput, *la collottola*. Excipitur mugil, *cefalo* (*pesce*); sal, et sol, quae masculini generis sunt. Sal etiam neutro genere usurpatur. Colum. lib. 12. cap. 55. Deinde in seriem substernitur sal *coctum*, etc. Alec neutrum est, sed alex foemininum.

Um finita.

Um neutris junges, hominum si propria demas.

S C H O L I O N

Nomina in um desinentia neutra sunt, ut coelum, tropoeum, solium, *la sedia regale*. Hac regula excipiuntur ex regulis superioribus tertia, quarta, et sexta mancipium, jumentum, et alia nomina maribus cum foeminis communia: Dyrrachium, *Durazzo*; Byzantium, *Costantinopoli*; Saguntum, Patavium, et alia complura civitatum propria: Rhenum, et Metaurum propria fluminum (si his nomen substantivum *flumen* adjunxeris, ut est apud Horatium; alioquin absolute Rhenus, et Metaurus rectius dicitur) buxum, *il busso*, nomen arboris: quae omnia neutra sunt. Excipiuntur nomina propria virorum, ut Dinacium, Paeonium, quae sunt generis masculini; et propria foeminarum, ut Phanium, Eustochium, Glycerium, quae sunt foeminina.

An, in, on finita.

An, in, on mas; haec cum sindone postulat aedon.
Queis adde alcyonem. Neutris da cuncta secundae.

S C H O L I O N.

Nomina, quorum postremae litterae sunt an, in, on, masculina sunt, ut Paean, *Apolline, ovvero un inno in lode di Apolline*, delphin, agon, *combattimento*. Excipitur haec sindon, *lenzuolo sottile*, aedon, et alcyon

nomina avium. Nomina tamen secundae declinationis neutra censentur, ut Ilion, Pelion, barbiton, quia latina cum sunt, desinunt in um, Pelium, *Pelio monte*; ilium, barbitum: quocirca eximuntur ex regula quinta montium.

En finita.

En dabitur neutris: sed Hymen, ren mascula sunto,
Et splen, atque lien, attagen cum pectine, lichen.

SCHOLION

Nomina, quae in en cadunt, neutra sunt, ut carmen, lumen, germen, *il germoglio*; vimen, *il vinchio*. Excipitur attagen avis nomen, et pecten, *il pettine*, quae masculina sunt: item ren, *le reni*; splen, *la milza*; lien idem significat; lichen morbi genus faciem infestans, Hymen nuptiarum deus.

Ar finita.

Postulat ar neutrum, ceu par, cum nectare calcar.

SCHOLION

Ar litteris finita neutra sunt, ut calcar, *lo sperone*; jubar, *lo splendore*; pulvinar, *il capezzale*; par, *la coppia*; nectar, *bevanda degli dei*; far, *il farro*. At par, *uguale*, adjectivum nomen est commune trium: item composita compar, dispar, etc.

Er finita.

Er maribus dona: laver hoc, tuber, siler optant.
Uber, iter, spinther, laser, cicer, atque papaver,
Ver, siser, atque piper, cum verbere necte cadaver.

SCHOLION

Nomina, quae in er desinunt, masculina sunt, ut carcer, *la prigione*; imber, *la pioggia*; agger, il *bastione*; vesper, *la sera*; cucumer, *il cocomero*, sed rectius cucumis dicitur; later *il mattone*; asser, *la tavola, ovver travicello*. Excipiuntur cicer, *il cece*; ver, *la primavera*; cadaver, *il corpo morto, ovvero carogna*; uber, *la mammella*; verber, *la frusta e frustata*; tuber, *il callo, gonfiatura, o tartufo*; piper, *il pepe*; papaver, *il papavero*; laser succus sirpis seu silphii. Plin. lib. 19. cap. 3. Non *aliud* ad nos advehitur laser. Siler, frutex, 2 Georg.

quae sunt generis neutrius. Laver, *berla*, *som* [illegible] interdum foemininum est. Plin. lib. 26. cap. 8. Laver quoque nascens in rivis *condita*, *et cocta* torminibus medetur. Linter fere semper foemininum, de quo praecep. 15. Tuber arbos foemininum est: tuber pomum ejusdem arboris masculinum. Spinter mulieris armillae genus neutrum est. Plaut. Menaec. ac. 3. sc. ult. Jubeas, *novum spinther* reconcinnarier.

Or finita.

Or maribus servit, muliebris demitur arbor,
Accedunt neutris cor, ador, cumque aequore marmor.

SCHOLION

Nomina or finita masculina sunt, ut honor, decor, *la bellezza, o leggiadria*; labor, *la fatica*; moeror, *la malinconia*. Excipiuntur cor, ador, *il farro*; marmor, et aequor, quae neutra sunt, et arbor foemininum.

Ur finita.

Exigit ur neutrum: hic furfur, cum vulture turtur.

SCHOLION

Nomina in ur desinentia, ut fulgur, *il baleno*; murmur, sulphur, guttur sunt neutrius generis. Tria tamen masculina sunt: furfur, *la semola*; vultur, et turtur, quae sub genere epicoeno, sicut pleraque avium continentur: de quibus infra praec. 16.

As finita.

Foemineum as; neutrum vas, vasis, fasque, nefasque.
Mascula sunt elephas, adamas, as, atque tiaras,
Cumque vade, ac reliquis, flectit quae prima pelasgum.

SCHOLION.

As finita foeminina sunt, ut lampas, tempestas, caritas, *la carestia*. Tria neutra sunt vas, vasis, fas, et nefas. Alia masculina, ut elephas, antis; usurpatur eleganter etiam elephantus: adamas, *il diamante*; as, assis, *la libbra*, *ovvero il bajocco*; vas, vadis, *la sicurtà, che si dà in cosa criminale*. Fest. *Justum vadem dicebant veteres pro idoneo*. Omnia item nomina graeca primae declinationis sunt masculina, ut tiaras

apud Virg. l. 7. Aeneid. *sacerque tiaras*; quamquam tiara, ac foemininum. Juven. sat. 6. et *phrygia* vestitur bucca tiara.

Es finita.

Foemineum est es; sed limes sunt mascula, fomes,
Pes, trames, termes, gurges, cum poplite cespes,
Vepres, et palmes, stipes, merges, pariesque,
Pleraque graeca; meri nomen quibus adde diei.
Hippomanes neutris, panaces, cacoethes adhaerent.

SCHOLION

I. Es terminata foeminina sunt, ut compes, *ceppi, o ferri de' piedi*; moles, proles, vulpes, rupes, sedes, seges, *biada in erba.*

II. Excipiuntur limes, *la stradella, o il termine con che sono divise le possessioni*; fomes *l' esca per accendere il fuoco*; trames, *il sentiero a traverso*; gurges; *gorgo d'acqua, cioè luogo profondo, e stretto in fiume, o in mare*; poples, *il vuoto dietro il ginocchio*; cespes, *zolla, erba svelta insieme colla terra*; vepres, *la fratta di spine*, stirpes, *il tronco*; meridies, paries, pes, quae omnia sunt masculina. Itemque plura nomina graeca in es primae, aut tertiae declinationis, ut sophistes, psaltes, lebes, *il pajuolo*, tapes, *il tapeto*; magnes, *la calamita.* Sed hippomanes, panaces, cacoethes neutra sunt.

Is finita.

Is dato foemineis: maribus da postis, aqualis,
Anguisque, et vectis, collisque, et pulvis, et ensis,
Glis, lapis, et follis, cucumisque, et callis, et unguis,
Et sanguis, piscis cum fascis, et axis, et amnis.
Et vermis, torris, fustis, cum vomere mensis,
Mugilis, atque orbis, cenchris cum casse canalis,
Nis quoque finita, ut funis, compostaque ab asse.

SCHOLION

I. Nomina is finita foeminina sunt, ut cassis, *il morione*: clavis, basis, cratis, *il graticcio*; restis, *la corda.* Masculina sunt postis, *la balestriera della porta*; aqualis, *il boccale dell' acqua*; anguis, *la biscia*; vectis *stanga, ovvero leva*: callis, *il sentiero*; ensis, *la spada*; glis, *il ghiro*; lapis, *la pietra*; follis, *il soffietto, ovvero, mantice, e il pallone*; cucumis, *il cocomero*; collis, *la*

collina; unguis, *l' unghia*; axis, *l' asse, cioè il legno, attorno al quale si gira la ruota*; amnis, *la fiumara*; mugilis, qui et mugil, *il cefalo*.

II. Item illa, quae genere cum patrio sermone consentiunt, orbis, *il tondo*; fustis, *il bastone*; torris, il *tizzone di fuoco*; vomis, eris, *il vomero*; fascis, is, il *fascio*; cenchris serpens masculinum, avis foemininum est. Sic quae in nis desinunt, ut cinis, *la cenere*; panis, funis, finis.

III. Composita quoque ab asse masculina sunt, ut, decussis, *di dieci bajocchi*; vicessis, *di venti*; tri cessis *di trenta*; centussis, *uno scudo di moneta*.

Os finita.

Mascula in os sunto: dos, cos muliebria, et arbos.
Da chaos, atque, melos neutris, Argos, eposque.

SCHOLION

Os finita masculina sunt, ut ros, *la rugiada*; flos, *il fiore*. Excipiuntur dos, *la dote*; cos, *la cote d' arrotare*, arbos, *l' albero*; quae sunt foeminina: melos, *la melodia*; os, oris, et os, ossis, chaos, *confusione di tutte le cose*; et Argos, urbis Graeciae, epos (poema heroicum), quae sunt neutra.

Us secundae, et quartae declinationis.

Nomen in us mas est, seu quartae, sive secundae.
Porticus haec, et vannus, acusque, et carbasus, alvus,
Et colus et ficus pomum, (mas morbus habetur)
Adde humus atque manus, idusque, tribusque, domusque;
Nomen in os graecum, quod in us vertere latini,
Masculeis partim datur, ut paradisus, et isthmus:
Partim foemineis, veluti diphthongus, eremus:
In neutris numera virus, pelagusque profundum.

SCHOLION

Nomina desinentia in us, si secundae, aut quartae sint declinationis, sunt masculina, ut triumphus, gladius, visus, aspectus, *la vista*; specus, vultus, dumus, *lo spino*; pampinus, intubus, *l' invidia*; dicitur et intubum neutro genere.

II. Excipiuntur porticus, vannus, *vaglio, o crivello da nettare il grano*; alvus, *il ventre*; colus, *la rocca, o la conocchia*, carbasus, *panno di lino, come a dire cortina, o lenza*, et ficus, us, seu ficus, ci, cum fructum, aut arborem significat, quae sunt generis foeminini: ficus, ci, cum significat morbum, est generis masculini. Foeminina sunt etiam humus, manus, idus, tribus, bus, *la tribù*; domus, *la casa, o la famiglia*.

III. Quae a nominibus graecis in os facta sunt latina in us partim sunt masculina, ut prologus, paradisus, isthmus; *stretto di terra fra due mari*; smaragdus, *lo smeraldo*; dialogus, stylus: partim foeminina, ut synodus. *il concilio*; diphthongus, eremus, periodus, papyrus, *la carta*; pharus, *la torre d' Alessandria*; crystallus, nardus, lecythus, *vaso d' oglio*; abyssus, *il profondo*. Duo tamen nomina in us sunt neutra, virus, *il veleno*; et pelagus, *alto mare*, quod etiam masculinum putatur.

Us tertiae declinationis.

Postulat us neutrum, quoties id tertia flectit:
Mas lepus, et mus, pus graecum, compostaque junges.
Est muliebre palus, subscus, pulcherrima virtus,
Atque salus, pecudisque pecus, quibus additur incus.
Quaeque sibi servus, juvenisque, senexque, jugarunt.
Sit quoque foemineum lagopus herba, volucris.

SCHOLION

I. Us finita tertiae declinationis neutra sunt, ut pecus, pecoris, *il bestiame*; nemus, vulnus, ulcus, *piega nata da sè*; funus, *il funerale*.

II. Excipiuntur lepus, mus, tripus, tripodis, *il treppie de* masculina: haec pecus, pecudis, *la bestia*; subscus, *la tausia, che è una tavoletta, colla quale si congiungono le tavole l' una coll' altra*; incus, dis, *l' incudine*: item salus, virtus, servitus, juventus, senectus foeminina. Lagopus nomen herbae, sive avis foemininum est, quamvis ex πους componatur. Martial. lib. 7. Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus. Plin. lib. 16. cap. 8 de lagopode herba. Lagopus sistit alvum e vino *pota*.

Æs, aus, ms, ns, ps, rs finita.

Æs tibi sit neutrum: laus, fraus muliebria sunto.
S dato foemineis, si consona ponitur ante.
Esto virile rudens, fons, pons, seps, letifer anguis,
Mons, dens, atque chalybs, assis quibus addito partes
Et polysyllaba ps, forceps dematur adunca.

SCHOLION

I. Terminata in aes neutra sunt, ut aes, aeris, *il bronzo*: in aus foeminina, ut laus, fraus: terminata in bs, ms, ns, ps, rs foeminina, sunt, ut trabs, hiems, frons, frontis, frons, frondis, cors, cortis, *gallinaro*.

II. Excipitur rudens, *la sarta*, *fune grossa della nave*; fons, *la fontana*; pons, dens, chalybs, *l' acciajo*, triens, *la terza*, quadrans, *la quarta parte della libbra*, et aliae partes assis, ut sextans, dodrans, dextans: seps etiam monosyllabum serpentis genus, quae sunt masculina. Polysyllaba ps finita, ut hydrops, *l' idropisia*; adeps, il *grasso*, sunt masculina; excipitur hinc forceps, *la tanaglia*, quod foemininum est.

X finita.

X dato foemineis, sunt mas fornixque, calyxque,
Grex, spadix, bombyx, varix, phoenixque, calixque
Et coccyx, et Eryx, volvox, atque unce creata.
Ax, ex finitum polysyllabon esto virile.
Foemineum fornax, vibex, alexque, supellex.
Queis addes tomex, forfex, cum smilace carex.

SCHOLION

I. X. terminata sunt foeminina, ut pax, fax, sandyx coloris rubri genus, pernix, *la pernice*; celox, *la fregata*: coxendix, *la coscia*.

II. Excipiuntur grex, fornix, *la volta*; varix, *vena gonfia*; bombyx, *il verme che fa la sete*; spadix, *ramo di palma con frutto*; phoenix, *la fenice*; calix, *il bicchiere*, et calyx folliculum obtegens plantarum semen, coccyx avis, Eryx mons Siciliae, volvox animal rodens pubescentes uvas, quincunx quinque unciarum mensura, sic septunx, deunx, omnia haec masculina.

III. Disyllaba, aut polysyllaba nomina, idest duarum, aut plurium syllabarum in ax, aut ex desinentia ma-

sculina sunt, ut thorax, *la carozza ovvero giubbone*; limax, *la lumaca o chiocciola*; silex, *la selce*; frutex, latex, *il liquore*; vertex, *la cima del capo, o dei monti*; pollex, *il dito grosso*; murex, *la porpora*. Hinc excipe foeminina fornax, *la fornace*; vibex, *il segno della battitura*; alex, alecis, *la salamoja*; suppellex, ctilis, *la supellectile, ovvero la masserizia di casa*; tomex, cis, vel tomices, ces genus vinculi. Plin. et Colum. smilax arbor, quae et taxus. Plin. carex, *pungitopi* herba Virg.

Praeceptum X. De adjectivis, quae fiant substantiva.

Mobile fit fixum, si fixum mente subaudis,
Unde genus capit, ut sonipes oriensque, tonansque.
Mobile fit neutrum, ni fixum mente subaudis.

SCHOLION

I. Quoties, subtantivis omissis, adjectiva ponuntur, ex adjectivis fiunt substantiva, atque ab his genus accipiunt, ut sonipes masculini generis fit, quia equus intelligitur: ita oriens, *il levante*; occidens, *il ponente*, quia intelligitur sol: natalis, *il dì che ciascun nacque*; molaris, *la pietra da molino*; torrens, *il torrente*. At profluens, *la corrente*; continens, *terra ferma*, foeminini generis sunt, quia ibi aqua, hic terra intelligitur.

II. Adjectiva porro neutra fiunt, si substantivum non intelligitur, ut consequens, conveniens, decorum.

Praeceptum XI. De vi terminationis.

Respicimus fines, non significata frequenter:
Hinc Praeneste, reate petunt hoc, Tibur, et Hispal,
Et Coere: hic Sulmo, Narboque: haec Allia flumen;
Mons Oeta haec, haec Ossa volunt, haec Trinacris Ætna.

SCHOLION

I. Saepe scriptores non tam significationem verborum, quam terminationem spectant. Quare neutra sunt Praeneste, *Palestina città*; Reate, *Rieti città*; Tibur, *Tivoli*; Caere, hodie *Cervete terra lungo la maremma di Toscana*; Napete, *Nepi*; Hispal, *Siviglia, città di Spagna*; quia e, l, r finita neutra sunt, cum alioqui nomina urbium, ut diximus praecepto sexto, sint foeminina. Sulmo vero, *Sulmona città*, et Narbo Martius; *Norbona città in Provenza* ob terminationem sunt masculina.

II. Eadem ratione excipiuntur a praecepto 5 fluviorum haec Allia, haec Albula, *il Tevere*. Quamvis Albula semel virile sit apud Martial. l. 1. epigr. ult.

III. Excipiuntur eamdem ob causam ab eodem praecepto 5 montium *AEtna*, *Trinacris*, 3. AEn. *Mongibello*. Sic *Ida celeberrima*, 2. Met. Sic *Ossa*, et *Oeta*, quamvis semel Ovid. in Ibin, *e summo Ossa*, et Sen. Herc. Fur. *summum Oetam* dixerunt generale nomen montis respicientes, ut dicemus praecepto 12. *Sic Rodope*, 3. Metam. et graeca e finita foeminina sunt, ut Oete, Mycale, etc. Hor. l. 2. od. 16. *furiosa* Thrace. l. 3, od. 25. et nive *candidam* Thracen; et pede barbaro *Lustratam* Rhodopen.

Praeceptum XII.

De nominum in generibus immutatione.

Respicit interdum nomen generale poeta.
Unde sibi merito genus inferiora capessunt.
Sic volucrem sequitur bubo, sic flumen Iader.

S C H O L I O N.

Bubo, il *barbaggiani*, masculini alioqui generis, tamen AEn. 4. foemininum est, quia aves sunt generis foeminini. Eodem modo Iader apud Lucan. lib. 4. neutrum est, quia flumen est neutrius generis. Ter. dixit Eunuchum *suam*, nempe comoediam. Virg. Centauro *magna*, idest navi.

Praeceptum XIII. Nomina variorum generum.

Haec modo foemineis, maribus modo juncta videbis:
Limax, atque silex, tradux, cum torque, phaselus,
Scrobs, serpens, anguis, cum corbe, diesque, rubusque,
Grossus, adeps, atomus: poteris queis addere finis.
Postulat hic, aut hoc pelagus, Nar, vulgus, et Anxur.

S C H O L I O N.

I. Quaedam nomina sunt modo masculina, modo foeminina, limax, *la lumaca*; tradux, *il tralcio*; torques, *la collana*; phaselus, *la felucca*; scrobs, *la fossa*; corbis, *la corba*; grossus, *il fico primaticcio*; sic adeps, atomus, finis, rubus, *il rovo*. Dies cum tempus significat foeminini generis est, alioquin fere masculini.

II. At Nar, *la Nera*, *fiume*; vulgus, pelagus, et Anxur, *Terracina città*, modo masculini generis sunt, modo

neutrius ; quamquam vulgus , et pelagus raro (idque fere apud poetas) sunt generis masculini.

Praeceptum XIV.

Nomina fere masculina, raro foeminina.

Mascula bubo , silex , funis , cumque obice varix ,
Calx, specus, et cortex , imbrex , margo, atque palumbes ;
Et pumex , pulvis sunt et muliebrira vati.

S C H O L I O N

Oratores sequentia virili , poetae interdum muliebri genere usurpant: obex, *l'ostacolo*; imbrex, *embrice, coppi de' tetti*; palumbes, *colombo selvatico*; margo, inis, *l' estremità , la sponda*; pumex, *la pomice*: sic bubo, silex, funis , varices, *lo vene gonfie* ; calx pes imus, *il calcagno* ; cortex , pulvis. At specus interdum est neutrum.

Praeceptum XV.

Nomina fere foeminina , raro masculina.

Et mulieribus onyx , volucris , stirpis , talpa , cupido ,
Dama , penus , linter , grus , lynx, et clunis , et ales.
Interdum haec generi vates junxere virili.

S C H O L I O N

Onyx , et sardonyx gemmae genus , volucris , talpa dama , linter, *la barchetta di fiume*; stirps cum de planeis dicitur, cupido pro cupiditate (nam pro deo semper est masculinum) penus , ni secundae declinationis , et pnus , us quartae , *la dispensa* ; grus , *la grù* ; lynx , *il lupo cerviere* ; clunis , *la groppa* ; ales, *l'ucello*, oratoribus foeminina , poetis interdum masculina sunt. Penus , oris tertiae neutrum est. Animans quoque tum foeminini , tum neutrius , raro masculini generis est.

Praeceptum XVI. De genere epicoeno.

Articulo sexum quae complectuntur utrumque.
Uno epicoena vocant graji , promiscua nostri :
Hic lepus , haec vulpes , seu mas , seu foemina poscunt.

Promiscua , sive epicoena sunt nomina animalium , quae uno articulo, et una terminatione marem , ac foeminam significant , ut hic lepus , elephas , piscis, mus, corvus , vultur , turtur , passer , anser , pavo , turdus, et alia masculino genere tum marem , tum foeminam

significant. Vulpes autem, aquila, testudo, tigris, anas, *l' anitra*; hirundo, *la rondine*, noctua, perdix, mustella, et alia genere foeminino etiam marem significant. distinguendi sunt mares a foeminis, licebit appositum adhibere. Col. lib. 8. c. 25. pavonem masculum, et pavonem foeminam dicit: Cic. 2. de Div. maris anguis, et anguis foeminae: Plin. l. 30. c. 7. *Anatum*, inquit, *masculorum sanguis*. Plaut. Stich. *Elephantum gravidam*, et Plin. lib. 10. cap. 65. *Mures praegnantes repertas*. Cumque ibidem dixisset, *supra cuncta est murium faetus*, addit: *ex una* (gen. foem.) *genitos centum viginti tradiderunt*. Quamquam autem eodem lib. 10. cap. 12. *Corvi*, inquit, *pariunt cum plurimum quinos: ore eos parere vulgus arbitratur*. Eos dixit de corvis foeminis. Haec satis de generibus.

DE INSTITUTIONE GRAMMATICA

LIBRI PRIMI PARS ALTERA.

CAPUT XVII.

DE NOMINUM DECLINATIONE

Pro superiore ordine infimae classis.

I. Nomina composita fere instar simplicium declinantur, ut vir, viri, triumvir, triumviri, prudens, prudentis, imprudens, imprudentis. At quaedam id non servant, ut sanguis, sanguinis, exsanguis, exsanguis, non exanguinis, pes, pedis, vulpes, vulpis, non vulpedis, capricornus, ni, centimanus, na, num, quamvis composita a cornu, et manus. Sic unimanus, et anguimanus, quies, quietis, requies, requiei, et requietis, pubes, pubis, impubes, vel impubis, impuberis, portus, portus, angiportum, angiporti genere neutro. Terent. Adelph. act. 4. vel angiportus, angiporti, vel angiportus, angiportus masculino genere. Ter. Phorm. act. 5.

II. In compositis rectus tantum casus declinatur, ut tribunus plebis, tribuni plebis, tribuno plebis, tribunum plebis, etc. Huc spectant senatusconsultum, jurisperitus, paterfamilias, atque ejusdem generis alia.

III. Si nomen ex duobus rectis copuletur, uterque declinabitur, ut respublica, reipublicae, rempublicam jusjurandum, jurisjurandi, jurijurando, etc.

IV. Excipitur alteruter, cujus posterior tantum pars declinatur. Cicer. Attic. lib. 10. epist. 1. Solon capite sanxit, si quis in seditione non *alterutrius* partis fuisset. Quamquam in Protagora *alterius utrius* dixit teste, Prisc. lib. 5. et 2. de Div. Cur *alteram utram* emisit? quod alii emendant *alterutrum*: hoc enim longe usitatius est.

V. Nomina neutra tres casus habent similes, nominandi, accusandi, et vocandi: qui numero multitudinis a littura terminantur, praeter ambo, et duo.

VI. Vocativus singularis quartae, et quintae similis est nominativo, sensus, o sensus, dies, o dies.

VII. Nominativus, et vocativus multitudinis similes sunt, musae, o musae; virtutes, o virtutes.

VIII. Dativus, et ablativus numeri pluralis similes sunt, musis, a musis, virtutibus, a virtutibus.

PRIMA DECLINATIO

I. Primae declinationis nomina exeunt in a, as, es.

II. Quae a littera terminantur tum graeca, tum latina sunt, ut Maja, AEgina, victoria, familia.

III. Quae in as, et es syllabas exeunt graeca tantum sunt, ut AEneas, Anchises, et declinantur hoc modo

IV. Nominativo AEneas, genitivo AEneae, dativo AEneae, accusativo AEneam, vocativo o AEnea, ablativo ab AEnea.

V. Nominativo Anchises, genitivo Anchisae, dativo Anchisae, accusativo Anchisem, vocativo Anchise, ablativo ab Anchise. Sic Orontes, Tyestes, Achates, etc.

VI. Numero multitudinis omnino cum latinis nominibus primae declinationis consentiunt.

VII. Vocativus similis est nominativo, o musa, o Maja: graeca tamen s litteram deponunt, o AEnea, o Anchise. 3. AEn. Quid miserum, *AEnea*, laceras? 1. AEn. quis locus, inquit, *Achate*? Horat. Epist. lib. 1. epist. 7. *Atride* magis apta tibi, etc.

VIII. Dativus multitudinis is syllaba finitur, praeter duabus, ambabus, et deabus, et nonnulla ejusdem exitus: quae etiam a viris doctis, praecipue jurisperitis, ut notat Sosipater lib. 1. sexus discernendi gratia usurpantur, ut filiabus, libertabus, animabus, equabus. *Duabus* dixit Cicero pro Rab. *duabus filiabus* virginibus Liv. Dec. 3. lib. 4. libertis, *libertabusque*. Modestin. Pandect. de verb. signif. *animabus* suis redemerunt maritorum salutem. Quintilian. lib. 2. declam. 2. Cicero tamen lib. 14. epist. 14. dixit duabus *animis* suis, et Liv. lib. 38. minorem duabus *filiis* nuptam.

Nomina e littera finita secundae declinationis graecorum sic declinabuntur.

I. Nominativo musice, genitivo musices, dativo musice, accusativo musicem, vocativo o musice, ablativo a musice. Numero plurali latinam primam declinationem sequuntur.

II. Ad hunc modum declinantur mastice, grammatice, rhetorice, dialectice, arithmetice, lybie, etc. Quorum ultima vocalis si in *a* litteram mutetur, latine declinantur, ut grammatica, grammaticae, etc.

APPENDIX

I. Nominativum graecum in as, et es primae simplicium latini veteres per a malebant efferre, ut AEnea; Anchisa, pro AEneas, Anchises: Quintil. lib. 1. c. 5. Hinc nominandi casu Propertius *Atrida*, Cic. *Hermagora* dixit. Vocandi casu *Atrida*, Horat. l. 2. sat. 3. *Atrida*, vetas cur? Eodem casu, o *Apella*, pro *Apelles*, Plaut. Paen.

II. Priscis temporibus genitivus singularis latinus etiam in as syllabam terminabatur. Virg. lib. 11. Nihil ipsa nec auras, Nec sonitus memor. Vide ibi Serv. et Asper. Unde etiam nunc dicitur paterfamilias, materfamilias, filiusfamilias. Livius tamen l. 1. patrifamiliae maluit dicere.

III. *Aulai*, *pictai*, *terrai*, *frugiferai*, et similes interrogandi casus pro aulae, etc. frequentes sunt apud Lucretium, interdum apud Virgilium, et alios poetas.

AEn. l. 6. Dives equûm, dives *pictai* vestis, et auri. Vix nunc in carmine usurpaverim.

IV. Accusativus per an, vel en a graecis sive masculinis, sive foemininis frequens apud poetas AEneas, AEnean, Virg. l. 8 Laertes, *Laerten*, Ovid. ep. 1. Sic a Maja, AEgina, Majan, et AEginan, etc.

V. Multa in es, primae simplicium apud graecos, in tertiam apud latinos transeunt, ut Euripides, Euripidis. Sic Aristides, Orestes, Pylades, Timarchides, Herodes, Joannes, et alia, quorum accusativus in em. Cicer. lib. 3. de Fin. Aut, Pylades cum sis, dices, te esse *Orestem*, aut, si esses Orestes, *Pyladem* refelleres.

SECUNDA DECLINATIO

I. Latina nomina secundae declinationis in syllabas er, ir, ur, us, um exeunt, ut faber, vir, satur, populus, praemium.

II. Graeca in os, on, eus ut arctos, Tenedos, Delos, Zacynthos, Pelion, Ilión, quae et Ilios, Tydeus Atreus. Ovid. 1. Trist. Parrhasis *arctos* 2. AEn. Est in conspectu *Tenedos*. 5. Fast. *Pelion* AEmoniae mons est. Eccl. 8. *Orpheus* in silvis. Verum os, et on in us, et um latini vertunt, Delus, Ilium, etc.

III. Genitivus fere aequalis est nominativo, ut populus, populi. Excipe Iber, Iberi, Celtiber, Celtiberi, liber, liberi et adjectivum, et substantivum, satur, saturi, gibber, gibberi, dexter, dexteri, et per syncopen dextri, asper, asperi, alter, alterius, uter, utrius, et composita alteruter, uterque, neuter, neutrius potius quam neutri, vir, viri, et composita triumvir, decemvir, etc. Composita item a verbis *gero*, et *fero*, ut armiger, armigeri, signifer, signiferi, etc. Crescunt etiam in genitivo solus, totus, unus, ullus, nullus, de quibus diximus cap. 2.

IV. Poetae interdum alterum i genitivi omittunt. Ecl. 1. nec cura *peculi*. Hor. lib. 3. od. 2. Vis *consili* expers, idest *consilii*, *peculii* per synaeresim, ut dicemus lib. 3. cap. 11.

V. Vocativus similis est nominativo, o vir, o puer, o satur. Excipe nomina us syllaba finita, quae us in

e mutant, populus, o popule, fluvius, o fluvie, tabellarius, tabellarie, socius, socie, ebrius, ebrie, egregius, egregie, de quo vide Gell. l. 14. c. 5.

VI. Ab his tamen excipe Deus, quod similiter exit in vocativo, o Deus. Item filius, et nomina propria latina in ius, quae us in vocativo deponunt, o fili, o Antoni, o Pompei. Nam graeca in ius retinent e juxta graecam flexionem, Tyrinthius, o Tyrinthie, Sperchius, o Sperchie, et similia.

VII. Nominativus multitudinis i littera terminatur, ut captivi, liberi. Priscis tamen temporibus ei diphthongo, captivei, liberei, ut a genitivo singulari captivi, liberi differret. Gell. l. 13. c. 4. Quintil. lib. 1. c. 7.

APPENDIX

I. Androgeos in genitivo, tum *Androgei*, Virg. AEn. 2. *Androgei* galeam et cet. Induitur, tum *Androgeo* more attico. Idem lib. 6. In foribus letum *Androgeo*. Dicitur et Androgeos, Androgeonis, ex quo accusativus *Androgeona*, Propert. l. 2. Eleg. 2.

II. Accusativus in on, a graecis in os ut arctos, Abydos, Delos, Tenedos, arcton, Abydon, Delon, Tenedon. Ovid. 14. Metam., me credite *Lesbon*. Et *Tenedon* cepisse, etc. Athos vero mons Thraciae, sive Atho in dativo quoque, et ablativo habet *Atho*. In accusativo etiam *Atho* more attico, pro quo *Athon* Valer. dixit lib. 1. cap. 6. *Athonem* vero Cic. lib. 3. de repub. apud Prisc. l. 6.

III. Vocativus graecorum nominum, quae os nominativi in us mutant, litteram e in vocativo more tum graeco, tum latino retinent, ut Timotheus, Pamphilus, Antaeus, Thymbraeus, Ptolemaeus, o Timothee, Pamphile, etc. Nomina vero in eus monosyllabum, vel in us, quae a graecis diphthongis ευ, vel ου derivantur, s in vocativo abjiciunt: ut Tydeus bisyllabum, o Tydeu, Theseus bisyllabum, o Theseu. Ovid. epist. Ariad. Flecte ratem *Theseu*. Sic Panthus, o Panthu, Virg. 2. AEn. Quo res summa loco, *Panthu?*

IV. Latini interdum vel euphoniae causa, vel atticos imitantes vocativum faciunt similem nominativo,

o populus, o fluvius, o meus. Liv. lib. 1. Audi tu, *populus albanus* Luc. l. 2. Degener *o populus*. Virg. l. 6. Projice tela manu, sanguis *meus*. Id. l. 8. Corniger hesperidum *fluvius* regnator aquarum. Adsis o tandem. Simile est illud in sacris, *Agnus* Dei, et cet.

De nominibus in eus graecis.

I. Graeca nomina in eus monosyllabon, quae a graeca dipthongo ευς veniunt, ut Orpheus, Atreus, Proteus, Nereus, Mnestheus, Theseus, Perseus, Tydeus, Peleus, bisyllaba: Piraeeus, Typhoeus, Eurystheus, trisyllaba, et similia flectuntur sic:

II. Genitivo *Orpheos* graece, qui frequens est apud poetas, vel latine *Orphei*. Hinc graeci illi genitivi *Ulissei*, *Achillei* a graecis nominibus *Ulysseus*, *Achilleus* trisyllabis. Hor. l. 1. od. 6. Nec cursus duplicis per mare *Ulyssei*. Et per synaeresim *Ulissi*, *Achilli*, Quint. l. 1. c. 5. Hinc immitis *Achilli*, AEn. 1. miles *Ulyssi*, AEneid. 2. ei in i contracto. Alioqui ab Achilles, et Ulysses genitivi tertiae sunt *Achillis*, *Ulissis*.

III. Dativo graece *Orphei*. Virg. Ecl. 8. *Orphei* Calliopea, Lino formosus Apollo. Georg. 4. Inferias *Orphei* lethaea papavera mittes. Id tamen perquam rarum: usitatius latine *Orpheo*. Liv. l. 5. Haec grece sermone *Perseo*, latine deinde suis. Virg. l. 9. Inarime Jovis imperiis imposta *Typhaeo*; et AEn. 5. Sergesto, *Mnesteque*.

IV. Accusativo *Orpheum* latine, graece *Orphea*, qui accusativus frequentissimus apud poetas, interdum apud historicos: Liv. l. 37. Qui regem *Persea* magna gloria vicit. Et apud oratores Cic. Att. l. 6. ep. 9. in *Piraeea* cum exissem. et l. 7. ep. 4. Magis reprehendendus sum, quod homo Romanus *Piraeea* scripserim, non *Piraeeum*; sic enim omnes nostri locuti sunt.

V. Vocativus semper in eu monosyllabum graeco more, o *Theseu*, o *Tydeu*, ut supra diximus.

VI. Ablativus semper in o, *Orpheo*. Ovid. l. 6. Metam. Scelus est pietas in conjuge *Tereo*; quia ablativo graeci carent. In aliis casibus graeca declinatio valde usitata. Sosipat. l. 1.

TERTIA DECLINATIO

Etsi tertiae declinationis quamplurimae sint positiones, genitivus tamen in is syllabam exit, qui nominativo modò est aequalis numero syllabarum, ut navis, navis, modo una syllaba longior, ut turbo, turbinis, unedo, unedonis; modo duabus, ut iter, itineris ab antiquo recto *itiner*. Plaut. Mercat. Quin tu *itiner* exequi meum me sinis? Lucret. l. 5. *itinerque* sequutus. Crescunt etiam duabus anceps, ancipitis, biceps, bicipitis, praeceps, praecipitis ab antiquis rectis ancipes, bicipes, praecipes. Plaut. Commorient. Saliam in puteum *praecipes*, idest praeceps. Sic supellex, supellectilis ab antiquo recto supellectilis, ut docet Sosip. lib. 1. vel, ut quidam putant, a neutro supellectile.

Genitivus tertiae.

A. Nomina tertiae declinationis a finita genivum in atis habent, ut dogma, dogmatis, poema, atis.

E. Neutra in e mutant ipsum e nominativi in is, ut omne, omnis, cubile, cubilis.

Y. In ypsilon finita (quae omnia latini a graecis mutuantur) genitivum in yos graecum retinent: moly, molyos, epy, epyos, misy, misyos.

O. Macedo, Macedonis, Anio, Anienis, Nerio, Nerienis.

N. Babylon, Babylonis, Palaemon, Palaemonis, Xenophon, Xenophontis.

R. Lar, laris, hepar, hepatis, acer, aceris, Mulciber, Mulciberis, jecur, jecoris, vel jecinoris. Dicitur et jocinoris: Plin. lib. 11. cap. 37. Bina *jocinora* leporibus.

As. Calchas, Calcantis, hic Pallas, Pallantis, haec Pallas, Palladis.

Es. Chremes, vel Chremis, Laches, Lachetis, vel Lachis,

Is. Simois, Simoentis, Pyrois, Pyroentis, Charybdis, Charybdis, Paris, Paridis.

Os. Rhinoceros, Rhinocerotis, tros, trois, Minos, Minois, heros, herois.

Us. Melampus, Melampodis, Opus, Opuntis, Amathus, Amathuntis, [illegible]; Donat. in Andr. act. 1. sc. 2.

Ys. Capys, Capys, Cotys, Cotys, chlamys, chlamydis.

Ns. Lens, lendis, lens, lentis, frons, frondis, frons, frontis, Aruns, Aruntis.

Ps. Auceps, aucupis, anceps, ancipitis, gryps, gryphis, stirps, stirpis.

Rs. Lars, Lartis rex vejentium, concors, concordis.

X. Astyanax, Astyanactis, arx, arcis, merx, mercis, vervex, vervecis, lynx, lyncis.

De genitivo, et dativo singulari tertiae.

I. Genitivus latinus in is: at in graecis nominibus genitivo os frequenter utuntur latini, ut metamorphosis, metamorphoseos, decapolis, decapoleos, Tethys, Tethyos, Tanis, Taneos. Sed genitivo in dos frequentius poetae ut Erymanthis, Erymanthidos, Phoronis, Phoronidos, Thetis, Thetidos.

II. Alecto, Argo, Callisto, Calypso, Clio, Celaeno, Dido, Echo, Enyo, Erichyto, Erato, Hero, Io, Manto, Sappho, Xantho, et similia quartae contractorum apud graecos genitivum in us a graecis fere semper mutuantur, ut Mantus, Calypsus, Didus, etc. Prisci Calypsonis, Didonis. Prisc. lib. 6. Quintil. lib. 1. cap. 5. quam declinandi rationem Quintil. non probat: Phocas adeo reprehendit, ut errare hos censeat, dicique velit Didois, seu Didus, Didoi, Didoem, seu Dido. Probat eam Sosipat. l. 1. quem sequutus est C. Caesar teste Quintil. Probus lib. 2. c. 2. utrumque recipit.

III. Dativus singularis et latinis, et graecis in i, ut sermoni, Thetidi, Paridi. Sic Orphei graece, ut supra diximus.

De accusativo singulari tertiae.

I. Accusativus latinus in em, ut sermonem. Buris tamen, cucumis, pelvis, ravis, securis, sitis, tussis, aqualis, vis, in im exeunt. Burim, etc.

II. Clavis, febris, navis, frequentius in em, quam in im. At puppis, restis, turris, usitatius in im, quam in em.

III. Accusativus graecus in a, ut Hectora, Calchanta äera, aethera frequens est apud poetas.

IV. Graeca o littera finita accusativum habent similem nominativo, ut Alecto, Callisto etc. Virg. l. 7. Luctificam *Alecto*, etc. Ovid. ep. 6. sacram conscendis in *Argo*. Ep. 7. miseramque relinquere *Dido*. Hor. l. 2. od. 13. AEoliis fidibus quaerentem *Sappho*.

V. Graeca is syllaba finita, quorum graecus genitivus crescens syllabam os puram habet, hoc est nulla proxime praecedente consonante, apud latinos vero aequalis est nominativo (ut Neapolis, Charybdis, Genesis, graece Neapoleos, Charybdeos, Geneseös) ea et graecum accusativum in habent, et im latinum, ut Charybdin, et Charybdim.

VI. In ys tamen per y, quae et graece, et latine crescunt in genitivo, ac pure flectuntur, frequentius habent in graecum, quam im latinum, ut Cotys, Cotys, vel Cotyos, Cotyi, Cotyn magis, quam Cotym, ablativo Cotye. Sic Capyos, Capys, Capyi, Capyn, Tethys, Tethyos, Tethyi, Tethyn. Qua ratione Halyn Livius dixit, Cicero Halym.

VII. Finita in is, quae latine et graece crescunt, et in genitivo habentis latinum, vel os graecum impurum, hoc est praecedente proxime consonante, si graecum non habent accentum in ultima, accusativum graecum habent in, vel da, latinum im, vel dem, ut Paris, Paridos, vel Paridis, Parin, vel Parida, Parim, vel Paridem, Isis, Isidos, vel Isidis, Isin, vel Isida, Isim, idsem. Sic Iris, Iridos, etc. Ibis, Ibidos, etc.

VIII. Si vero haec accentum apud graecos in ultima habeant, accusativum graece in da tantum habent, latine in dem, ut Amaryllis, Amaryllida, vel Amaryllidem, non Amaryllin, aut Amaryllim; Titanis, Titanida, vel Titanidem, non Tinanin, vel Titanim.

De vocativo singulari tertiae.

Vocativus similis est nominativo: hic sermo, o sermo, haec Pallas, o Pallas: sic o Socrates, o Chremes, o Achilles, o heros, o clamys; nam o Socrate, o Chreme, o Achille, o Ulysse ad primam nostram spectant.

Siquidem haec nomina per prima etiam simplicium flectuntur a graecis, quae primae nostrae respondet. Cic. in Protag. teste Prisc. l. 6. Unde tandem appares, o *Socrate*? Ter. Andr. *O Chreme*, per tempus advenis. Ovid. 13. Met. nos te potiremur, *Achille*. Sen. Troad. Quid agis, *Ulysse ?*

Exceptiones.

I. Graeca quae in is, vel ys exeunt, neque apud graecos habent accentum in ultima, deponunt s nominativi, o Moeri, Iri, Pari, Tethy. Et apud poetas foeminina in is, quorum genitivus exit in dis, quamvis accentum habeant in ultima, o Amarylli, Tyndari, OEbali.

II. Item propria in as, quorum genitivus exit in antis, apud eosdem poetas deponunt s, o Palla, o Calcha, a genitivo Pallantis, et Calchantis.

III. Praeterea quae ante s habent diphthongum fere s litteram abjiciunt, ut Simois, Tydeus, Melampus, o Simoi, Tydeu, Melampu, quia a diphthongis graecis Σιμόεις, Τυδεύς, Μελάμπους.

IV. Quae tamen omnia apud atticos vocativum habent similem nominativo: o Paris, Calchas, Simois, Melampus, quos interdum imitantur latini.

De ablativo singularis tertiae.

Ablativus exit in e, a rege, teste, duce, milite, hospite, paupere, pubere, sospite.

Exceptiones substantivorum nominum.

I. Nomina substantiva latina, quorum accusativus exit in im, tantum i postulant in ablativo, ut siti pelvi, tussi, cucumi. Sic graeca, quorum accusativus in in, vel latine in im, ut Neapoli, Charybdi, cannabi Plin. l. 19. c. 2. Adde Hispali, Ligeri, Baeti: quamvis Liv. l. 28. dixerit, *superato Baete amni*, et Pers. sat. 3. *torta cannabe*,

II. Substantiva latina, quorum accusativus in em vel im, in ablativo utramque terminationem sortiuntur ut nave, et navi, febre, et febri, reste et resti, etc At turri multo, quam turre usitatius est.

III. Quaedam latina, quorum accusativus tantum in em, ablativum habent, e, et i, igne, et igni, imbre, et imbri, amne, et amni, supellectile, et supellectili; et apud Gell. fine, et fini. Apud poetas praesertim ave, et avi, angue, et angui, classe, et classi, vecte, et vecti, ungue, et ungui. Addunt aliqui ove, et ovi, cive, et civi, nepte, et nepti, poste, et posti, fuste, et fusti, mugile, et mugili; exemplis tamen non satis haec probant.

IV. Substantiva neutra in al, ar, e, et nomina mensium tertiae habent i in ablativo, ut animali, calcari, monili, mari, Aprili, Septembri. Sic strigili, et canali; nam veteres hoc strigile, et hoc canale dicebant. Far tamen, nectar, hepar, jubar e contenta sunt, ut farre, etc. mare etiam auferendi casu reperies apud Plaut. Rud. *in mare communi*, et Ovid. in Ib. *lybico de mare*, quod perquam rarum est. Sexto etiam casu reperies rete, praesepe, quia olim erat hic retis, et haec praesepis. Quibus adde Soracte, cete, Praeneste, Nepete, Reate, gausape, nisi forte horum aliqua sint declinationis expertia.

V. Verbalia in *trix* e habent, ut altrice, nutrice. Verum i poscunt victrici, ultrici.

Exceptiones adjectivorum, vel similium adjectivis.

VI. Adjectiva (praeter illa quae infra excipiemus) i, vel e admittunt, ut felix, procax, dives, trux, felice vel felici, etc. Sed per i melius. Sic degener, et uber, degenere, vel degeneri, ubere, et uberi. Sic vigili, et artifici cum adjectiva sunt, ut apud Stat. 1. Achill. *vigili aure*, *artifici pollice*.

VII. Adjectiva, quorum neutrum e littera terminatur, i adsciscunt in ablativo, ut brevi, pingui, volucri, rudi. At volucre, et rude, cum sunt substantiva. Hor. 1. ep. *donatum jam rude*. Illis adde pluri, et memori, nam prisci pluris, et plure; memoris, et memore declinabant. Caeleste, perenne, bimestre, pro caelesti, etc. vel apud ipsos poetas rara sunt.

VIII. Substantiva appellativa adjectivis similia is syllaba terminata i habent in ablativo, ut aedili, affini, annali, bipenni, familiari, natali, patrueli, rivali,

sodali, tridenti, triremi, quadriremi, quinqueremi. Quamvis Caes. 2. Bell. Civil. semel dixerit *trireme constructa*, et Plin. lib. 2. epist. *sodale*, et Lucan. l. 6. *natale*, et Ovid. 1. Met. *tridente*. Verum poetae in his liberiores sunt. Nomina tamen propria, quamvis adjectivis similia, e tantum retinent, ut *Julio Annale*, Cic. et *Lateranense*, idem: cum *Juvenale* meo, Mart. Sic Felice, Martiale, etc.

IX Quamvis adjectiva omnia litteris ns finita e in ablativo terminari Verrius Flaccus docuerit, ut sapiente, prudente, etc. sunt tamen et quae i habent, ut *ingenti*, Cic. *vejenti* bello, Liv. *ex continenti*, Caes. sermone *recenti*, Cic. *vehementi* incitatione, idem: *diligenti* ratione, ad Herenn. ingenio *eleganti*, Gell.

X. Participia in ns semper habent e, ut absente praesente, audiente. Cicer. 3. in Verr. illa Deos, hominesque *implorante*. Plin. lib. 3. cap. 1. Baetica a flumine eam mediam *secante*. Quod si interdum I habeant, fere in nomina transeunt, ut *excellenti* virtus Cic. pro Arch. *gaudenti*, *et libenti* animo, ad Att. lib. 2.

XI. Comparativa nomina fere semper in e exeunt ut superiore, faciliore, uberiore, leviore. Quamquam e interdum in i, ut *majori* cum fiducia; Caes. *posteriori* parte, Plin. *majori* mole, Quintil.

De nominativo, genitivo, et vocativo plurali tertiae.

I. Nominativus pluralis, et vocativus tum graecis, tum latinis semper in es, ut hi sermones, o sermones hi troes, o troes. Verum Sardis, syrtis, Trallis, alpis in recto, accusativo, et vocativo plurali contracti sunt a Sardies, etc. vel Sardeis, alpeis, etc. per ei; quia πόλεις πόλεις, graece etiam per ει diphthongum scribuntur πόλεις

II. Genitivus graecus in ων per omega, ut epigrammaton, haereseon, dioeceseon, quos latini interdum usu pant, Martial. 1. Argutis *epigrammaton* libellis.

III. Genitivus tamen latinus in um syllabam exit ut juvenum, canum, vatum, nucum, majorum, minorum. Sic cetera comparativa.

Exceptiones.

I. In ium exeunt quaecumque litteris ns finiuntur, ut serpentium, prudentium, amantium, ingentium, adolescentium. Quibus plenis oratores utuntur, poetae fere imminutis, ut genus omne *natantum*, Georgic. 3. vitaeque *volantum*. AEneid. 5. De his infra de syncope.

II. Item pluraque s littera terminata, quae genitivo non crescunt, ut collis, collium, clades, cladium.

III. Et quorum ablativus in i tantum, vel in i, et e exit, ut dioecesium, syrtium, navium, imbrium, ultricium, animalium, calcarium, cubilium, salubrium, plurium, felicium, etc.

IV. Quibus adde samnitium, lintrium, cohortium, utrium, ventrium, penatium, carnium, fornacium, paludium, quamvis fornacum semel a Plin. l. 36. c. 14. paludum a Mela l. 3. usurpatum sit.

V. Ad haec monosyllaba, quae in duas consonantes exeunt, ut trabs, ars, arx, merx, pars, dens, fons, mens, etc. trabium, sepium, artium, arcium, etc.

VI. Quibus accedunt as, assis, glis, lis, mus, dos, nix, nox, os, ossis, fauces, faucium, vas, vadis, vadium, et siquae sunt alia a viris doctis usurpata.

VII. Ab his omnibus rursus excipiuntur parens, panis, memor, inops, supplex, vetus, degener, uber, lynx, et alia, quorum genitivus exit in um, parentum, panum, memorum, lyncum, etc.

VIII. Volucrum a volucre substantivum est, volucrum a voluceri adjectivum. Reliqua usu disces.

De dativo et accusativo plurali tertiae.

I. Dativus in ibus exit, ut sermonibus, bos tamen bobus, aut bubus facit.

II. Graeca a neutris in a in sillabam is frequentius exeunt, ut poematis, et poematibus, diplomatis, et diplomatibus; sic peripetasmatis, emblematis, etc.

III. Accusativus multitudinis in es syllabam exit, ut sermones. Exit et in is, vel in eis, cum genitivus certorum nominum desinit in ium, ut omnis, urbis, vel omneis, urbeis; uter alteri sit praeferendus judicabunt aures. Vide Gell. l. 13. c. 19.

IV. Accusativus graecus in as desinit, ut delphinas, troas, crateras, arcadas. Virg. Ecl. 8. inter *delphinas* Arion.

Casus plurales neutrorum tertiae.

Casus plurales nominandi, accusandi, et vocandi neutrius generis in a desinunt, si ablativus singularis in e tantum exit, ut tempora, si vero in i tantum, aut in e, vel i terminatur, tunc in ia desinunt, ut vectigalia, ingentia, praeter comparativa, et vetus, teris, quae in a exeunt, ut majora, vetera, plura, quod olim pluria. Lucret. lib. 1. cujus sunt *pluria* mista. Ter. Phorm. act. 4, nova hic *compluria*. Vide Gell. lib. 5. cap. 12. aplustre aplustria, et aplustra facit.

QUARTA DECLINATIO

I. Genitivus singularis quartae declinationis exit in us syllabam, ut senatus, anus.

II. Prisci senatuis, anuis, domuis, fluctuis dicebant, apud quos etiam i littera hic casus terminabatur, ut ornati, tumulti. Hinc Terent. in Heaut. Ejus *anuis* causa dixit: et Nil *ornati*, nil *tumulti* Andr. act. 2.

III. Dativus in ui exit, ut senatui, anui: priscis saeculis etiam in u exibat. AEn. 1. Parce *metu*, Cytherea, Geo. 4. aliae *victu* invigilant, Ibid. Quod nec *concubitu* indulgent. Propert. lib. 2. Tantaleae poterit tradere poma manu. Sic *anu*, etc. Vide Gell. lib. 4. cap. 16.

IV. Dativus multitudinis in ibus exit, ut sensibus.

Exceptiones.

Arcus, artus, lacus, partus, specus, tribus in ubus exeunt, artubus, tribubus, etc. Portibus, et portubus promiscue utuntur Cic. Caes. et alii. Questibus, a queror, usitatius est, quam questubus. Verubus, an veribus potius dicendum, non liquet. Certe Diomedes, Priscianus, et alii veteres grammatici inter nomina in ubus desinentia veru non numerant.

QUINTA DECLINATIO

Casus interrogandi singularis quintae declinationis in ei litteras divisas exit, ut diei.

APPENDIX

I. Apud veteres in es, sive e exibat. Virg. 1. Georg. libra *dies* somnique pares ubi fecerit horas: alii tamen *die*, vel *dii* legunt. Hor. lib. 1. sat. 3. Prodiderit commissa *fide*. Ovid. 2. Met. 2. Prima *fide*, vocisque ratae tentamini sumpsit. Planc. Cic. l. 10. ep. 17. quo obside *fide* illius, et societatis, idest fidei. Sallust. in Jug. Vix decima parte *die* reliqua, idest diei.

II. Exiit et in duplex ii. Virg. 1. AEn. Munera, laetitiamque *dii*, hoc est diei. Sic olim pernicii, progenii, acii, pro perniciei, progeniei, aciei. Vide Gell. l. 9. cap. 14.

III. Casus interrogandi, dandi, sextuque multitudinis, praeter rerum, rebus, dierum, diebus, inusitati sunt. Cicer. in Top. non est ausus specierum, aut speciebus dicere, non tamen negat posse latine dici.

Syncope genitivi in declinationibus.

Omnium ferme declinationum interrogandi casus multitudinis interdum, praesertim a poetis, minuuntur, quam imminutionem graeci syncopen vocant.

Primae

Caelicolûm, AEneadûm, Ausonidûm, Trojugenûm, pro caelicolarum, AEneadarum, etc. qua in compositis nominibus, et patronymicis potissimum utimur.

Secundae

Liberûm, nummûm, denariûm, talentûm, sestertiûm, fabrûm, sociûm, deûm, modiûm, pro liberorum, nummorum, etc. Et in adjectivis, meûm, magnanimûm, quinûm, senûm, denûm, et aliis, pro meorum, etc. Siculûm pro siculorum. Lucret. lib. 6. adversariûm pro adversariorum, Terent. Hecyr. Plura exempla vide apud Cic. in Orat. a med. ubi ea de re late.

Tertiae.

Cladum, caedum, veprum, coelestum, agrestum, potentum, furentum, macedum: pro claudium, caedium, veprium, caelestium, agraestium, potentium, furentium, macedonum, et alia ejusdem generis non facile apud oratores reperiuntur.

APPENDIX

I. Genitivus imminutus a nominibus substantivis as syllaba finitis usitatior est, quam plenus, ut civitatum, quam civitatium, anatum, quam anatium.

II. Quidam genitivi tum pleni, tum imminuti sunt usitati etiam apud oratores, ut apium, et apum, serpentium, et serpentum, quiritium, et quiritum, optimatium, et opimatum, locupletium, et locupletum.

Quartae.

Raro imminuitur genitivus quartae; invenimus tamen AEneid. 6. quae gratia *currûm*, Armorumque fuit, pro curruum: et Mart. lib. 2. Sed duo sunt, quae nos distinguunt millia *passûm*, pro *passuum*. Nisi quis malit in his potius esse synaeresim, ut dicemus lib. 3. quam syncopen.

Anomala sive inaequalia.

Anomala sive inequalia vocantur quae aut numero, aut genere, aut declinatione, aut casu, aut aliquo alio attributo deficiunt.

Numero inequalia.

I. Quaedam singulari numero tantum declinantur, ut nemo, pontus, lutum, et pleraque eorum, quae metimur, aut ponderamus, ut triticum, oleum, aurum, ferrum.

II. Quaedam plurali solum, ut cani, canorum, penates, penatium, castra, kalendae.

Genere inoequalia.

Quaedam singulari numero sunt masculina, plurali neutra, ut sibilus, sibila, balteus, baltea.

II. Quaedam singulari foeminina, plurali neutra, ut carbasus, carbasa.

III. Quaedam singulari neutra, plurali masculina, ut Argos, plur. Argi, Argorum; plus in singulari neutrum, in plurali hi, et hae plures, et haec plura.

Declinatione inaequalia.

Vas, vasis singulari numero est tertiae declinationis, plurali secundae, ut vasa, vasorum, vasis: olim enim vasum, vasi dicebatur. Plaut. Truc. et. Cato apud Gell. lib. 13. cap. 22. Apud AEtnae tamen auctorem sub finem leges: Quod si forte cavis cunctatus *vasibus* haesit; nisi forte legendum *vallibus*. Jugerum, jugeri contra numero, singulari secundi est ordinis, plurali tertii: jugera, jugeribus, interdum et jugeris genitivo singulari, et jugere ablativo legitur.

Casu inaequalia.

Quaedam non declinantur in casus, ut frugi, nihili, pondo, quod numerum pluralem tantum habet, cum libram significat; item quatuor, quinque, et cetera cardinalia usque ad centum quae aptota, sive monoptota appellantur.

APPENDIX

I. Quaedam vocativo carent, cujusmodi sunt interrogativa, ut quis, qualis; relativa, ut qui, quae, quod; negativa, ut nemo, nullus; partitiva pleraque, ut quidam, ullus, alius. Pronomina etiam, praeter tu, meus, noster, nostras, ferme vocandi casu destituuntur.

II. Quaedam nominandi, interrogandi, et accusandi casum tantum habent, ut tantumdem, tantidem.

III. Quaedam nominativum, et vocativum, ut Jupiter. expes.

IV. Quaedam obliquos tantum, ut Jovis, Jovi, Jovem, Jove.

V. Quaedam tres solum obliquos, ut opis, opem, ope.

VI. Quaedam duos, suppetiae, suppetias, repetundarum, ab his repetundis, fors a forte.

VII. Quaedam unum, ut inficias, sponte, natu: quamquam etiam *spontis* apud Colum. legitur lib. 9. c. 4, et Cels. lib. 1. cap. 1.

CAPUT XVIII.

DE PRAETERITIS ET SUPINIS

Pro superiore ordine infimae classis.

Compositum, simplexque modo variantur eodem:
Quod si praeteriti geminetur syllaba prima
Simplicium, prorsus perdunt composta priorem:
Ut cecidi, recidi. Retinent praecurro, repungo,
Quaeque sibi gignunt sto, do, cum poscere disco.

SCHOLION

Simplex, et ipsius compositum (quod modo natum, modo pignus appellamus) conjugantur eodem modo, ut emo, sic redimo, perimo: undo, sic redundo, exundo. Excipiuntur nonnulla, quae suis locis explicabuntur. quod praeteritum simplicis geminat syllabam primam ut cado, cecidi, composita secundam tantum retinent, ut concido, concidi, comperio, comperi, reperio, reperi, respondeo, respondi. Excipe praecurro, et repungo, et composita verborum sto, do, posco, disco quae geminant sicut primigenia, praecucurri (quod etiam praecurri habet) repupugi, astiti, addidi, depoposci, edidici. Videndum est autem, ne nos fallant quaedam, quae composita a do falso videntur, ut secundo, inundo, abundo, redundo, et alia composita ex undo. Quotiescumque posito verbo aliquo in carmine non apponitur ejus praeteritum, aut supinum, scito referri ad regulam generalem proxime positam, ut neco, necavi, necatum, doceo, docui, fingo, finxi, et cet.

Verba praeterito simul, et supino carentia.

Praeteritis quaecumque carent, spoliato supinis;
Ut glisco, vergo, ferio, cum polleo vado.
Ambigo cum satago, quaeso, quatio, atque fatisco,
Et furit, et moeret: tum aveo, tum ringor, et hisco,
Et vescor, liquor, medeor, reminiscor, et ajo:
Et sco orta a verbo, vel nomine, ceu lapidesco,
Frigesco: aut capiunt a verbis, unde trahuntur.
Et rio, queis nomen vehemens meditatio fecit,
Esurio excipito: similis quaedam excipe formae.

SCHOLION

Quae verba carent praeterito, carent pariter et supino, ut vergo, versi enim non est in usu: ferivi, feritum apud recentiores lego, apud antiquos non lego. Pollui praeteritum a polluo est, non a polleo, idest valeo. Vado vasi in compositis tantum habet, ut evasi, invasi. Ambegi, et sategi tunc utar cum apud probatos scriptores invenero. Quaesivi est a quaero, ris, non a quaeso, sis, nisi apud vetustissimos. Ringor deponens caret praeterito; ringo neutrum grammaticis habet rinxi, rictum, ex quo rictus, us. Ab ajo praeteritum fuit ai, aisti, teste Probo: sed non est in usu. Verba in sco, quae appellantur inchoativa, hoc est, quae actionem inchoatam, ac magis magisque increscentem significant, si a nominibus deducantur, prorsus destituuntur praeterito, ut mitesco, herbesco. silvesco, ingravesco; sin a verbis, aut praeteritis carent, aut illa mutuantur ab iis, unde nascuntur, refrigesco, refrixi a frigeo, calesco, calui a caleo, senesco, senui a seneo. Cognosco vero, cresco, et alia quae nec a nomine, nec a verbo nascuntur, ad hanc regulam non spectant.

Verba in *rio*, quae meditativa, sive desiderativa appellantur, ut dicturio, empturio, coenaturio, micturio, carent praeterito; esurio tamen habet esurivi, esuritum, quibus aliqui addunt parturio, nupturio. Verum scaturio, ligurio, et composita abligurio, obligurio non carent praeterito, quia meditativa non sunt, quamvis eorum formam imitentur.

In calce verbi *audior* cap. 8. quae verba supinis careant, late enumeravimus, ne scilicet inter conjugandum fatigarentur pueri quaerendis frustra praeteritis perfectis, et plusquam perfectis passivis modorum omnium, futuroque passivo conjunctivi, aut infiniti, necnon participiis in rus, vel in tus, quae omnia formantur a supinis. Pleraque tamen ibi enumerata praeteritum rite formant, ut mico, micui, strido, stridi et alia plurima. Sunt et inter illa non pauca, quae carent praeterito, quae et hoc loco repetuntur: utraque pueris diligenter ediscenda, quoniam in progressu plurimum futura sunt usui.

Siquidem haec nomina per prima etiam simplicium flectuntur a graecis, quae primae nostrae respondet. Cic. in Protag. teste Prisc. l. 6. Unde tandem appares, o *Socrate?* Ter. Andr. *O Chreme*, per tempus advenis. Ovid. 13. Met. nos te potiremur, *Achille.* Sen. Troad. Quid agis, *Ulysse?*

Exceptiones.

I. Graeca quae in is, vel ys exeunt, neque apud graecos habent accentum in ultima, deponunt s nominativi, o Moeri, Iri, Pari, Tethy. Et apud poetas foeminina in is, quorum genitivus exit in dis, quamvis accentum habeant in ultima, o Amarylli, Tyndari, OEbali.

II. Item propria in as, quorum genitivus exit in antis, apud eosdem poetas deponunt s, o Palla, o Calcha, a genitivo Pallantis, et Calchantis.

III. Praeterea quae ante s habent diphthongum fere s litteram abjiciunt, ut Simois, Tydeus, Melampus, o Simoi, Tydeu, Melampu, quia a diphthongis graecis Σιμόεις, Τυδεύς, Μελάμπους.

IV. Quae tamen omnia apud atticos vocativum habent similem nominativo: o Paris, Calchas, Simois, Melampus, quos interdum imitantur latini.

De ablativo singularis tertiae.

Ablativus exit in e, a rege, teste, duce, milite, hospite, paupere, pubere, sospite.

Exceptiones substantivorum nominum.

I. Nomina substantiva latina, quorum accusativus exit in im, tantum i postulant in ablativo, ut siti pelvi, tussi, cucumi. Sic graeca, quorum accusativus in in, vel latine in im, ut Neapoli, Charybdi, cannabi Plin. l. 19. c. 2. Adde Hispali, Ligeri, Baeti: quamvis Liv. l. 28. dixerit, *superato Baete amni*, et Pers. sat. 3. *torta cannabe*,

II. Substantiva latina, quorum accusativus in em vel im, in ablativo utramque terminationem sortiuntur ut nave, et navi, febre, et febri, reste et resti, etc At turri multo, quam turre usitatius est.

III. Quaedam latina, quorum accusativus tantum in em, ablativum habent, e, et i, igne, et igni, imbre, et imbri, amne, et amni, supellectile, et supellectili; et apud Gell. fine, et fini. Apud poetas praesertim ave, et avi, angue, et angui, classe, et classi, vecte, et vecti, ungue, et ungui. Addunt aliqui ove, et ovi, cive, et civi, nepte, et nepti, poste, et posti, fuste, et fusti, mugile, et mugili; exemplis tamen non satis haec probant.

IV. Substantiva neutra in al, ar, e, et nomina mensium tertiae habent i in ablativo, ut animali, calcari, monili, mari, Aprili, Septembri. Sic strigili, et canali; nam veteres hoc strigile, et hoc canale dicebant. Far tamen, nectar, hepar, jubar e contenta sunt, ut farre, etc. mare etiam auferendi casu reperies apud Plaut. Rud. *in mare communi*, et Ovid. in Ib. *lybico de mare*, quod perquam rarum est. Sexto etiam casu reperies rete, praesepe, quia olim erat hic retis, et haec praesepis. Quibus adde Soracte, cete, Praeneste, Nepete, Reate, gausape, nisi forte horum aliqua sint declinationis expertia.

V. Verbalia in *trix* e habent, ut altrice, nutrice. Verum i poscunt victrici, ultrici.

Exceptiones adjectivorum, vel similium adjectivis.

VI. Adjectiva (praeter illa quae infra excipiemus) i, vel e admittunt, ut felix, procax, dives, trux, felice vel felici, etc. Sed per i melius. Sic degener, et uber, degenere, vel degeneri, ubere, et uberi. Sic vigili, et artifici cum adjectiva sunt, ut apud Stat. 1. Achill. *vigili aure*, *artifici pollice*.

VII. Adjectiva, quorum neutrum e littera terminatur, i adsciscunt in ablativo, ut brevi, pingui, volucri, rudi. At volucre, et rude, cum sunt substantiva. Hor. 1. ep. *donatum jam rude*. Illis adde pluri, et memori, nam prisci pluris, et plure; memoris, et memore declinabant. Caeleste, perenne, bimestre, pro caelesti, etc. vel apud ipsos poetas rara sunt.

VIII. Substantiva appellativa adjectivis similia is syllaba terminata i habent in ablativo, ut aedili, affini, annali, bipenni, familiari, natali, patrueli, rivali,

sodali, tridenti, triremi, quadriremi, quinqueremi. Quamvis Caes. 2. Bell. Civil. semel dixerit *trireme constructa*, et Plin. lib. 2. epist. *sodale*, et Lucan. l. 6. *natale*, et Ovid. 1. Met. *tridentè*. Verum poetae in his liberiores sunt. Nomina tamen propria, quamvis adjectivis similia, e tantum retinent, ut *Julio Annale*, Cic. et *Lateranense*, idem: cum *Juvenale* meo,] Mart. Sic Felice, Martiale, etc.

IX Quamvis adjectiva omnia litteris ns finita e in ablativo terminari Verrius Flaccus docuerit, ut sapiente, prudente, etc. sunt tamen et quae i habent, ut *ingenti*, Cic. *vejenti* bello, Liv. *ex continenti*, Caes. sermone *recenti*, Cic. *vehementi* incitatione, idem: *diligenti* ratione, ad Herenn. ingenio *eleganti*, Gell.

X. Participia in ns semper habent e, ut absente praesente, audiente. Cicer. 3. in Verr. illa Deos, hominesque *implorante*. Plin. lib. 3. cap. 1. Baetica a flumine eam mediam *secante*. Quod si interdum I habeant, fere in nomina transeunt, ut *excellenti* virtus Cic. pro Arch. *gaudenti*, *et libenti* animo, ad Att. lib. 2.

XI. Comparativa nomina fere semper in e exeunt ut superiore, faciliore, uberiore, leviore. Quamquam e interdum in i, ut *majori* cum fiducia; Caes. *posteriori* parte, Plin. *majori* mole, Quintil.

De nominativo, genitivo, et vocativo plurali tertiae.

I. Nominativus pluralis, et vocativus tum graecis, tum latinis semper in es, ut hi sermones, o sermones hi troes, o troes. Verum Sardis, syrtis, Trallis, alpis in recto, accusativo, et vocativo plurali contracti sunt a Sardies, etc. vel Sardeis, alpeis, etc. per ei; quia πόλεις πόλεις, graece etiam per ει diphthongum scribuntur πόλεις

II. Genitivus graecus in ων per omega, ut epigrammaton, haereseon, dioeceseon, quos latini interdum usu pant, Martial. 1. Argutis *ipigrammaton* libellis.

III. Genitivus tamen latinus in um syllabam exit ut juvenum, canum, vatum, nucum, majorum, minorum. Sic cetera comparativa.

Exceptiones.

I. In ium exeunt quaecumque litteris ns finiuntur, ut serpentium, prudentium, amantium, ingentium, adolescentium. Quibus plenis oratores utuntur, poetae fere imminutis, ut genus omne *natantum*, Georgic. 3. vitaeque *volantum*. AEneid. 5. De his infra de syncope.

II. Item pluraque s littera terminata, quae genitivo non crescunt, ut collis, collium, clades, cladium.

III. Et quorum ablativus in i tantum, vel in i, et e exit, ut dioecesium, syrtium, navium, imbrium, ultricium, animalium, calcarium, cubilium, salubrium, plurium, felicium, etc.

IV. Quibus adde samnitium, lintrium, cohortium, utrium, ventrium, penatium, carnium, fornacium, paludium, quamvis fornacum semel a Plin. l. 36. c. 14. paludum a Mela l. 3. usurpatum sit.

V. Ad haec monosyllaba, quae in duas consonantes exeunt, ut trabs, ars, arx, merx, pars, dens, fons, mens, etc. trabium, sepium, artium, arcium, etc.

VI. Quibus accedunt as, assis, glis, lis, mus, dos, nix, nox, os, ossis, fauces, faucium, vas, vadis, vadium, et siquae sunt alia a viris doctis usurpata.

VII. Ab his omnibus rursus excipiuntur parens, panis, memor, inops, supplex, vetus, degener, uber, lynx, et alia, quorum genitivus exit in um, parentum, panum, memorum, lyncum, etc.

VIII. Volucrum a volucre substantivum est, volucrum a volucri adjectivum. Reliqua usu disces.

De dativo et accusativo plurali tertiae.

I. Dativus in ibus exit, ut sermonibus, bos tamen bobus, aut bubus facit.

II. Graeca a neutris in a in sillabam is frequentius exeunt, ut poematis, et poematibus, diplomatis, et diplomatibus; sic peripetasmatis, emblematis, etc.

III. Accusativus multitudinis in es syllabam exit, ut sermones. Exit et in is, vel in eis, cum genitivus certorum nominum desinit in ium, ut omnis, urbis, vel omneis, urbeis; uter alteri sit praeferendus judicabunt aures. Vide Gell. l. 13. c. 19.

IV. Accusativus graecus in as desinit, ut delphinas, troas, crateras, arcadas. Virg. Ecl. 8. inter *delphinas* Arion.

Casus plurales neutrorum tertiae.

Casus plurales nominandi, accusandi, et vocandi neutrius generis in a desinunt, si ablativus singularis in e tantum exit, ut tempora, si vero in i tantum, aut in e, vel i terminatur, tunc in ia desinunt, ut vectigalia, ingentia, praeter comparativa, et vetus, teris, quae in a exeunt, ut majora, vetera, plura, quod olim pluria. Lucret. lib. 1. cujus sunt *pluria* mista. Ter. Phorm. act. 4, nova hic *compluria*. Vide Gell. lib. 5. cap. 12. aplustre aplustria, et aplustra facit.

QUARTA DECLINATIO

I. Genitivus singularis quartae declinationis exit in us syllabam, ut senatus, anus.

II. Prisci senatuis, anuis, domuis, fluctuis dicebant, apud quos etiam i littera hic casus terminabatur, ut ornati, tumulti. Hinc Terent. in Heaut. Ejus *anuis* causa dixit: et Nil *ornati*, nil *tumulti* Andr. act. 2.

III. Dativus in ui exit, ut senatui, anui: priscis saeculis etiam in u exibat. AEn. 1. Parce *metu*, Cytherea, Geo. 4. aliae *victu* invigilant, Ibid. Quod nec *concubitu* indulgent. Propert. lib. 2. Tantaleae poterit tradere poma manu. Sic *anu*, etc. Vide Gell. lib. 4. cap. 16.

IV. Dativus multitudinis in ibus exit, ut sensibus.

Exceptiones.

Arcus, artus, lacus, partus, specus, tribus in ubus exeunt, artubus, tribubus, etc. Portibus, et portubus promiscue utuntur Cic. Caes. et alii. Questibus, a queror, usitatius est, quam questubus. Verubus, an veribus potius dicendum, non liquet. Certe Diomedes, Priscianus, et alii veteres grammatici inter nomina in ubus desinentia veru non numerant.

QUINTA DECLINATIO

Casus interrogandi singularis quintae declinationis in ei litteras divisas exit, ut diei.

APPENDIX

I. Apud veteres in es, sive e exibat. Virg. 1. Georg. libra *dies* somnique pares ubi fecerit horas: alii tamen *die*, vel *dii* legunt. Hor. lib. 1. sat. 3. Prodiderit commissa *fide*. Ovid. 2. Met. 2. Prima *fide*, vocisque ratae tentamini sumpsit. Planc. Cic. l. 10. ep. 17. quo obside *fide* illius, et societatis, idest fidei. Sallust. in Jug. Vix decima parte *die* reliqua, idest diei.

II. Exiit et in duplex ii. Virg. 1. AEn. Munera, laetitiamque *dii*, hoc est diei. Sic olim pernicii, progenii, acii, pro perniciei, progeniei, aciei. Vide Gell. l. 9. cap. 14.

III. Casus interrogandi, dandi, sextuque multitudinis, praeter rerum, rebus, dierum, diebus, inusitati sunt. Cicer. in Top. non est ausus specierum, aut speciebus dicere, non tamen negat posse latine dici.

Syncope genitivi in declinationibus.

Omnium ferme declinationum interrogandi casus multitudinis interdum, praesertim a poetis, minuuntur, quam imminutionem graeci syncopen vocant.

Primae

Caelicolûm, AEneadûm, Ausonidûm, Trojugenûm, pro caelicolarum, AEneadarum, etc. qua in compositis nominibus, et patronymicis potissimum utimur.

Secundae

Liberûm, nummûm, denariûm, talentûm, sestertiûm, fabrûm, sociûm, deûm, modiûm, pro liberorum, nummorum, etc. Et in adjectivis, meûm, magnanimûm, quinûm, senûm, denûm, et aliis, pro meorum, etc. Siculûm pro siculorum. Lucret. lib. 6. adversariûm pro adversariorum, Terent. Hecyr. Plura exempla vide apud Cic. in Orat. a med. ubi ea de re late.

Tertiae.

Cladum, caedum, veprum, coelestum, agrestum, potentum, furentum, macedum: pro claudium, caedium, reprium, caelestium, agraestium, potentium, furentium, macedonum, et alia ejusdem generis non facile apud oratores reperiuntur.

APPENDIX

I. Genitivus imminutus a nominibus substantivis as syllaba finitis usitatior est, quam plenus, ut civitatum, quam civitatium, anatum, quam anatium.

II. Quidam genitivi tum pleni, tum imminuti sunt usitati etiam apud oratores, ut apium, et apum, serpentium, et serpentum, quiritium, et quiritum, optimatium, et opimatum, locupletium, et locupletum.

Quartae.

Raro imminuitur genitivus quartae; invenimus tamen AEneid. 6. quae gratia *currûm*, Armorumque fuit, pro curruum: et Mart. lib. 2. Sed duo sunt, quae nos distinguunt millia *passûm*, pro *passuum*. Nisi quis malit in his potius esse synaeresim, ut dicemus lib. 3. quam syncopen.

Anomala sive inaequalia.

Anomala sive inequalia vocantur quae aut numero, aut genere, aut declinatione, aut casu, aut aliquo alio attributo deficiunt.

Numero inequalia.

I. Quaedam singulari numero tantum declinantur, ut nemo, pontus, lutum, et pleraque eorum, quae metimur, aut ponderamus, ut triticum, oleum, aurum, ferrum.

II. Quaedam plurali solum, ut cani, canorum, penates, penatium, castra, kalendae.

Genere inoequalia.

Quaedam singulari numero sunt masculina, plurali neutra, ut sibilus, sibila, balteus, baltea.

II. Quaedam singulari foeminina, plurali neutra, ut carbasus, carbasa.

III. Quaedam singulari neutra, plurali masculina, ut Argos, plur. Argi, Argorum; plus in singulari neutrum, in plurali hi, et hae plures, et haec plura.

Declinatione inaequalia.

Vas, vasis singulari numero est tertiae declinationis, plurali secundae, ut vasa, vasorum, vasis: olim enim vasum, vasi dicebatur. Plaut. Truc. et. Cato apud Gell. lib. 13. cap. 22. Apud AEtnae tamen auctorem sub finem leges: Quod si forte cavis cunctatus *vasibus* haesit; nisi forte legendum *vallibus*. Jugerum, jugeri contra numero, singulari secundi est ordinis, plurali tertii: jugera, jugeribus, interdum et jugeris genitivo singulari, et jugere ablativo legitur.

Casu inaequalia.

Quaedam non declinantur in casus, ut frugi, nihili, pondo, quod numerum pluralem tantum habet, cum libram significat; item quatuor, quinque, et cetera cardinalia usque ad centum quae aptota, sive monoptota appellantur.

APPENDIX

I. Quaedam vocativo carent, cujusmodi sunt interrogativa, ut quis, qualis; relativa, ut qui, quae, quod; negativa, ut nemo, nullus; partitiva pleraque, ut quidam, ullus, alius. Pronomina etiam, praeter tu, meus, noster, nostras, ferme vocandi casu destituuntur.

II. Quaedam nominandi, interrogandi, et accusandi casum tantum habent, ut tantumdem, tantidem.

III. Quaedam nominativum, et vocativum, ut Jupiter. expes.

IV. Quaedam obliquos tantum, ut Jovis, Jovi, Jovem, Jove.

V. Quaedam tres solum obliquos, ut opis, opem, ope.

VI. Quaedam duos, suppetiae, suppetias, repetundarum, ab his repetundis, fors a forte.

VII. Quaedam unum, ut inficias, sponte, natu: quamquam etiam *spontis* apud Colum. legitur lib. 9. c. 4, et Cels. lib. 1. cap. 1.

CAPUT XVIII.

DE PRAETERITIS ET SUPINIS

Pro superiore ordine infimae classis.

Compositum, simplexque modo variantur eodem:
Quod si praeteriti geminetur syllaba prima
Simplicium, prorsus perdunt composta priorem:
Ut cecidi, recidi. Retinent praecurro, repungo,
Quaeque sibi gignunt sto, do, cum poscere disco.

SCHOLION

Simplex, et ipsius compositum (quod modo natum, modo pignus appellamus) conjugantur eodem modo, ut emo, sic redimo, perimo: undo, sic redundo, exundo. Excipiuntur nonnulla, quae suis locis explicabuntur. quod praeteritum simplicis geminat syllabam primam ut cado, cecidi, composita secundam tantum retinent, ut concido, concidi, comperio, comperi, reperio, reperi, respondeo, respondi. Excipe praecurro, et repungo, et composita verborum sto, do, posco, disco quae geminant sicut primigenia, praecucurri (quod etiam praecurri habet) repupugi, astiti, addidi, depoposci, edidici. Videndum est autem, ne nos fallant quaedam, quae composita a do falso videntur, ut secundo, inundo, abundo, redundo, et alia composita ex undo. Quotiescumque posito verbo aliquo in carmine non apponitur ejus praeteritum, aut supinum, scito referri ad regulam generalem proxime positam, ut neco, necavi, necatum, doceo, docui, fingo, finxi, et cet.

Verba praeterito simul, et supino carentia.

Praeteritis quaecumque carent, spoliato supinis;
Ut glisco, vergo, ferio, cum polleo vado.
Ambigo cum satago, quaeso, quatio, atque fatisco,
Et furit, et moeret: tum aveo, tum ringor, et hisco,
Et vescor, liquor, medeor, reminiscor, et ajo:
Et sco orta a verbo, vel nomine, ceu lapidesco,
Frigesco: aut capiunt a verbis, unde trahuntur.
Et rio, queis nomen vehemens meditatio fecit,
Esurio excipito: similis quaedam excipe formae.

SCHOLION

Quae verba carent praeterito, carent pariter et supino, ut vergo, versi enim non est in usu: ferivi, feritum apud recentiores lego, apud antiquos non lego. Pollui praeteritum a polluo est, non a polleo, idest valeo. Vado vasi in compositis tantum habet, ut evasi, invasi. Ambegi, et sategi tunc utar cum apud probatos scriptores invenero. Quaesivi est a quaero, ris, non a quaeso, sis, nisi apud vetustissimos. Ringor deponens caret praeterito; ringo neutrum grammaticis habet rinxi, rictum, ex quo rictus, us. Ab ajo praeteritum fuit ai, aisti, teste Probo: sed non est in usu. Verba in sco, quae appellantur inchoativa, hoc est, quae actionem inchoatam, ac magis magisque increscentem significant, si a nominibus deducantur, prorsus destituuntur praeterito, ut mitesco, herbesco. silvesco, ingravesco; sin a verbis, aut praeteritis carent, aut illa mutuantur ab iis, unde nascuntur, refrigesco, refrixi a frigeo, calesco, calui a caleo, senesco, senui a seneo. Cognosco vero, cresco, et alia quae nec a nomine, nec a verbo nascuntur, ad hanc regulam non spectant.

Verba in *rio*, quae meditativa, sive desiderativa appellantur, ut dicturio, empturio, coenaturio, micturio, carent praeterito; esurio tamen habet esurivi, esuritum, quibus aliqui addunt parturio, nupturio. Verum scaturio, ligurio, et composita abligurio, obligurio non carent praeterito, quia meditativa non sunt, quamvis eorum formam imitentur.

In calce verbi *audior* cap. 8. quae verba supinis careant, late enumeravimus, ne scilicet inter conjugandum fatigarentur pueri quaerendis frustra praeteritis perfectis, et plusquam perfectis passivis modorum omnium, futuroque passivo conjunctivi, aut infiniti, necnon participiis in rus, vel in tus, quae omnia formantur a supinis. Pleraque tamen ibi enumerata praeteritum rite formant, ut mico, micui, strido, stridi et alia plurima. Sunt et inter illa non pauca, quae carent praeterito, quae et hoc loco repetuntur: utraque pueris diligenter ediscenda, quoniam in progressu plurimum futura sunt usui.

Primae conjugationis bo, co, do.

Praeteritis avi dat prima, atumque supinis,
Ut neco: compositum necui, nectumque recepit.
Praeterito cubo dat cubui, cubitumque supino.
Sic quoque compositum, quod in umbo tertia flectit.
Et mico dat micui solum; avi dimicat, atum.
Datque plico, plicui, plicitum: cum praepositura
Poscit ui, per itum: vel avi sumet, et atum.
Supplico dematur, genitumque ex nomine solum,
Multiplico veluti; quod in avi mittit, et atum.
Dat fricui frictum, secui sectumque secare.
Vult dedit, atque datum do, das, et pignora primae;
Sed didit, atque ditum trado, et quae tertia donat.

SCHOLION.

Verba primae conjugationis habent in praeterito avi, in supino atum, ut neco, necavi, necatum, cujus composita faciunt necui, nectum, ut eneco, enecui, enectum. Cubo cum compositis tum primae, ut incubo, recubo, accubo, tum tertiae, ut recumbo, incumbo, accumbo, decumbo, occumbo, habet cubui, cubitum. Mico, micas cum compositis emico, intermico, promico micui habet sine supino: solum dimico habet dimicavi, dimicatum. Composita a verbo plico, et praepositura, idest praepositione, vel sequuntur simplex plicui, plicitum, vel faciunt avi, atum, ut implico, implicui, citum, et implicavi, catum; sic explico, et applico, et alia. Excipitur supplico, et composita ex nomine, üt duplico, triplico, multiplico, quae solum habent avi, atum: frico, cui ctum cum compositis refrico, affrico, perfrico, et cet. Juven. si prurit *frictus* ocelli Angulus. Plin. in Prooem. *Perfricui* faciem et nihil profeci. Participia tamen eorum reperiuntur in atus. Cic. Att. lib. 12. Quae res forsitan sit *refricatura*. vulnus meum. Do, das cum compositis primae venumdo, circumdo, satisdo, pessumdo, dedi, datum; quae vero pertinent ad tertiam didi, datum ut vendo, reddo, indo, condo, prodo. Abscondo, nunc abscondi, absconditum, priscis abscondidi, absconsum.

Ejusdem primae mo, no, to, vo.

Dant ui, itumque crepoque, sonoque, domoque, vetoque,
Cum tono; sed lavi, lautum, atque lavatum:
Cujus compositum, ceu proluo, tertia poscit.
A poto vel potatum, vel flectito potum.
Sto verbum stetit, atque statum; stitit inde profectum
Exigit, atque stitum; sed multo saepius atum.
Nulla supina creat juvo, juvi, ast adjuvo poscit
Adjuvi, adjutum: juvo suscipit inde supinum.

SCHOLION

Crepo, sono, tono, domo, veto, faciunt ui, itum, crepo, crepui, crepitum. Verum lavo, as est etiam tertiae lavo, lavis: quare, omnia verba composita ad hanc pertinent, abluo, proluo, et cet. Composita verbi sto, adsto, consto, exto, praesto, adstiti, constiti, extiti. praestiti: supino vero frequentius atum, saltem participiis in rus, ut praestatum, et praestaturus, constatum, et constaturus, Cic. lib. 6. epist. 8. se *praestaturos*. Plin. lib. 8, cap. 3. *Constaturus* minimo impendio fructus. Juvo, juvi caret supino, sed adjuvo habet adjutum, unde juvo supinum videtur posse mutuari.

Secunda conjugatio.

Praeteritum per ui dat, itumque supina reponit
Rite secunda; velut moneo, monui, monitumque;
Dat doceo doctum; a teneo deducito tentum;
Censeo amat censum; donabit misceo mistum;
Sorbeo cum sociis tantum sibi sorbuit optat.
Neutrum quod dat ui, timeoque carento supinis,
Ut madeo, studeo, rubeo: vult torreo tostum.
Praebeo itum, valeo, placeoque, caretque, licetque.
Parceoque, et doleo, caleo, jaceoque, nocetque.
Di, sum prandeo habet, video: sedeo tamen effert
Sgemino sessum: stridi dat strideo solum.
Mordeo, praeteriti geminatur prima, momordi,
Morsum, flectuntur sic spondeo, pendeo, tondet.

SCHOLION

Verba secundae conjugationis faciunt praeterito ui, supino itum, ut taceo, tacui, tacitum; hujus verbi composita reticeo, conticeo carent supino: arceo vero, arcui caret supino: at composita ejus habent, ut exercui,

exercitum, coerceo, et cet. prandeo, prandi, pransum; video, vidi, visum; sedeo, sedi, sessum. Mordeo, spondeo, pendeo, tondeo geminant primam praeteriti, momordi, spopondi; et cet. Sorpsi a sorbeo negant grammatici dici posse: quod si sit a sorbo, is tertiae est. Lucanus tamen usurpavit absorpsit; neque videtur imitandus. Supina verborum valeo, careo, pateo, doleo; caleo, taceo vix fortasse sunt in usu. Formantur tamen a nonnullis participia, ut valiturus, pariturus, cariturus.

Praeteritum finita veo vi, tumque supinum
Formant, ut moveo, a caveo deducito cautum:
A faveo fautum; sed ferveo ferbuit optat.
Flaveo nil, paveo, conniveo, liveo poscunt.
Si, sum dat maneo; verum hinc orta eminet, atque
Prominet, immineoque volunt minui absque supino.
Haeret cum suadet; mulcetque, et mulget, et ardet,
Tergetque, et ridet si, sum; sed torqueo tortum.
Vult jussi, jussum jubeo; ast indulgeo si, tum;
Urgeo si tantum, sic fulgeo, turget, et alget.
Lugeo xi solum cum luceo, frigeo poscit.
Augeo praeterito facit auxi, auctumque supino.

SCHOLION

Verba veo terminata faciunt praeterito vi, supino tum, ut moveo, movi, motum; ferveo, ferbui potius quam fervi. Flaveo cum reliquis raro habet praeteritum, idque fere apud priscos: nam conniveo connivi, et connixi olim habuit. Expavi ab expavesco est. Maneo, et ejus composita, ut remaneo, permaneo, quae non mutant a mansi, mansum; at quae mutant a in i, ut immineo, promineo, imminui, prominui, et cet. sine supino. Haereo, haesi, haesum; suadeo, suasi, suasum; mulgeo, et mulceo mulsi, mulsum; ardeo, arsi, arsum; tergeo, tersi, tersum; rideo, risi, risum; torqueo, torsi, torsum, frequentius tortum; jubeo geminat s utrobique, indulgeo, indulsi, indultum; urgeo, ursi absque supino, et sex quae sequuntur, fulgeo, fulsi; turgeo, tursi; algeo, alsi; luceo et lugeo, luxi; frigeo, frixi. Est etiam fervo, vis tertiae. Libet, licet, piget, pudet, placet duplex praeteritum habent libuit et libitum est, licuit et licitum est, piguit et pigitum est, puduit et

puditum est, placuit et placitum est: at miseret misertum est, taedet, vel pertaedet, pertaesum est

A cieo civi, atque citum venit, at cio quartae est.
Deleo, et orta pleo, ut repleo, neo in evit, et etum.
Ast oleo per ui, dat itum; composita sequentur,
Quae redolent patrem; reliqua evi, etumque requirunt;
Fert abolevit itum, sed vult adolevit adultum.
Audeo vult ausus, gavisus gaudeo poscit.
Et solitus, soleo, soluique aliquando recepit.
Praeteritis aveo, moeret, polletque carebunt.

SCHOLION

Cieo, quod significat moveo, habet in praetesito civi, in supino citum penultima brevi: sic concieo, concivi, concitum, excieo, percieo. Nam accio, excio sunt a cio quartae conjugationis, quod significat voco. Deleo, fleo, neo, evi, etum: oleo, olui, olitum: eamdem rationem sequuntur composita quae redolent, idest quae retineat patris, vel simplicis significationem, ut oboleo, obolui, obolitum; sic redoleo, suboleo. Cetera, quae recedunt a significatione simplicis oleo, ut exoleo, vel potius exolesco, evi, etum; sic inoleo, vel inolesco, inolevi, cujus supinum vix invenies apud bonum auctorem; aboleo, abolevi, abolitum; adoleo, vel adolesco, adolevi, adultum.

Tertiae conjugationis finita in io.

Compositum a specio, ac lacio exi, ectum: excipe verba
Elicio, elicui, elicitum; sapui, sapiive.
Dat sapio solum, a feci deducito factum,
A jeci jactum: dat fodi, s duplice, fossum.
Praeterito cupio facit ivi, itumque supino:
A capio cepi, captum; fugi, fugitumque
A fugio; rapio, rapui, dein deducito raptum.
A pario peperi, partum: sed dic pariturum.
Comperio quartam socia cum prole sequuntur:
Praeteritum quatio nescit; daut pignora cussi,
Et cussum: mejo dant minxi, deindeque mictum.

SCHOLION

Specio, et lacio verba sunt obsoleta, quorum composita sunt in usu, ut conspicio, aspicio, et cet. allicio, illicio, et cet. quae habent in praeterito exi, supino

ectum, ut conspexi, conspectum, allexi, allectum. Sapio sapui, vel sapivi, imminutum sapii, unde sapisti. Martial lib. 9. Nubere vis Prisco: non miror, Paula, *sapisti.* Sapui tamen, praesertim in compositis, videtur usitatius, unde resipui, desipui. Cupio, cupivi, cupitum pario, peperi, partum, in participio pariturus; comperio, et reperio, aperio, operio, et etc. ad quartam conjugationem pertinent, deque iis ibi dicemus. Quatio videtur aliquando habuisse quassi, quassum, unde quassae rates, et quasso, quassas frequentativum: composita sunt concutio, decutio, excutio, et cet. quae habent cussi, cussum.

Ejusdem tertiae uo, bo finita.

Poscit ui, utum verbum uo, ut arguo, polluo: verum
A ruo fit ruitum; sed utum composta reposcunt.
Dat struo struxi, ctum; fluxi gignit fluo, fluxum.
Nulla supina luo, batuo, metuoque, pluoque,
Congruo, nata nuo, ut renuo, ingruo, respuo poscunt.
Bo finita dabunt bi (ut glubo) bitumque supino,
Quo scabo, lambo carent: dant scribo, nubeque psi, ptum.
Ut cubo, sic genitum quod in umbo est, tertia flectit.

SCHOLION.

Verba in uo habent in praeterito ui, in supino utum, ut statuo, statui, statutum. Ruo facit rui ruitum, composita rutum, ut obrutum. Nata nuo, idest composita a verbo nuo inusitato, ut annuo, innuo, renuo et cet. luo, metuo, pluo, et reliqua supino carent. Desinentia in bo habent bi, bitum, ut bibo, bibi, bibitum; scabo, scabi, lambo, lambi sine supino; scribo, scripsi, scriptum; nubo, nupsi, vel nupta sum, nuptum Ut facit simplex cubo primae, sic ejus composita tertiae, ut decumbo, decubui, decubitum, de quo supra diximus in prima conjugatione.

Ejusdem tertiae co finita.

A duxi ductum, a dixi deducito dictum.
Vinco vicit amat victum: dabit icit, et ictum
Ico: pepercit habet parco, aut parsi, adjice parsum.
Sco finita petunt vi, tum, ceu nosco, quiesco:
Agnitus agnosco, cognosco cognitus edit.
Pasco dabit pastum: conquexi haud suscipit usus;
Disco petit didici tantum, sic posco poposci:
Compesco per ui, dispescoque: tolle supinum.
Nil ea, quae vulgo verba incoeptiva vocantur,
Producunt, veluti miteseo, senesco, tepesco.
Jungitur his hisco, tum glisco, dehisco, fatisco,

SCHOLION

Duco, duxi, ductum; dico, dixi, dictum; vinco, vici, victum, et cet. Parco habet etiam parsi. Plaut. Capt. Prol. Nil pretio *parsit*, filio dum parceret. Terent. Hecyr. act. 3. Hanccine ego vitam *parsi* perdere? Supino *parsum*. Liv. l. 26. Nedum eos Capuae *parsuros* credam. Auctor AEtnae. Vel solis *parsura* piis. Finita sco faciunt vi, tum; ut consuesco, consuevi, consuetum; agnosco, agnovi, agnitum; cognosco, cognovi, cognitum; pasco, pavi, pastum: conquinisco, idest caput inclino, jam nihil habet. Verba incoeptiva, sive inchoativa praeterito carent, aut id mutuantur a suis verbis primigeniis. Quae fiunt a nominibus, ut mitesco, de quibus cap. 14. in Verb. Rud. diximus, prorsus praeterito destituuntur. Senesco, et tepesco formant senui, et tepui a seneo, et tepeo.

Ejusdem tertiae do finita.

A do praeteritum sumet di, sumque supinum,
Ut mando, mandi: fundo cum scindere, findo
N perdunt: geminant s findo, et scindo supino;
Fido tamen fisus; pandi vult pandere, passum:
Tundo facit tutudi, tunsum, compostaque tusum:
Datque cado cecidi, casum; sed caedo cecidi,
Et caesum; tentum, vel tensum tendo, tetendi:
Pendo pependit amat, pensum: dat pedo pepedi
Solum. Di sido tantum, stridoque, rudoque.
Dant si, sum laedo, claudo cum divido, ludo,
Ac rodo, trudo, nec non cum plaudere rado.
Vado nihil; vasi, vasum composta reposcunt.
S gemino cessi, cessum cum pignore cedo.

SCHOLION

Do syllaba terminata praeterito di, supino sum faciunt, ut cudo, cudi, cusum; scando, mando, et cet. Sed composita a do, ut addo, condo, dedo, edo, prodo, reddo, trado, et cet. habent didi, ditum. Fido, et composita fidi, et fisus sum; fundo, scindo, findo amittunt n utrobique. Vado caret praeterito; composita habent vasi, vasum, ut evado evasi, evasum; sic invado: undo habet tunsum apud Plin. sed composita tudi,

tusum, ut contundo, contudi, contusum. Sido, sidi apud Colum. l. 12. c. 24. frequentius sedi, sessum a sedeo; in compositis insedi, insessum; assedi, assessum.

Ejusdem tertiae go, guo, ho finita.

Go, vel guo faciet xi, ctum: tamen illa supinis
N tria deperdunt stringo, cum fingere pingo.
Tango cupit tetigi, tactum, egi ago poscit, et actum,
Pango petit pepigi, aut panxi, sed pignora pegi,
Impingo velut, impego, pactumque supinum.
A lego fit legi, lectum; dat frangere fregi,
Et fractum, pungo pupugi, punctumque reponit,
Compositisque dabis punxi, si legeris usquam.
Negligit exi, ectum cum intelligo, diligo poscit.
Spargo facit si, sum, pariter cum mergere tergo.
Figo cum frigo xi, xum, egi prodigo, dego.
Tantum xi sugo vult, angoque absque supino.
Nil tribues vergo, et satago, quibus ambigo junges.
A veho dic vexi, vectum: traxi a traho, tractum.

SCHOLION

Verba go, vel guo terminata faciunt praeterito xi, supino ctum, ut tego, texi, tectum; plango, planxi, planctum; rego, rexi, rectum; surgo, surrexi, surrectum: extinguo, extinxi, extinctum; pango, pepigi, vel panxi, pactum: composita pegi solum, pactum, ut impingo, impegi, impactum: compingo, et cet. pungo facit pupugi, punctum; punxi nusquam legi apud bonum auctorem.

Ejusdem tertiae lo finita.

Lo luit, atque litum; sed alo deposcit et altum;
A colo dic cultum: consultum consulo gignit:
Occuloque occultum; falsum dat fallo, fefelli.
Nulla supina volo cum nolo, nulla refello:
Nulla petit malo cum psallo, cui dato psalli:
Anteque cello carent, praecello, excello supinis.
Perculit, et culsum percello; velloque velli,
Vulsum: pello capit pepuli, pulsumque supino:
Sustulit, et latum tollo, tetuli dedit olim.

SCHOLION

Verba lo finita faciunt praeterito lui, supino litum; ut molo, molui, molitum; alo, alui, alitum, et altum,

anteque cello idest antecello, antecellui, et excellui, praecellui sine supino. Percello fere habet perculi, perculsum; et vello, velli, vulsum, nam perculsi, et vulsi raro admodum usurpantur; tollo, sustuli, sublatum, extollo, extuli, elatum dempta syllaba a tetuli obsoleto

Ejusdem tertiae mo, no, po, quo finita.

Mo per ui dat itum: tremo ponitur absque supino;
At promo, demo psi, ptum, cum sumere como:
Emi, emptum dat emo: premo pressi, s duplice, pressum.
Pono facit posui, positum: genui, genitumque
Dat gigno; cerno crevi, compostaque cretum.
At cano vult cecini, cantum; cinui dat, et centum
Concino cum sociis; stravi, stratumque requirit
Sterno: petit sperno sprevi, spretumque. Beatum est
Prole lino lini, livi; levique, litumque.
Psi, tum contemno, sino dat sivique, situmque.
Po finita ferent psi, ptum, ceu repere, carpo.
Rumpo dabit rupi, ruptum: strepui, strepitumque
Vult strepo: datque coquo coxi, coctumque supino.
Linquo sibi liqui tantum, sed pignora lictum.

SCHOLION

Mo syllaba terminata faciunt praeterito ui, supino itum, ut gemo, gemui, gemitum; tremo, tremui caret supino; promo, prompsi, promptum; demo; dempsi, demptum; sic etiam sumo, et como. Cerno cum significat videre nullum habet praeteritum; verum cum significat adire, ut cernere hereditatem, habet crevi: composita cretum habent, ut decrevi, decretum; ita secerno, discerno, excerno; lino triplex habet praeteritum lini, livi, et levi, supino litum; nam linivi a linio deducitur, unde delinio, delinivi, delinitum, et cet. Tempsi, templum fortasse non invenies; contempsi, contemptum usitatissimum est; linquo, liqui solum, composita lictum, ut relinquo, reliqui, relictum, et cet.

Ejusdem tertiae ro, so finita.

Quaero, quaesivi quaesitum; curro, cucurri,
Cursum: tum verro, verri, versumque supino.
A gero dic gessi, gestum; trivi a tero, tritum;
Ferre tuli, latumque; uro dabit ussit, et ustum.
A sero fit sevi, atque satum; evi rustica proles,
Atque situm: serui, et sertum fit cetera turba.
Dant sivi, situmque lacesso, capesso, facesso.
Pinso pinsui amat, pistum, pinsumque simulque
Pinsitum; at incesso, incessi capit absque supino.
Visum viso facit; quaeso spoliatur utroque.

SCHOLION

Uro, ussi, ustum; verro, verri, versum; nam versi in praeterito inusitatum est. Fero, tuli, latum olim *tetuli* a tollo. Ter. Andr. Act. 5. sc. 1. Incoepit, dum res *tetulit*, nunc non fert. Sero simplex habet sevi, satum, composita, si ad rem rusticam spectent, sevi, situm; sin ad res alias, serui, sertum; ut consero, idest simul sero, consevi, consitum (rarum est illud Liv. lib. 10. Fabius quam arborem *conseruisset*) consero, idest congredior, conserui, consertum; insero, idest intus sero, insevi, insitum; insero, idest immitto, inserui, insertum; dissero, hoc est dissemino, dissevi, dissitum; dissero, idest disputo, disserui, dissertum. Sic assero, idest juxta sero, et assero, idest affirmo, et alia. Exsero vero, et desero habent tantum exserui, exsertum, et deserui, desertum; quia ad rem rusticam non pertinent. Furo supra numeravimus in his quae praeterito, et supino carent. Haec tria lacesso, capesso, facesso sivi, situm faciunt, ut capesso, capessivi, capessitum. Tacit. lib 15. Flavius, et Africanus principium tanti facinoris *capessicere*. Cic. 4. de Repub. apud S. August. de Civit. Æschines, inquit, rempublicam *capessivit*. Facesso itidem facessivi, facessitum. Tacit. lib. 30. Nulli unquam periculum *facessisset* pro *facessivisset*: quod docet supinum facessitum, quo usus est Cic. 6. in Ver. Antequam audivisset, ei negotium *facessitum*. Pinso pinsui, et supinum triplex pinsitum, pinsum, et pistum; viso, visi, visum. Quaeso tantum in plurali habet quaesumus, ceteris caret.

Ejusdem tertiae, to, co, xo finita.

Dant flecto, et plecto xi, xum, et cum nectere pecto,
Et xui amat pecto, nectoque; peto ivit, et itum.
Verto facit verti, versum; dat mittere misi,
Ac missum; meto messui habet, s duplice, messum,
Sisto stiti, statum activum; neutrale sequetur
Sto verbum; sterto tantummodo stertuit optat.
Vivo feret vixi, victum; solvique, solutum
Solvo; sic volvi donavit volvo, volutum.
Denique texui habet texo, textumque supino.

SCHOLION

Flecto flexi, flexum; plecto, plexi, plexum: necto, nexi, vel nexui, nexum, pecto, pexi, vel pexui, pexum; plecto, idest implico, habet plexi, vel plexui, plexum, hinc plectilis, implexus, et cet. Plecto autem, idest percutio, caret praeterito. Sisto active pro retinere, ut sistere lacrimas, sistere gradum, (Plin. herba *sistit* profluvium sanguinis) et pro praesentare se, sive comparere, ut quidam vulgo loquuntur (Cic. ad Att. Da operam, ut ubicumque erimus, *te sistas*) habet stiti, statum, ut ait Gell. lib. 2. cap. 14. Sisto vero neutrum, quod est stare, vel consistere, sequitur verbum sto, et habet cum eo praeteritum commune steti. Composita etiam neutra sunt, ut resisto, obsisto, persisto, insisto; ac retinent litteram i tum in praeterito, tum in supino, ut resisto, restiti, restitum, sic insisto, obsisto, persisto, subsisto, quorum supinis tutius uteris cum apud probatos scriptores legeris. Consisto tamen fortasse retinet n supino vocalem a, unde Jupiter Stator, et participium constaturus. Plin. Mart.

Quarta conjugatio.

Quarta dat ivi, itum: tribuit sepelire sepultum:
Sentio vult sensi, sensum: dat amixit amictum.
Veneo fert venum, quod ferme veniit optat.
Praesentis perio per ui variatur, et ertum:
Comperioque peri, pertum, reperique, repertum.
Dat venio veni, ventum: psi sepio, septum;
Singultumque facit singultio: sancio sanxi,
Sanctum, et sancitum: dat vinxi vincio, vinctum.
Vult salio salui, saltum, sed pignora sultum.
Haurio fert hausi, atque haustum; sed farcio farsi,
Fartum: sic sarsi, sartum dat sarcio: fulsi
Fulcio habet, fultum. Nil dant meditantia verba,
Esurit excepto: ferio nihil, ajoque poscuut.

SCHOLION

Verba quartae conjugationis habent in praeterito ivi: eadem, ablato per syncopen v consonante, per ii efferuntur, ut diximus c. 9. schol. 2. ut audivi, vel audii, munivi, vel munii, petivi, vel petii. Sic a veneo, venii

usitatius, quam venivi, supino venum. Sentio, sensi, amicio, supino amictum, unde participium amictus frequentissimum est. Cic. Phil. 2. Sedebat in rostris collega tuus *amictus* toga purpurea. Amicui, quo Brutus apud Diomedem est usus, minus placet, quam amixi, quo utitur Varro apud eumdem. Praesenti in *perio* finita faciunt ui praeterito, ertum supino, ut aperio, aperui, apertum, eodemque modo aperio. Comperio tamen habet comperi, compertum; et reperio, reperi, repertum. Meditantia verba, sive meditativa, quae c. 14. in Rudiment. Verb. diximus esse quae significant vehemens, et quasi molestum desiderium ejus actionis, quam significant, ut esurio edendi, coenaturio coenandi, scripturio scribendi, et cet. omnia carent praeterito, praeter esurio, esurivi, esuritum. Non sunt hujus ordinis ligurio, ligurivi, scaturio, scaturivi, cucurio, cucurrivi: idcirco in his personae trisyllabae penultimam producunt. Horat. l. 2. Sat. 4. Tractavit manibus calicem, dum furta *ligurit.* Ferio, et ajo nec praeteritum, nec supinum habent; mutuari tamen possunt ferio percussi a percutio, ajo dixi a dico, aut ab aliis. Sancio fortasse olim habuit etiam sancivi, ut supinum sancitum videtur ostendere. Salio habet salivi, vel per syncopen salii, ut supra diximus. Virg. 2. Georg. Mollibus in pratis unctos *saliere* per utres. Salui fortasse non est in usu s nisi in compositis insilui, desilui, resilui. Liv. I. 1. Remum novos *transiluisse* muros.

DE VERBIS DEPONENTIBUS ET COMMUNIBUS

Si dare praeteritum vis deponentibus aptum,
Expedit activas illis affingere voces:
Ut vereor verco; vertum fluet inde supinum:
Indeque praeteritum veritus sum: ita cetera forma.
Respuit hanc legem proficiscor; namque profectus
Donat; et ulciscor facit ultum: adipiscor adeptus.
Dat fateor, fassus; questus, queror; atque locutus
Fert loquor: et nitor nisus, vel nixus amabit;
Metior et mensus; patior passus: reor autem
Dat ratus: oblitum vult obliviscor: at utor
Usum; expergiscor vult experrectus habere.
A fruor est fruitus: verum a sequor e de sequutus.

Dat gradior gressus; misereri redde misertus.
Nanciscor nactus faciet: pactusque paciscor.
Comque miniscor habet commentus; et ordior orsus.
Mortuus a morior capies; feret ortus oriri.
Nascor amat natus; per iturus flecte futurum
In tribus extremis. Recte spoliabis utroque.
Haec, vescor, liquor, ringor, medeor, reminiscor.

SCHOLION

Praeteritum in deponentibus, et communibus facile formabis si fingas illorum activum, ut si vereor a vereo deducas, inde verui, veritum, atque inde formes veritus sum. Blandior, quasi a blandio, blandivi, blanditum, blanditus sum, atque in ceteris eodem modo. Quaedam tamen hoc modo formari non possunt, ut proficiscor, profectus sum; fateor, fassus sum; confiteor, confessus sum; diffiteor caret praeterito. Tria haec morior, orior, nascor in praeterito mortuus sum, ortus, natus: in participio futuri habent moriturus, oriturus, nasciturus. Quinque postrema vescor, eris, ringor, eris, medeor, reminiscor carent praeterito, et supino, ut supra diximus cap. 8. in fine.

DE INSTITUTIONE GRAMMATICA
LIBER SECUNDUS

DE OCTO PARTIUM ORATIONIS CONSTRUCTIONE
CAPUT PRIMUM
DE CONCORDANTIIS

Pro superiore ordine infimae classis.

Praeceptum I. De nomine cum verbo.

I. Verbum personale finiti modi antecedit nominativus aperte, vel occulte ejusdem numeri, et personae. Cic. Ter. lib. 14. ep. 8. Si vales, bene est, *ego* quidem valeo.

II. Nam verbum infiniti modi ante se accusativum habet. Cic. ad Att. l. 15. ep. 10. *Hunc* quidem *nimbum* cito transiisse laetor.

Appendix I. gen. pro media classe.

I. Voces copulatae saepe verbum plurale desiderant. Cic. 12. ad Att. Hic nobiscum *sunt* Nicias, et Valerius. Interdum singulari contentae sunt. Idem de Senect. Mens, et ratio, et consilium in senibus *est*. Nonnunquam omittitur conjunctio. Idem 1. ad Q. Fr. Frons, oculi, vultus persaepe *mentiuntur*, oratio vero saepissime.

II. Verbum plurale nobiliorem personam sequitur. Prima nobilior est, quam secunda et tertia: secunda tertiae anteponitur. Cic. l. 14. ad Ter. Si tu, et Tullia lux nostra *valetis*, ego, et suavissimus Cicero *valemus*.

III. prima, et secunda persona fere non explicantur, nisi cum altera alteri quodammodo opponitur, aut cum earum diversa studia significamus. Cic. Philip. 8. *Ego* conservare coloniam populi romani cupio: *tu* expugnare studes. Ad Heren. lib. 4. *Ego* capitis mei periculo patriam liberavi; *vos* liberi sine periculo esse non curatis.

Aut cum plus significamus, quam dicimus. Cicer. in Ver. Act. 4. l. 2. *Tu* innocentior, quam Metellus? *Tu* plus significat, quam verbum ipsum per se declarat.

IV. Verbum infinitum interdum partes nominativi agit. Cic. in Orat. *Oportere* perfectionem declarat officii Ter. Heaut. Act. 3. sc. 3. Non est *mentiri* meum.

Interdum verbum cum suo casu. Cic. lib. 7. ad Marium ep. 3. *Vacare culpa* magnum est solatium.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Utuntur interdum oratores in copulatis vocibus verbo singulari, sed rarius. Cic. pro Rab. Vos, vos, inquam, ipsi, et senatus frequens *restitit*. Poetae verbo plurali interdum utuntur intercedente praepositione *cum*. Vir. 1. AEneid. Remo *cum* fratre Quirinus Jura *dabunt*. Oratores singulari. Cic. 1. ad Q. Fr. Domitius *cum* Messala certus esse *videbatur*.

II. Poetae intercedente etiam praepositione *cum* verbum multitudinis praestantiori personae reddunt. Virg. 2. Eneid. *Divellimur* inde Iphitus, et Pelias *mecum*. Oratores vero verbum nominativo reddunt nulla habita ratione ablativi. Cic. 3. ad Att. Nec totum animum tuum moerori mecum *dedisses*. Quod idem et poetae faciunt. Hor. in Art. Poet. Tu, quid ego, et populus mecum *desideret*, audi.

III. Verba *apparet*, *fallit*, *fugit*, *praeterit*, *latet* interdum loco nominativi membrum orationis habent. Cic. 12. ad Att. Apparebat *illas litteras non illius esse*.

IV. Idem accidit nonnumquam verbis passivis cum more impersonalium usurpantur. Cic. de Amic. Tarquinium dixisse *fertur*. Idem Tusc. 5. non mihi *videtur* ad beate vivendum satis posse virtutem. Quae tamen imitanda non videntur: nam *fertur*, *videtur*, *dicitur*, et ejusmodi verba nominativo junguntur. Dic igitur active, Tarquinium dixisse ferunt. De quo in 1. ord. neutrorum.

Praeceptum II. De adjectivo cum substantivo.

Nomina adjectiva, pronomina, et participia cohaerent cum suis substantivis in genere, numero, et casu. Cic.

in Verr. Act. 6. Erat hiems *summa*, tempestas *perfrigida*, imber *maximus*. Curt. lib. 6. *Parva* saepe scintilla *contempta magnum* excitavit incendium.

Appendix I. gen. pro media classe.

I. Substantiva conjuncta fere adjectivum multitudinis requirunt. Liv. 4. Bell. Pun. Hippocrates, et Epicides *nati* Carthagine, sed *oriundi* ab Syracusis. Quod si adjectivum singularis sit numeri, cum viciniore substantivo genere, numero, et casu consentiet. Cic. de Petit. consul. Multorum arrogantia, multorum contumacia, multorum superbia, multorum odia, ac molestia *perferenda* est.

II. Adjectivum plurale praestantius genus sibi vindicat. Virile praestantius est muliebri, et neutro. Ter. in Eun. Act. 3. sc. 8. Quum pridem mihi pater, et mater *mortui* essent. Idem Andr. Act. 5. Domus, uxor, liberi *inventi* invito patre. Cic. 2. Off. Ex quo leges, moresque *constituti*. Neutrum muliebri praefertur, praecipue cum de rebus inanimatis sermo est. Sal. in Cat. Divitiae, decus, gloria in oculis *sita* sunt. Idem ibid. His genus, aetas, eloquentia prope *paria* fuere.

III. Cum substantivis rerum inanimatarum plerumque jungitur neutrum multitudinis. Liv. 7. Bell. Maced. Ira, et avaritia imperio *potentiora* erant Cic. 5. Tusc. Moderati habitus, affectiones, ususque corporis *apta* esse ad naturam videntur.

IV. Saepius tamen adjectivum cum viciniore substantivo tum singularis, tum pluralis numeri genere, numero, et casu consentit. Cic. in Catil. 4. Video, patres conscripti, in me vestrum omnium ora, atque oculos esse *conversos*. Idem l. 1. ad Q. Fratr. Tibi omnium salutem, liberosi famam, fortunas esse *carissimas* Liv. 7. Bell. Maced. Hoc senatusconsultum, litteraeque a Sp. Posthumio praetore in Hetruriam *missae* sunt, Ter. Eun. Act. 2. sc. 2. Viden' otium, et cibus quid faciat *alienus*?

V. Participia *factus*, *creditus*, *dictus*, *dicendus*, *visus*, *appellatus*, et cetera ejusdem generis, si post duo

substantiva diversorum generum ponantur, cohaerent cum eo quod est basis et fundamentum orationis. Plin. l. 3. c. 5. Puteoli colonia Dicaearchia *dicti*.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Si de rebus, animatis agatur circuitione utamur hoc modo: Lucretia *castissima* fuit: *qua virtute* etiam ejus mancipium floruit. Id tutius, quam si dicas Lucretia, et ejus mancipium fuerunt *castae*.

II. Figurata constructio censenda est cum apud probatos scriptores e duobus substantivis adjectivum consentit cum minus praecipuo: ut Cic. 2. de Div. Non enim omnis error stultitia *dicenda* est. Liv. l. 1. Gens universa veneti *appellati*. Ter. Phorm. Act. 2. Paupertas mihi onus *visum* est et miserum et grave.

III. Poetae substantivis praepositione *cum* copulatis plurale adjungunt, suo jure. Ovid. 2. Met. Sors eadem *ismarios* Hebrum cum Strimone siccat. *Ismarios* adjectivum est duorum fluviorum. Sequuntur etiam generis praestantiam. Ovid. 3. Fast. Ilia cum Lauso de Numitore *sati*.

Praeceptum III. De relativo cum antecedente.

I. Relativum qui, quae, quod concordat cum antecedente in genere, et numero. Cicer. Tironi l. 16. *Nemo* nos amat, *qui* te non diligat. Idem 3. ad Att. O *te* ferreum, *qui* illius periculis non moveris!

II. Item pronomina hic, iste, ille, ipse, is, idem cum fiunt relativa. Idem 2. ad Att. Venit obviam tuus *puer*, *is* mihi litteras abs te reddidit.

Appendix I gen. pro media classe.

I. Relativum qui, quae, quod, quando antecedenti praeponitur, cum eodem genere, numero, et casu perquam venuste cohaeret. Cic. 9. ad Att. ep. 14. *Quos* cum Mario *pueros* miseram, epistolam mihi attulerunt. Ter. Andr. prol. Posthac *quas* faciet de integro *comaedias*, Spectandae, an exigendae sint vobis prius. Quamquam saepius alterum relativum subjicitur ex pronominibus hic, iste, ille, et cet. Cic. Tusc. 1. *Quam* quis-

que norit *artem*, in *hac* se exerceat. Idem ad Curion. l. 4. *Quarum* laudum gloriam adamaris; *quibus artibus hae laudes* comparantur, in *iis* esse laborandum.

II. Quod si inter duo substantiva ponatur, cum alterutro consentire poterit, etiam si alterutrum proprium sit. Sall. in Catil. Est locus in carcere, *quod* Tullianum appellatur. Curt. l. 3. Darius ad eum locum, *quem* amanicas pylas vocant, pervenit.

III. *Quantus*, *qualis*, et cetera id genus nomina, cum consequente substantivo genere, numero, et casu consentiunt. Cic. ad Cassium lib. 12. ep. 7. Dixi de te quae potui tanta contentione, *quantum* forum est. Idem in Brut. Utinam in Tib. Gracco Cajoque Carbone talis mens ad rempublicam bene gerendam fuisset, *quale* ingenium ad bene dicendum fuit.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Nominativus, et verbum; adjectivum, et substantivum; relativum, et antecedens interdum, praesertim apud historicos et poetas, sensu et significatione consentiunt, quamvis voce discrepent. Virg. 1. AEn. Pars in frusta *secant*. Liv. Bell. Maced. 7. Pars in juveniles lusus *versi*, pars *vescentes* sub umbra, quidam somno etiam strati. Ter. And. Act. 3. sc. 5. Ubi *illic scelus* est, *qui* me perdidit? *illic scelus*, hoc est ille sceleratus.

II. Orationis membrum interdum loco antecedentis ponitur, idque in neutro genere. Cic. 2. Att. ep. 15. Pompejus (*quod* mihi summo dolori est) ipse se afflexit. idem pro Corn. Unum objicitur, natum esse Gadibus, *quod* nemo negat.

II. Si plura antecedunt substantiva, idem subsequente relativo observandum, quod de adjectivis dictum est praec. 1. Nam si diversa genera antecedunt, relativum quoque generi praestantiori consentit. Cic. 1. Offic. Propter summam et doctoris auctoritatem, et urbis, *quorum alter* te scientia augere potest, *altera* exemplis.

IV. Et muliebria substantiva rerum inanimatarum relativo quoque plurali neutro junguntur. Cic. 2. ad Att. ep. 20. Quae vita esset nostra, quae suavitas, quae dignitas; ad *quae recuperanda* per fortunas incumbe.

V. Et frequenter relativum redditur viciniori substantivo. Cic. in Pison. Mihi non venerat in mentem furorem, et insaniam optare vobis, in *quam* incidistis.

Praeceptum IV.
De substantivis continuatis, sive de appositione substantivorum.

Substantiva continuata, quae ad eamdem rem spectant casu concordant, quamvis genere et numero interdum dissentiant. Cic. Att. l. 1. ep. 8. *Tulliola deliciae nostrae* tuum munusculum *flagitat.* Plin. l. 1. Epist. Quid *agit* Comum *tuae meaeque deliciae?*

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Interdum alterum substantivum genitivi est casus etiamsi alterum alio casu efferatur. Cic.5.ad Att.ep. 18. Cassius est in oppido *Antiochiae* pro in oppido *Antiochia.* Virg. 3. AEn. celsam *Buthroti* ascendimus urbem. Quae tamen vix videntur imitanda.

II. Quaerunt hoc loco grammatici utri potius substantivo reddendum sit verbum, adjectivum, et relativum magis ne, an minus communi? Ego, quantum memini me observasse, existimo, si alterum proprium sit hominis, cum eo verbum ceteraque consentire. Cic. ad Mar. l.7. ep.1. Deliciae vero tuae, noster *AEsopus* ejusmodi *fuit*, ut ei desinere per omnes liceret. Si vero de aliis rebus agatur, saepissime video verbum, adjectivum, relativumque magis communi respondere. Liv. Bell. Maced. 7. De solis *urbe*, *quae* in Cilicia *est*, egerunt. *Soli, Solorum* nomen est urbis. Plin. l. 31. c. 3. Tungri *civitas* Galliae fontem *habet* insignem. Liv. l. 2. Corioli *oppidum captum.*

Praeceptum V. De interrogatione, et responsione.

Interrogatio, et responsio fere casu consentiunt. *Cui* praeceptori dedisti operam? *Platoni. Cujus* est haec oratio?

Ciceronis. Quem existimas fuisse principem oratorum? *Demosthenem. Quo morbo* fuisti impeditus? *assidua febricula.* Verum interdum responsio ab interrogatione dissentit; ut *quanti* emisti librum? *tribus denariis.*

CAPUT II.

DE CONSTRUCTIONE VERBI ACTIVI.

Pro superiore ordine infimae classis.

Verbum activum est quod littera o finitum passivum fit, addita littera r; ut amo, amor.

Primum ordo activorum.

Omnia verba, quae activa vocantur, post se accusandi casum postulant. Cic. Or. 3. in Catil. Avus tuus clarissimus vir amavit unice *patriam*, et *cives suos.* Idem pro Mil. Quae *suos* cepit oblivio. Iem Act. 5. in Verr. *Tot domos locupletissimas* domus istius una capiet.

Amo,	as,	avi,	atum,	*amare.*
Capio,	is,	cepi,	captum,	*pigliare, e capire.*
Commendo,	as,	avi,	atum,	*lodare.*
Fastidio,	dis,	ivi,	itum,	*aver a schifo.*
Fero,	fers,	tuli,	latum,	*portare.*
Lego,	is,	gi,	lectum,	*leggere.*
Verbero,	as,	avi,	atum,	*battere.*
Vitupero,	as,	avi,	atum,	*biasimare.*

appello, *caedo*, *occido* pen. prod. *celebro*, *como*, *cupio*, *delecto*, *oblecto*, *diligo*, *fallo*, *jacio*, *juvo*, *laudo*, *metuo*, *timeo*, *praetereo*, *scribo*, *sperno*, *veho.*

Appendix I gen. pro media classe.

Verbum *fastidio* interdum absolute usurpatur. Plaut. Casin. Act. 3. sc. 6. Manc vero, quamquam *fastidis.* Interdum infinito jungitur. Quintil. l. 2. cap. 3. Idque fieri, quia fastidiant *praestare* hanc inferioribus curam. Fere tamen accusativo servit. Suet. Tib. c. 59. Fastidit *vinum.* Hor. l. 1. Sat. 2. num esuriens fastidis *omnia*, praeter Pavonem, rhombumque?

Appendix II gen. pro suprema classe.

I. Cic. pro Mil. ablativo utitur. Recte *factis* saepe fastidiunt. Qui tamen videtur ablativus communis causae. Quidam legunt *in* recte *factis*, et tunc non verbi, sed praepositionis est casus.

II. Cum genitivo obsoletum est, nec videtur usurpandum. Plaut. Aul. Act. 2. sc. 4. Abiit, neque me certiorem fecit, fastidit *mei*. Lucil. Fastidimus *bonorum*.

Secundus ordo activorum.

Genitivus praeter accusativum.

Verba *accusandi*, *absolvendi*, *damnandi* praeter accusativum genitivum admittunt, qui poenam, crimenve certum aut incertum significet. Cic. pro Coel. Nunquam amans Coelius fuisset, ut *ambitus* alterum accusaret. Ter. Eun. Act. 5. Hic *furti* se alligat. Cic. pro Rab. An non intelligis primum, quos homines, et quales viros mortuos *summi sceleris* arguas? Ibid. Civem romanum *capitis* condemnari coegit Ad Her. lib. 4. Iudex absolvit *injuriarum* eum, qui Lucium poenam in scena nominatum laeseram. Subintelligitur his genitivis ablativus *crimine*, *poena*. *nomine*. Cic. pro Coel. Nec ipse alterum *ambitus crimin*, arcesseret. Ideo illa ipsa *crimen*, *poena*, *nomen* fere ablaetivo sine praepositione efferuntur. Cicer. lib. 1. epist. 1. Si iniquus es in me judex, condemnabo *eodem* ego te *crimine*.

Accuso,	as,	avi,	atum,	*accusare.*
Arguo,	is,	ui,	utum,	*accusare, o riprendere.*
Insimulo,	as,	avi,	atum,	*imputare.*
Appello,	as,	avi,	atum,	*chiamare in giudizio.*
Defero,	ers,	tuli,	latum,	*denunziare in giudizio.*
Postulo,	as,	avi,	atum,	*far querela.*
Absolvo,	is,	olvi,	olutum,	*assolvere.*
Damno,	as,	avi,	atum,	*condannare.*

arcesso, seu *accerso*, *alligo*, *adstringo*, *coarguo*, *condemno*, *convinco*, *incuso*, *infamo*, *libero*, *redarguo*, *peccati*; *maleficii*, *sceleris*, *facinoris*, *parricidii*, et cet. Cic. 3. in Verr. Video non te absolutum esse *improbitatis*, sed illo damnatos esse *caedis*. Plaut. Poenul. Homo *furti* se adstringit.

Appendix I. gen. pro media classe.

I. Genitivus criminis cum his praesertim verbis *accuso*, *arguo*, *appello*, *defero*, *postulo*, *absolvo*, *damno*, *condemno* in ablativum cum praepositione *de* mutari potest. Cic. 1. ad Att. ep. 5. Non committam posthac, ut me accusare *de* epistolarum *negligentia* possis. Verum nomen *crimen* ablativo sine praepositione effertur. Cic. l. 5. in Verr. Te *hoc crimine* non arguo.

Dicimus etiam *capite*, *verberibus*, *exilio* aliquem damnare, punire, plectere, Auct. ad Her. l. 4. Eum vos jurati *capite* damnastis. Plaut. Moen. Plecte illos *pugnis*.

III. *Absolvo*, *libero*, *alligo*, *adstringo*, *mulcto*, *obligo*, *obstringo*, quemdamodum suapte natura ablativum petunt, ita et ablativum significantem poenam, crimenve sine praepositione admittunt. Liv. lib. 1. Ego me, etsi *peccato*, absolvo, *supplicio* non libero. Cicer. 1. de Orat. Vitia hominum, atque fraudes *damnis*, *ignominiis*, *vinculis*, *verberibus*, *exiliis*, *morte* mulctantur.

IV. *libero*, pro *absolvo* cum genitivo rarissimum. Liv. Dec. 5. lib. 1. Senatus neque liberavit *ejus culpae* regem, neque arguit.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Non semper verba accusandi, et damnandi *accuso*, *corripio*, *reprehendo*, *vitupero*, *culpo*, *castigo*, *increpo*, *objugo*, *punio*, *plecto*, *mulcto*, *traduco*, *noto*, *sugillo*, *taxo* cum genitivo criminis, poenaeve junguntur: ut cum verba judicialia non sunt, sed solum peccasse aliquem, aut errasse significant. Vituperare, reprehendere, accusare *alicujus parsimoniam*, *ambitionem*, et cet. dicam potius, quam *aliquem parsimoniae*, *ambitionis*. Cic. Att. l. 9. ep. 4. *Scelus* accusans *Pompeji*, *levitatem senatus*. Idem Fam. lib. 7. ep. 28. Cum *moestitiam meam*, et *desperationem* accusares. Idem 1. de Orat. Castigemus etiam *segnitiem hominum*, atque *inertiam*. Idem ad Q. Fr. l. 3. ep. 1. Quae objurgat *ceterarum villomug insaniam*. *Excusandi* etiam verba hujus loci videntur. Non enim dicitur excuso *me* tibi *tarditatis*; sed cum Cic. excuso tibi *tarditatem meam*.

II. Verba eadem accusandi, et cet. interdum praepositionem *in* admittunt. Cic. 2. de Inv. Vitam ex ante factis accusator improbare debebit, et ostendere si *quo in pari* ante *peccato* convictus sit. Id. ad Q. Fr. l. 2. ep. 2. Primum me tibi excuso *in eo ipso*, *in quo* te accuso.

Verba *emendi*, *vendendi*, *locandi*, et hujusmodi, praeter accusativum, hos dumtaxat genitivos assumunt *tanti*, *quanti*, *pluris*, *minoris*, et ex his composita *tantidem*, *quanticumque*: tametsi pretium ablativo effertur, de quo dicemus c. 8. praec. 10. Cic. 3. Offic. Emit homo cupidus *tanti*, *quanti* Pythius voluit. Ibid. Vendo meum non *pluris*, quam ceteri, fortasse etiam *minoris*.

Vendo,	dis,	didi,	ditum,	*vendere.*
Emo,	emis,	emi,	emptum,	*comprare.*
Redimo,	mis,	emi,	emptum,	*ricomprare, o riscuotere.*
Loco,	as,	vi,	atum,	*dare a pigione, o ad affitto o a fare.*
Conduco,	cis,	xi,	ctum,	*pigliare a pigione, o ad affitto, o a fare.*

Verba *aestimandi*, praeter illos genitivos *tanti*, et cet. hos etiam habent, *magni*, *parvi*, *plurimi*, *maximi*, *minimi*. Ter. Heaut. Act. 1. Tu illum nunquam ostendisti *quanti* penderes. Cic. lib. 7. epist. *Quanti* ego genus omne signorum non aestimo, *tanti* ista sumpsisti. Idem Phil. 6. Habetur hic *pluris*, quam alius. Idem lib. 2. epist. 13. *Pluris* eum feci, quod te amari ab eo sensi. Idem pro Planc. *Magni* putare honores. Idem 2. de Fin. *Magni* aestimant pecuniam. Ibidem: Sed quia id *parvi* duceret. Id. lib. 3. ep. 10. Quem unum ex omnibus facio, ut debeo, *plurimi*. Ter. And. Act. 3. Merito te semper *maximi* feci, Chreme. Cic. l. 3. ep. 9. Quae a me *minimi* putabantur.

AEstimo,	as,	avi,	atum,	*stimare, o apprezzare.*
Duco,	cis,	xi,	ctum.	
Facio,	cis,	feci,	factum,	
Pendo,	dis,	pependi,	pensum,	
Habeo,	es,	bui,	itum,	
Puto,	as,	vi,	atum,	*riputare.*

Appendix I. gen. pro media classe.

I. Cum dicimus, *magno*, *parvo*, et cet. aestimare, subintelligitur ablativus *pretio*, qui interdum exprimitur. In Verr. act. 5. lib. 4. Tu illa *permagno* aestimas. Tusc. 1. Nae ista gloriosa sapientia non *magno* aestimanda est. Valer. Max. l. 5. c. 4. *Magno* ubique *pretio* virtus aestimatur. De ablativo pretii vide lib. 2. c. 8. praec. 10. et l. 1. c. 15. praec. 13.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. *Nauci*, *flocci*, *pili*, *assis*, *teruntii*, *nihili* cum verbis *aestimo*, *facio*, *pendo*, *habeo* junguntur. Plaut. Most. Neque quod dixi *flocci aestimat.* Cic. 2. de Fin. Eum *nihili facit.* Id. 13. ad Att. Nec tamen *flocci facio.* Sen. l. 7. Ep. Alienae vitae censores *assis* ne *feceris.* Ter. Eun. Act. 1. Istuc abs te factum *nihili penderem?* Ibid. Non *flocci pendere.* Ennius apud Cic. 1. de Div. Non *habeo nauci* Marsum augurem.

II. Dicimus etiam tuas minas *hujus* non facio *flocci*: pro *nihilo habeo*, *puto*, *duco*, *pendo* divitias omnes prae virtute: non *nihilo* bonam valetudinem aestimo. Cic. Act. 4. in Verr. Tu ausus es *pro nihilo*, prae tua praeda, tot res sanctissimas *ducere?* Pers. Sat. 1. Ten' cirratorum centum dictata fuisse, Pro *nihilo pendas?*

III. *Sum*, pro *aestimor*, eosdem illos genitivos admittit. Cic. ad Cass. l. 15. ep. 15. *Magni erunt* mihi tuae litterae. Idem pro Sext. Quis carthaginiensium *pluris fuit* Hannibale consilio, virtute, rebus gestis?

IV. *AEqui bonique*, vel *aequi boni* facio, *boni* consulo singularia sunt. Ter. Heaut. Act. 4. Equidem *istuc*, Chreme, *aequi bonique* facio. Cic. 7. ad Att. epist. 7. Tranquillissimus animus meus *totum istuc aequi boni* facit. Sen. ep. 127. *Hanc* coqui, ac pistoris *moram boni* consulo.

Haec item verba *admoneo*, *commoneo*, *commonefacio* genitivum habent cum accusativo. Liv. 5. Bel. Maced. Qui admonerent eum *foederis romani.* Quint. lib. c. 5. Grammaticos *sui officii* commonemus.

Eadem tamen pro genitivo possunt ablativum um· praepositione *de* admittere. Cic. pro Leg. Manil. *De quo* vos paulo ante invitus admonui. Idem Act. 6. in Verr. l. 5. Te neque praesens filius *de* liberorum *caritate*, neque absens pater *de indulgentia patria* commonebatc

Admoneo,	nes,	nui,	nitum,	*ricordare*, *cioè ammonire.*
Commoneo	nes,	nui,	nitum,	
Commonefacio,	cis,	feci,	actum,	

Tertius ordo activorum. Dativus cum accusativo.

Quaedam verba activa, praeter accusativum, dativum exigunt. Ea fere sunt *dandi*, *reddendi*, *committendi*, *promittendi*, *declarandi*, *anteponendi*, *postponendi*. Cic. pro Planc. Salutem *tibi* iidem dare poterunt, qui *mihi* reddiderunt.

Dandi

Do,	das,	dedi,	datum,	*dare.*
Concedo,	is,	essi,	essum,	*concedere.*
Tribuo,	is,	bui,	utum,	*attribuire, dare.*

commodo, *debeo*, *dedo*, *exhibeo*, *faenero*, *porrigo*, *praebeo*, *sufficio*, *subministro*, *suggero*, *suppedito.*

Reddendi

Reddo,	dis,	didi,	ditum,	*rendere.*
Refero,	fers,	tuli,	latum,	*riportare.*

defero, *rependo*, *restituo*, *repono.*

Committendi

Mando,	das,	avi,	atum,	*commettere.*
Trado,	dis,	didi,	ditum,	*consegnare.*

credo, *concredo*, *committo*, *commendo.*

Promittendi

Promitto,	tis,	misi	missum	*promettere.*
Spondeo,	des,	spopondi,	sponsum,	

Declarandi

Explico,	cas,	cavi,	atum,	*spiegare.*
Significo,	cas,	cavi,	atum,	*dare ad intendere.*

aperio, *declaro*, *demonstro*, *dico*, *edissero*, *explano*, *expono*, *indico*, *narro*, *ostendo*, *prodo.*

Anteponendi et postponendi

Antefero,	fers,	tuli,	latum	}	*anteporre.*
Praefero,	fers,	tuli,	latum,	}	
Postpono,	nis,	sui,	situm,	}	*posporre.*
Posthabeo,	bes,	bui,	bitum,	}	

antepono, *praepono*, *praeopto.*

Plin. lib. 2. ep. 6. Fenerat sol suum lumen *ceteris sideribus.* Virg. 2. Georg. Ipsa *satis* (idest *segetibus*) tellus, quum dente recluditur unco, sufficit humorem. Liv. l. 54. Otium urbanum militiae *laboribus* praeoptat.

Appendix I. gen. pro mediâ classe.

I. Alia verba sunt hujus tertii ordinis, ut *facio* tibi injuriam, *facio* tibi fidem; *ago* vobis maximas gratias; *interdixisti* nobis usum purpurae. *Scribo*, *mitto* tibi, et ad te litteras. Vatin. ad Cic: l. 5. epist. 10. Omnia mihi dura *imperas.* Sulpic. ad Cic. lib. 4. epist. 5. Quae aliis tute *praecipere* soles, ea tute tibi *subjice.* Cic. 10. ad Att. Tu, quod ipse tibi *suaseris*, idem mihi persuasum putato.

II. Multa denique composita ex activis, et praepositionibus *ad*, *in*, *ob*, *sub*, praeter dativum, etiam accusandi casum postulant. Cic. Att. lib. 3. epist. 5. Inimici mei mea mihi, non me ipsum *ademerunt.* Ejusmodi sunt *addico*, *addo*, *adjicio*, *adhibeo*, *adimo*, *adjudico*, *adjungo*, *admisceo*, *admoveo*, *affero*, *applico*, *appono*, *impendo*, *importo*, *incutio*, *indo*, *insero*, *infigo*, *ingero*, *injicio*, *injungo*, *insero*, *inuro*, *objicio*, *offero*, *offundo*, *oppono*, *praecludo*, *praecipio*, *praeficio*, *praefinio*, *praeparo*, *praescribo*, *subduco*, *subjungo*, *subscribo*, *subtraho*, *suggero*, *suppono.*

III. *Habeo tibi fidem*, idest credo, usitatissimum est: *adhibeo tibi fidem* in eadem significatione vix apud probatos scriptores invenies. *Praesto tibi fidem* tum dicimus, cum servare fidem intelligimus. Liv. 5. Bel. Pun. Gens fallax promissi *fidem praestitit.*

IV. Sunt, quibus geminus dativus, praeter accusativum apponitur: do *tibi* hoc *laudi*; *vitio*, *culpae*, *crimini*, *pignori*, *fenori*: vertis id *mihi vitio*, *stultitiae*: id

tibi ducis *honori*, *gloriae*, *laudi*, *vitio*, *damno*. Cic. pro Sext. Rosc. Profecto intelliges, te inopia criminum summam laudem *Sexto Roscio vitio*, *et culpae* dedisse. Terent. Adel. Tu nunc *tibi* id *laudi* ducis, quod tum fecisti inopia.

V. *Mutuo tibi* non dicimus, sed *mutuos tibi do* nummos, *mutuum do* triticum, et cet. Cic. ad Att. l. 11. ep. 3. Cui magnam dedimus pecuniam *mutuam*. Ter. Heaut. act. 3. Huic drachmarum argenti mille dederat *mutuum*. Plaut. Trin. act. 3. Si quis *mutuum quid* dederit, sit pro proprio perditum. Male hic aliqui legunt, si quis quid *mutuaverit*.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. *Mutuare*, si activa voce reperitur, non est mutuum dare, sed accipere, et ad sextum ordinem pertinet. Val. Max. lib. 6. cap. 2. Potius praesidium a libertate, quam ab innocentia *mutuavit*. Quo tamen loco legitur castigatius *mutuata* (nempe *mulier*) deponenti voce. *Mutuor* enim deponens sexti ordinis est mutuum accipio.

II. *Dare mutuum* dicimus de pecunia, frumento, aliisque rebus quae non restituuntur eaedem, sed ejusdem generis: de ceteris *commodare* usitatum est. Quod tamen interdum de iis etiam rebus dicitur, quae non eaedem redduntur. Plaut. Asin. act. 3. Viginti argenti *commodo* minas matri. Idem Rud. Act. 2. Aquam hostis hosti *commoda*. Non ita passim usurpandum.

III. *Jubeo*, cum imperare significat, fere jungitur infinito. Cic. pro Dejot. *Jubeo*, te bene *sperare*. Vel infinitum e proximo intelligitur. Plaut. Aulul. Aut, si respexeris, donec ego te *Jussero*: ubi intelligitur *respicere*. Cic. lib. 3. epist. 26. Litteras ad te a M. Lepido. non quae te aliquid *Juberent* (nempe *facere*) sumpsimus. Alioqui accusativum personae non habet, sed rei. Cic. 1. de Leg. Lex *Jubet* ea, quae facienda sunt, prohibetque contraria.

IV. Interdum tamen cum dativo personae, et particula *ne* reperitur. Caes. 3. Bell. Civ. *Militibus suis* jussit *ne* qui eorum violarentur. Non passim usurpandum.

V. Cum autem *decernere*, *statuere*, *creare* significat, non solum accusativum rei, sed etiam personae admittit. Cic. pro Corn. Populus romanus *legem* jussit de civitate tribuenda. Idem Philip. 2. Cum primum Caesar ostendisset, se *Dolabellam consulem* esse jussurum, idest *creaturum*. Liv. lib. 1. Cum populus *regem* jussisset.

VI. Infinitum etiam poscunt *veto*, *prohibeo*, *cogo*, *adigo* tum active, tum passive. Cic. 2. de Orat. Lex peregrinum vetat in murum *ascendere*. Idem de Amic. Acta agimus, quod vetamur veteri proverbio: ubi intelligitur infinitum (*agere*). Caes. 7. Bell. Gal. Cum leges duos ex una familia, vivo utroque, non solum magistratus *creari* vetarent, sed in senatu *esse* prohiberent. Terent. Heaut. act. 3. Ea prohibet *facere* tua praesentia.

Quartus ordo activorum.
Geminus accusativus post verbum.

Quaedam verba activa post se duos accusandi casus admittunt. Cic. lib. 7. ep. 21. Silii *causam te* docui. Idem pro Dom. Num a te ipso instituta *me frumentum* flagitabant?

Doceo, es, cui, ctum, *insegnare.*
cum compositis edoceo, perdoceo, etc.

Celo, las, lavi, latum, *tener nascosto.*
Flagito, as, avi, atum, *dimandare istantemente.*
Interrogo, gas, gavi, gatum, *interrogare.*
Moneo, nes, nui, nitum, *ammonire.*
Rogo, gas, gavi, gatum, *dimandare.*
Posco, scis, poposci, *chiedere.*
Reposco, scis, repoposci, *ridomandare.*

Cic. lib. 2. ep. 16. *Quae* tu *me* mones. Ad Q. Fr. l. 2. ep. 1. Racilius *me* primum *sententiam* rogavit. 14 ad Att. ep. 12. *Te hoc beneficium* rogo. 1. Tusc. *Pusionem* interrogat Socrates *quaedam geometrica.*

Appendix I. gen. pro media classe.

I. Dicimus etiam *moneo*, *admoneo*, *commoneo*, *doceo*, *edoceo*, *erudio* te de hac re, idest commonefacio, certiorem facio. 2. de Orat. Ut *de sua* quisque re me ipse

doceat. 11. ad. Att. ep. 16. Cum Camillo communices, ut Terentiam moneatis *de testamento*. Fam. l. 2. ep. 11. Litterae tuae me erudiant *de omni repubblica*.

II. Verbis *commoneo*, et *admoneo* non ausim geminum accusativum dare. Vide quae in secundo ordine de his diximus.

III. *Celo*, et *interrogo* eamdem praepositionem *de* admittunt. Cic. Fam. 7. ep. 20. Bassus noster me *de hoc libro* celavit. Id. in Part. Sic ego te vicissim *iisdem de rebus* interrogem.

IV. *Erudio*, *instituo*, *instruo*, *imbuo*, *informo*, quamvis sint verba docendi, non tamen geminum accusativum habent, sed ablativum cum accusativo. Cic. l. 1. epist. 6. Lentulum nostrum cum *ceteris artibus*, tum in primis *imitatione* tui fac erudias. Idem pro Dejot. *Quibus* ille *studiis* ab ineunte aetate se imbuerat.

V. Verba *flagito*, *posco*, *reposco* tum ad hunc, tum ad sextum ordinem activorum pertinent.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. *Celo* cum passive usurpatur, res celata etiam in nominativo ponitur. Terent. Eun. Act. 2. Ubi ubi est, diu celari non potest. Idem Phorm. act. 5. Quin, si *hoc* celatur, in metu sim. Cui perraro dativus additur. Hirt. de Bell. Alexandr. Quod neque celari *alexandrinis* posset.

II. *Peto* cum duobus accusativis nondum, quod meminerim, apud veteres inveni; nam, quod Plinius l. 3, cap. 1. Petere jura Cordubam, dixit, figuratum est: ut idem *petere indos*, pro *ab indis*, dixit l. 12. cap. 7.

III. Si interdum verba nonnulla, ut orandi, monendi, consulendi, et alia duobus accusativis juncta repereris, non continuo ad quartum hunc ordinem pertinere existimaveris. Nam omnibus paene verbis, praeter casus suos possumus communes hos accusativos adnectere: *hoc*, *istud*, *illud*, *id*, *idem*, *quod*, *quid*, *aliquid*, *siquid*, *quiddam*, *quidpiam*, *quidquam*, *nihil*, *unum*, *multa*, *pauca*. Cic. pro Quint. Itaque te *hoc* obsecrat. Idem 1. ad Q. Frat. epist. 1. *Illud* te ad extremum et oro, et hortor. Terent. Andr. Act. 1. Et nunc *id* operam

do. Cic. Att. lib. 7. Nec te *id* consulo. Idem ad Brut. epist. 1. Hortare *idem* per litteras Cassium. Id. 1. in Catil. Sin tu (*quod* jamdudum te hortor) exieris. Ter. Phor. act. 4. *Quid*, malum, tua id refert? Cic. pro Dejot. Ne illum succensere tibi *aliquid* suspicere. Ter. Heaut. act. 4. Ego domi ero, *si quid* me voles. Cic. 1. ad Att. ep. 1. Ita *quiddam* spero nobis profici. Id. 3. de Nat. Deor. Si grando *quidpiam* nocuit. Plaut. Capt. Neque unquam *quidquam* me juvat; quod edo domi. Cic. in Rull. Beneficio legis *nihil* utitur. Plaut. Capt. act. 1. *Unum* exorare vos sinite nos. Cic. in Top. Cum mihi, meisque *multa* Deos venerati sunt. Sall. Jug. *Pauca* pro tempore milites cohortatus. Et cum aliis verbis saepissime.

IV. *Postulo* duos accusativos videtur habere. Cic. 2. ad Att. ep. 6. Orationes autem *me* duas postulas. Cum vero alii *a me* legant, in sexto potius ordine locetur.

V. *Erudio* apud poetas duos accusativos admittit. Stat. Theb. lib. 10. Et quae *te leges praeceptaque fortia* belli Erudiit genitrix. Sic interdum Ovid.

VI. Prisci dicebant *exigo pecunias, portorium*. Quare videntur etiam dixisse exigo te pecunias, portorium, quae saeculum eruditius rejecit. Vide Gell. lib. 15. cap. 13.

Quintus ordo activorum.
Ablativus praeter accusativum.

Quaedam verba activa ablativum, praeter accusativum, sibi adsciscunt. Ea fere sunt *vestiendi*, *implendi*, *onerandi*, *liberandi*, et his contraria; multa praeterea *privandi*. Cic. 2. de Nat. Deor. Oculos natura *membranis tenuissimis* vestivit, et sepsit. Et l. 3. Diligentius urbem *religione*, quam *ipsis moenibus* cingitis.

Vestiendi, et contraria.

Induo,	is,	ui,	utum,	} *vestire.*
Vestio,	is,	ivi,	itum,	
Exuo,	is,	ui,	utum,	} *spogliare.*
Spolio,	as,	avi,	atum,	

amicio, *calceo*, *cingo*, *succingo*, *convestio*, *munio*, *orno*, *sepio*, *sterno*, *consterno*, *insterno*, *tego*, *nudo*.

Implendi, et contraria.

Compleo,	es,	evi,	etum,	} *empire.*
Impleo,	es,	evi,	etum,	

cum ceteris compositis expleo, repleo, etc. satio, saturo, augeo, cumulo, locupleto, farcio, refercio, exhaurio.

Onerandi, et contraria.

Onero,	ras,	ravi,	ratum,	*caricare.*
Opprimo,	is,	essi,	essum,	*oppimere.*
Exonero,	as,	avi,	atum,	*scaricare.*
Levo,	as,	avi,	atum,	*alleggerire.*

obruo, premo, deonero.

Liberandi, et contraria.

Expedio,	dis,	ivi,	ditum,	*spedire.*
Solvo,	vis,	vi,	lutum,	*sciogliere.*

illaqueo, impedio, implico, irretio. Huc etiam spectant; ut in 2. ordine diximus, *absolvo, libero, alligo, adstringo, obstringo, damno, mulcto, obligo.*

Privandi.

Fraudo,	as,	avi,	atum,	*defraudare.*
Prohibeo,	es,	ui,	itum,	*tener lontano.*
Orbo,	bas,	avi,	atum,	*privare.*

abdico, abstineo, emungo, everto, muto, commuto, permuto, pello, privo, viduo. Cic. 2. Philipp. Is *frustis esculentis* totum tribunal implevit. Pro Flac. Metuit, ne L. Flaccus sese *scelere* alliget. 2. Offic. Numquid se obstrinxit *scelere?* 2. de Divinat. *Magistratu* se abdicaverunt. In Verr. act. 4. Ne pupillum Junium *fortunis patriis* conetur evertere. Terent. Phorm. act. 4. Emunxi *argento* senes. Ibid. act. 5. *Cura* sese expedivit.

Appendix I. gen. pro media classe.

I. *Solvo*, cum de pecunia sermo est, praeter accusativum significantem pretium, ablativum rei postulat cum praepositione *pro*, et ad 3. ordinem spectat. Caes. 1. de Bell. Civ. Militibus pecuniam *pro his rebus* solvit. Cic. pro Flac. Invite solverat Castricio pecuniam. Saepe alteruter casus desideratur. Cic. in Verr. act. 4. l. 3. Pro frumento nihil solvit omnino. Id. 1. ad Att. ep. 2. Misimus, qui pro vectura solveret.

II. *Impleo*, et *compleo* etiam genitivum admittunt. Cic. l. 9. ep. 18. Ollam *denariorum* implere non potes. Liv. lib. 1. Adolescens *suae temeritatis* implevit. Plaut. Men. Parasitus me complevit *flagitii*, et *formidinis*. Sed ablativus usitatior est. Raro ablativum habent cum praepositione *de*. Cic. 4. Acad. *de quibus* volumina impleta sunt.

III. *Afficio* hujus ordinis est. Cic. pro Mil. Milo populum romanum *maxima laetitia* affecit. Sic dicimus afficere aliquem cura, dolore, ignominia, et cet.

Appendix II gen. pro suprema classe.

I. *Dono*, *aspergo*, *impertio* dativum, vel ablativum sine praepositione habent. Cic. pro Sext. Rosc. Non pauca *suis auditoribus* large effuseque donabat. Id. pro Corn. Eum Pompejus *civitate* donavit. Idem pro Clu. Ipse guttam aspergit *huic Bulbo*. Id pro Planc. Hunc tu vitae splendorem *maculis* aspergis *istis*? Idem Act. 3. in Verr. Dolorem suum *nemini* impertiebat. Terent Eun. act. 2. *Plurima salute* Parmenonem suum impertit Gnatho.

II. *Augeo*, *levo* raro dativum. ad Att. ep. 22. Litterae tuae auxerunt *mihi* dolorem. Idem in Orat. quem laborem *nobis* levavit Attici nostri labor. 2. Tusc. *His* levabat omnem vulnerum metum nobilitas mortis. Frequentissime ablativum. Cic. 2. de Leg. Agr. Ut syllanos possessores *divitiis* augeatis. Lib. 3. epist. 12. Leva igitur me *hoc onere*.

III. *Induo* active non raro cum ablativo. Caes. 7. Bell. Gall. Se ipsi *acutissimis vallis* induebant. Saepius cum dativo. 2. de Fin. sibi et torquem, et cognomen induit. Lib. 30. *Nobis* pia ac justa induerunt arma. Raro *exuo* cum dativo. Sen. epist. 91. Sapientia vanitatem exuit *moribus*. Ovid. 7. Met. Jamdudum vincula pugnat Exuere ipse *sibi*.

IV. Verba *vestiendi* nondum, quod meminerim, legi apud veteres cum duobus accusativis juncta voce activa. Passiva quidem voce *induo* apud historicos, et poetas cum accusativo rei reperitur. Curt. lib. 10. Itaque revocatus *vestem* fratris, *eam ipsam*, quae in sella posita

fuerat, induitur. Virg. Æneid. 2. Androgei *galeam*, clypeique *insigne decorum* Induitur. Quamquam verbis *induo*, et *exuo* voce activa unum fere rei accusativum tribuunt oratores. Cic. 14. ad Att. epist. penul. Quare *talaria* induamus. Idem pro Lig. Nonne omnem *humanitatem* exuisses? Voce autem passiva ablativum: 1. ad Attic. Vir indutus *muliebri vestitu*. Tusc. 1. Mens exuta *vitiis*.

Sextus ordo activorum.
Ablativus cum praepositione a, vel ab, praeter accusativum.

Quaedam verba activa, praeter accusativum, ablativum cum praepositione *a*, vel *ab* postulant. Ea fere sunt *petendi*, *auferendi*, *removendi*, *abstinendi*, *accipiendi*. Cic. 5. Tusc. *A te* opem petimus. Act. 6. Ver. Flagitat *abs te* filium. Lib. 2. de Orat. Quo facilius id *a te* exigam, quod peto, nihil tibi *a me* postulanti recusabo.

Petendi.

Peto,	is,	tivi,	titum,	*chiedere in grazia.*
Quaero,	ris,	sivi,	situm,	*dimandar per sapere.*
Contendo,	is,	endi,	entum,	*dimandar con istanza.*

exigo, flagito, efflagito, postulo, posco, repeto, reposco.

Auferendi.

Aufero,	fers,	abstuli,	ablatum,	*togliere.*
Abduco,	cis,	xi,	ctum,	*menar via.*
Abstraho,	his,	xi,	ctum,	*staccare.*
Abripio,	pis,	pui,	reptum,	*toglier per forza.*
Eripio,	pis,	pui,	reptum,	*toglier per forza.*
Subripio,	pis,	pui,	reptum,	*togliere di nascosto.*

avello, avoco, abrado, abalieno.

Removendi.

Removeo,	ves,	vi,	otum,	*rimuovere.*
Arceo,	es,	cui,		*tener lontano.*
Repello,	is,	puli,	pulsum,	*ributtare indietro.*
Absterreo,	es,	rrui,	rritum,	*spaventare.*
Deterreo,	es,	rrui,	rritum,	*rimuovere.*

averto, amoveo, abigo, pello, defendo, prohibeo.

Abstinendi.

Abstineo,	es,	ui,	entum,	*tener lontano.*
Contineo,	es,	ui,	entum,	*contenere.*
Refraeno,	as,	avi,	atum,	} *raffrenare.*
Cohibeo,	es,	bui,	bitum,	}

Accipiendi.

Accipio,	pis,	cepi,	ceptum,	*pigliare.*
Audio,	is,	ivi	itum,	*udire.*
Disco,	is,	didici		*imparare*], *intendere.*

capio, *colligo*, *conduco*, *emo*, *redimo*, *haurio*, *exhaurio*, *reporto*, *sumo.*

Appendix I. gen. pro media classe.

I. Cognoscendi verba, ut *cognosco*, *agnosco*, *audio*, *intelligo*, *conjicio*, *disco* praepositionem *ex* recipiunt. Cic. lib. 2. ep. 11. Ea certissima putabo, quae *ex te* cognovero. 2. de Orat. Saepe *ex socero* meo audivi. 9. Att. ep. 6. Intelliges *ex litteris* Balbi.

II. Quorum normam imitantur hujus ordinis alia. Cic. in Vatin. Quaero illud etiam *ex te*. Idem de Sen. Poma *ex arboribus*, si cruda sunt vi avelluntur, si matura et cocta, decidunt. De Div. Aqua *e puteo* hausta. Praecipue vero quae ex praepositione *ex* componuntur, ut *expello*, *ejicio*, *eripio*. Cic. pro Mil. *Ex urbe* expelli, exterminari, ejici.

III. Quaedam hujus ordinis modo dativum, modo ablativum cum praepositione habent praeter accusativum, ut *subripio*, *eripio*, *aufero*. Cic. pro Dom. Clodius pecunias consulares *a senatu* abstulit. Id. Divin. in Verr. Id tu *mihi* eripuisti, atque abstulisti.

IV. Quaedam praepositionem *de* etiam admittunt. Cic. pro Corn. Audivi hoc *de parente meo* puer. Pro Sext. Rosc. Bona hujus *de L. Sylla* se emisse dicit. Ter. Eun. act. 1. sc. 2. Uti sibi liceret discere id *de me*. Cic. Acad. Quaesivi *de Zenone*. De Clar. Orat. Tu quidem *de fonte* hauris.

V. *Pello*, *libero*, *prohibeo*, *exhaurio* ad hunc, et ad superiorem ordinem spectant. Cic. pro Mil. Pompejum pellere *possessionibus* conatus est. Terent. Eun. Istum

aemulum *ab ea* pellito. Cic. 1. in Catil. *Magno metu* me liberabis. Idem de Univ. Deus motum caeli *ab omni erratione* liberavit. 4. ad Attic. epist. 3. Facile operas *aditu* prohibuerunt. Caes. Bell. Civ. Hos omnes *a contumeliis* militum, *conviciisque* prohibet. Cic. in Pison. Civitates *bonis* sunt exhaustae. Idem. 2. de De Leg. Agrar. Cum omnem pecuniam *ab aerario* exhausissetis.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. *Abstindo*, cum transit in accusativum, et hic, et in quinto ordine ponitur, hoc est modo praepositionem a, vel ab adsciscit. 2. de Fin. Ne malum habeat, abstinet se *ab injuria*. 2. Acad. *A quibus* nunc quidem te abstinebis. Modo respuit: lib. 7. epist. 26. Qui me *ostreis* et *muraenis* facile abstinebam. Liv. lib. 8. *Romano bello* eum fortuna abstinuit. Cujus passivum in tertiis personis potissimum usurpatur: act. 5. in Verr. Nihil aegrius factum est, quam ut manus ab illo *abstinerentur*. Vel impersonaliter. Liv. lib. 4. Dictator praecones edicere jubes, ut ab inermi *abstineatur*. Cum vero absolute ponitur, et in accusativum non transit, neutrum est. Liv. lib. 1. Urbe valida muris, ac situ ipso munita *abstinuit*. Et tunc illi pariter additur, vel demitur praepositio.

II. *Defendo* hujus ordinis est. Cic. pro Font. *A quo periculo* defendite civem fortem. A poetis tamen dativo etiam jungitur. Virg. Ecl. 7. Solstitium *pecori* defendite. Hor. l. 1. od. 7. Defendite aestatem *capellis*, idest, capellas ab aestu.

III. *Mutuo*, idest mutuum accipio, quidam in hunc ordinem referunt, sed vix voce activa reperies; de quo supra in tertio ordine diximus.

CAPUT III.
DE CONSTRUCTIONE VERBI PASSIVI

Pro superiore ordine infimae classis.

Verbum passivum est, quod syllaba or finitum, activum fit r littera abjecta, ut amor, amo.

I. Verbum passivum ablativum cum praepositione a, vel ab postulat post se, qui ex nominativo verbi activi fit; ante se nominativum, qui fit ex accusativo. Cic. lib. 6. ad Caec. epist. 5. *Liber tuus* et lectus est, et legitur *a me* diligenter, et custoditur diligentissime Idem 2. ad Attic. ep. 6. *Eratosthenes a Serapione* reprehenditur.

II. Quare, cum activa passivis permutantur, accusativus in nominativum migrat; nominativus in ablativum cum praepositione a, vel ab: ut *ego* legi *librum tuum*: *liber tuus* lectus est *a me* Ceteri casus integri manent.

III. Cum ablativus est rei inanimatae, fere praepositio supprimitur. Cic. 1. Tusc. Saepe enim videmus fractos *pudore*, qui *ratione nulla* vincerentur.

Primi ordinis.

Amor,	aris,	atus sum,	*essere amato*
Diligor,	geris,	ectus sum,	
Legor,	geris,	ectus sum,	*esser letto*

Secundi ordinis.

Accusor,	aris,	atus sum,	*essere accusato.*
Absolvor,	eris,	lutus sum,	*essere assoluto.*
Damnor,	aris,	atus sum,	*esser condannato.*

Cic. pro Cluent. *Majestatis* absoluti sunt multi.

Tertii ordinis.

Adhibeor,	eris,	ibitus sum,	*esser posto, o adoperato,*
Tribuor,	eris,	utus sum,	*esser dato.*
Concedor,	eris,	essus sum,	*esser conceduto.*

Cic. ad. Octav. Nulla remedia, quae *vulneribus* adhibentur, tam faciunt dolorem, quam quae sunt salutaria.

Quarti ordinis.

Doceor,	eris,	ctus sum,	*essere insegnato.*
Flagitor,	aris,	atus sum,	*essere chiesto con istanza.*
Moneor,	eris,	nitus sum,	*essere ammonito.*

Caes. Bell. Civ. lib. 1. Petrejus, atque Afranius, cum *stipendium* ab legionibus, paene seditione facta, flagitaretur, et cet.

Hic ubi verbum geminum accusativum postulat, mutatur in nominativum ille qui praestantior est, hoc est qui personam significat, altero permanente: ut doceo Antoninm litteras: *Antonius* docetur a me litteras.

Quinti ordinis.

Exuor,	eris,	utus sum,	*essere spogliato.*
Induor,	eris,	utus sum,	*esser vestito.*
Privor,	aris,	atus sum,	*essere privato.*

Cic. pro Rab. Posth. Demetrius, aspide ad corpus admota, *vita* privatus est.

Sexti ordinis.

Audior,	iris,	ditus sum,	*essere udito.*
Emor,	eris,	emptus sum,	*esser comprato.*
Quaeror,	reris,	situs sum,	*esser dimandato.*

Appendix I. gen. pro media classe.

Hic cum verbum post accusativum admittit ablativum personae, si activa passivis permutantur, perturbatur sensus ut aufero a te vestem, vestis aufertur a me a te. Accipio a te litteras, litterae accipiuntur a me a te. Ideo sic efferendum est, ut ambiguitas vitetur: vestis auferatur *a me tibi*; litterae *tuae* accipiuntur *a me*. Quod tamen in his ferme verbis potissimum observandum videtur, *accipio*, *aufero*, *eripio*, *subripio*, et hujusmodi.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Verba passiva nonnunquam dandi casum pro auferendi casu; more graecorum, admittunt. Cicer. de Clar. Orat. Auditus est *nobis* Laelii C. filii saepe sermo. Lib. 3. Ep. 6. Notantur *mihi* ad divinandum signa. Ovid. de Pont. lib. 3. Vix audior *ulli*. Frequens id apud poetas, apud oratores non ita.

II. Interdum accusativum addita praepositione *per*. Cic. 9. ad Att. Id assequetur, si *per praetorem* consules creantur. Somn. Scip. Cognomen id tibi *per te* partum.

CAPUT IV.

DE CONSTRUCTIONE VERBI NEUTRI

Pro superiore ordine infimae classis.

Verbum neutrum est, quod um, vel o litteris finitum, ex se passivum personale non gignit, ut *sum*, *sto*, *servio*, neque enim dicitur, *stor*, aut *servior*.

Primus ordo neutrorum. Utrinque rectus.

Omne verbum neutrum, praesertim vero *substantivum* et *absolutum*, utrinque nominativum habere potest, cum utrumque nomen ad eamdem rem pertinet. Ter. Phor. act. 4. *Senectus ipsa* est *morbus* Cic. Ad Att. l. 3. ep. 5. *Ego* vivo *miserrimus* Liv. l. 1. Juste, pieque *legatus* venio. Ter. Andr. Redeo inde *iratus*, atque aegre *ferens*.

Sum,	es,	fui		*essere.*
Vivo,	is,	xi,	ctum,	*vivere.*
Venio,	nis,	ni,	entum,	*venire.*
Eo,	is,	ivi,	itum,	*andare.*

ambulo, *curro*, *incedo*, *jaceo*, *occido*, penult. corr. *sto*, *vado*.

Appendix I. gen. pro media classe.

I. Non solum verba neutra, sed omne verbum personale finiti modi utrinque nominativum habere potest, cum utrumque nomen ad eamdem rem pertinet. Cic. 2. Off. *Liber* qui inscribitur *Laelius*. Id. Phil. 1. Defendi rempublicam *adolescens*, non deseram *senex*.

II. Si duo illa nomina non sunt ejusdem numeri, verbum concordat cum eo nomine, quod est basis et quasi fundamentum orationis. Lucan. lib. 9. Sanguis *erant lacrimae*. Plin. lib. 33. cap. 3. Nota argenti *fuere bigae* atque *quadrigae*.

III. Verbum personale etiam infiniti modi post se nominativum poscit, cum res ad nominativum praecedentis verbi pertinet. Cic. 1. de Nat. Deor. Nolo esse *longior*. Ter. Adelph. Meditor esse *affabilis*.

IV. *Videor* huc spectat, quod personaliter usurpari debet, et utrinque rectum habet ejusdem numeri, ac personae. Cic. 1. Acad. *Tu* vero bene *meritus* mihi videris de tuis civibus. 2. ad Att. epist. 1. *Illa tua horridula* mihi, atque *incompta* visa sunt.

Etiamsi verborum personalium infinitis jungatur. 9. ad Att. ep. 12. *Amens* mihi *fuisse videor.* 4. in Catil. *Videor* mihi hanc urbem *videre* concidentem. Terent. And. act. 3. *Audire* vocem *visa* sum modo militis. Phil. 2. Nescio quid *turbatus* mihi *esse* videris. Ter. Eun. act. 2. *Subtristis visus* est *esse* aliquantulum mihi. 1. in Catil. *Nos viri fortes satisfacere* reipublicae videmur. 2. in Catil. *Vos*, ne populo romano *deesse* videamini, providete. Liv. lib. 28. Nae tibi *ludus*, et *jocus fuisse* tuae Hispaniae videbuntur.

V. Eamdem rationem sequuntur verba, quae *vocativa* dicuntur: *appellor*, *vocor*, *nuncupor*, *nominor*, *dicor*. Praeterea haec, *habeor*, *putor*, *aestimor*, *existimor*, *judicor*, *prohibeor*, *feror*, *credor*, et si qua sunt alia. Cic. ad Att. 5. epist. 17. Dejotarus ab senatu rex appellatus est. Ad Att. 1. ep. 1. Caesar certus putatur. Fam. l. 3. 11. Dalmatae semper habiti sunt bellicosi. Suet. Tib. 82. Parsurus creditur.

Idque etiam infinitis personalium adjuncta. Lib. 3. de Orat. Septem fuisse *dicuntur*, qui sapientes et *haberentur*, et *vocarentur*. Tusc. 4. Morbi animorum difficilius evelli posse *putantur*. 2. ad Att. ep. 1. Thermus cum Silano contendere *existimatur*. Pro Caecin. Unus homo plures esse homines *judicarentur*. Pro Sext. Aristides unus omnium justissimus fuisse *traditur*. Virg. 1. AEn. Quam Juno *fertur* coluisse, et cet.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. *Videor* semel impersonaliter usurpatur a Cic. 5. Tusc. Non mihi *videtur* ad beate vivendum satis posse virtutem. Singulare est, nec imitandum.

Si vero non opinationem, aut imbecillam assensionem, sed firmum animi placitum, opportunitatemve significet, impersonaliter ponitur. Cic. de Sen. Nunc mihi *visum est* de senectute ad te scribere, idest *mihi*

placuit, *constitui*, *visum est opportunum*. Tunc vero, si infinitum desideretur, e proximo suppletur. Ad Attic. 12. ep. 27. Eique de mancipiis, quae tibi *videbitur* (nempe *attribuenda esse*) attribuas. Et ep. 28. Pueros attribue ei quot, et quos *videbitur*: intellige *attribuendos esse*) Pro Rab. Ut cousules adhiberent tribunos, quos eis *videretur*: deest *adhibendos esse*. Caes. 4. de Bel. Gal. Ad haec, quas *visum est*, Caesar respondit: adde *respondenda esse*. Act. 4. in Verr. Senatus permisit, ut quaestores, legem his rebus, quam ipsis *videretur* (supple *edicendam esse*) edicerent. Et alia.

II. *Dicitur*, *putatur*, *creditur*, *fertur* raro impersonaliter. Terent. Andr. Act. 5. In hac habitasse platea dictum est *Chrysidem*. Cic. 2. de Nat. Deor. *Fides*, *et tibias* eorum caussa *factas* esse dicendum est. Ibid. *Athenas* atheniensium causa putandum est *conditas* esse. Ibid. Quorum *neminem talem* fuisse credendum est. De Amic. *Tarquinium* dixisse fertur. In libris emendatissimis *ferunt* habetur.

III. Quaedam verba, quibus voluntatis prosecutio, aut fuga significatur, et alia pleraque sine accusativis *me*, *te*, *se* infinito junguntur, et rectum utrimque habent. Pro Marc. Malim videri *timidus*, quam parum *prudens* 1. de Nat. Deor. Nolo esse *longior*. Eadem, cum ante se accusativos illos non respuant, si accusativus antecessit, et sequatur necesse est. 1. in Catil. Cupio *me* esse *clementem*. 3. Offic. Malitia vult videri *se* esse *prudentiam*.

IV. Contra pleraque verba, quibus necessario accusativi illi praeeunt nominativus interdum apud poetas post infinitum sequitur, graecorum more, cum in eadem persona subsistit oratio; idque potissimum fit in verbo substantivo. Luc. l. 9. Tutumque putavit Iam *bonus* esse *socer*. Catul. Epigr. 4. Ait fuisse navium *celerrimus*. 13. Met. Sed enim, quia rettulit Ajax, Esse Jovis *pronepos* Hor. l. 3. od. 27. *Uxor* invicti Jovis esse nescis. Et in nonnullis aliis. Hor. lib. 1. od. 2. Filius Majae patiens vocari Caesaris *ultor*. Et lib. 2. ep. 5. Patiarque vel *inconsultus* haberi. Orator dixisset *se bonum esse socerum*, et cetera eodem modo.

Secundus ordo neutrorum. Genitivus post verbum.

Quaedam verba neutra post se genitivum postulant. Cic. Att. l. 7. ep. 20. Egeo *consilii*. Id. Phil. 6. Hoc bellum indiget *celeritatis*. Terent. Heaud. act. 1. Clinia *suarum rerum* satagit.

Egeo,	ges,	gui,	*aver bisogno.*
Indigeo,	ges,	gui,	
Memini,	sti,		*ricordarsi, e far menzione.*
Satago,	gis,		*far con diligenza.*

Appendix I. gen. pro media classe.

Sum hujus ordinis est, cum possessionem significat. Cic. ad Coel libr. 2. epist. 13. Jam me *Pompeji* totum esse scis.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. *Memini* pro *recordor* cum accusativum, tum genitivum postulat. Cic. de Sen. *Omnia*, quae curant senes, meminerunt. Terent. Eun. act. act. 4. Faciam, ut *hujus loci*, *dieique*, *meique* semper memineris. Interdum ablativum cum *de:* Cic. ad Att. l. 15. Meminero *de omnibus*, quae te velle suspicor.

II. Pro *mentionem facio* cum genitivo, vel ablativo, et praepositione *de* jungitur. Quintil. lib. 12. Neque omnino *hujus rei* meminit usquam poeta. Id. ibid. *De quibus* multi meminerunt.

Tertius ordo neutrorum. Dativus post verbum.

Quaedam verba neutra post se dandi casum postulant. Ea fere sunt quae *auxilium*, *commodum*; *incommodum*, *favorem*, *studium*, *obsequium*, *obedientiam*, *submissionem*, *repugnantiam* significant. Cic. de Prov. Cons. Non parebo *dolori meo*, non *iracundiae* serviam. De Amic. *Peccatis* indulgens praecipitem amicum ferri sinit. Multa praeterea composita ex verbis neutris absolutis, et praepositionibus *ad*, *con*, *in*, *inter*, *ob*, *prae*, *sub*. Cic. in Verr. Act. 5. l. 4. *Homini* jam *perdito*, et collum in

laqueum *inserenti* subvenisti. Id. in Pis. Quisnam *tibi* in curiam *venienti* assurrexit?

Adsum,	ades,	adfui,		*essere presente.*
Assurgo,	gis,	rexi,	rectum,	*levarsi in piedi.*
Consulo,	lis,	lui,	ultum,	*provedere.*
Debeo,	es,	bui,	itum,	*esser debitore.*
Faveo,	es,	vi,	fautum,	*favorire.*
Immineo,	es,	nui,		} *soprastare.*
Impendeo,	des,	pendi,	pensum	} *soprastare.*
Incommodo,	as,	davi,	datum,	*dar disagio.*
Indulgeo,	es,	lsi,	tum,	*condiscendere.*
Obsisto,	stis,	stiti,		} *essere contrario.*
Obsto,	stas,	stiti,	statum,	} *essere contrario.*
Obedio,	is,	ivi,	tum,	} *ubbidire.*
Obtempero,	as,	avi,	atum,	} *ubbidire.*
Pareo,	es,	ui,		} *ubbidire.*
Servio,	vis,	vivi,	vitum,	*servire.*
Studeo,	es,	dui,		*studiare, o favorire.*
Subvenio,	nis,	ni,	entum,	} *sovvenire, o soccorrere.*
Succurro,	rris,	rri,	rsum,	} *sovvenire, o soccorrere.*

Absum pro desum, acclamo, accubo, accumbo, accresco, accedo tibi, idest *assentior*: accedit hoc meis malis pro *additur.* Acquiesco, adhaereo, adhaeresco, adlaboro, adequito, adjaceo, adno, adnato, affulgeo, antecedo, antecello, anteeo, antesto, appareo, applaudo, appropinquo, arrideo, assentio, asservio, assisto, assideo, assuesco, attendo, ausculto pro *morem gero.* Cic. pro Rosc. *mihi ausculta.* Benecupio, benevolo, benedico, benefacio, benigne facio. Caveo, confido, consentio, congruo, consono, consuesco, commodo pro *prosum*; cedo, et concedo pro *locum do.* Detraho, idest *obtrecto*, despero, deservio, desum, displiceo, discrepo, dissentio, dissideo, doleo. Plaut. *cor dolet mihi.* Deficio, excello, fido, faveo, haereo, illudo, insum, insulto, inhio, inservio, insisto, ignosco, illacrimo, indormio, incubo, incumbo pro *innitor*, illuceo, impono pro *decipio*, inhaereo, ingemisco, invideo, innuo, insto, insuesco, insideo, intervenio, inerjaceo, intersum, intercedo, idest *oppono me, ut impediam*, interdico pro *veto.* Maledico, malefacio, metuo amice: ut *tibi metuo*, hoc est *ne quid tibi*

eveniat incommodi Nubo, noceo, obequito, obsecundo, obsum, obstrepo, obrepo, objecto, occurro, occurso, officio, pareo, placeo, praesto pro *antecello*, praecurro, praeeo, praeluceo, praesideo, praesum, prosum, provideo, et prospicio tibi, idest *consulo tibi*, proficio proximo. Recipio tibi, idest *promitto*, resisto, respondeo pro *satisfacio*, reclamo, renuncio, idest *nuncium remitto*, repugno. Satisfacio, subjaceo, suboleo, subrepo, subservio, subscribo, idest *assentior*, subsum, succedo, succenseo, succlamo, succresco, succumbo, sufficio, idest *par sum*, supersum, supplico. Tempero pro *abstineo*, timeo amice. Vaco pro *operam do*.

Appendix I. gen. pro media classe.

I. *Sum* modo dativum unum habet. Cic. de Clar. Orat. Jam tunc erat honos *eloquentiae*. Idem pro Sext. Quocum *mihi* erant omnes amicitiae necessitudines. Modo duos. Idem ad Att. l. 6. epist. 2. Respondebo primum postremae tuae paginae, quae *mihi magnae molestiae* fuit. Liv. lib. 33. Vectigalia publica *praedae*, ac *divisui principibus* erant.

II. *Incumbo*, cum translate significat *obnixe alicui rei operam dare*, accusativum cum praepositione *in*, vel *ad* postulat. Cic. 1. de Orat. *In id studium*, in quo estis, incumbite. Lib. 10. epist. 10. Mi Plance, incumbe toto pectore *ad laudem*. Idem l. 12. epist. 24. Te hortor, ut omni cura *in repubblicam* incumbas. Proprie vero significat *inniti*, et dativum amat. Ad Her. l. 1. Ajax *gladio* incubuit. Quintil. l. 9. cap. 3. incumbere *illi*, non *in illum* jam dicitur. Quamquam etiam recte antea dixere vetustiores, incumbere *in gladium* Cic., *in scuta* Liv.

III. *Consulere alicui* non est consilium dare, sed prospicere, seu providere alicui. Cic. 4. in Catil. Consulite *vobis*, prospicite patriae. *Consulere aliquem* est consilium ab aliquo petere. Cic. in Verr. Act. 1. Nunc ego, judices, jam *vos* consulo quid mihi faciendum putetis.

IV. *Antecedo*, *antecello*, *anteeo*, *antesto*, *anteverto*, *antevenio*, *praecedo*, *praecurro*, *praeeo*, *praesto* dandi, vel

accusandi casum admittunt. Cic. de Fin. lib. 4. Virtus tantum praestat *ceteris rebus*, ut dici vix possit. Liv. Bel. Maced. Dec. 4. lib. 7. Robore navium, et virtute militum romani longe *rhodios* praestabant. Ex his *antecello*, et *praesto* frequentissime dativo, *antevenio*, et *praecedo* saepius accusativo junguntur.

V. *Interdico* praeter dativum, ablativum rei habet. Caes. 1. de Bell. Gall. Ariovistus, *omni Gallia* romanis interdixisset. Ex hoc saepe fit impersonale passivae vocis. Cic. 6. Philip. Tanquam si illi *aqua*, et *igni* interdictum sit. Activum est cum accusativum rei habet. Liv. 5. Bell. Maced. Foeminis dumtaxat *usum* purpurae interdicemus.

VI. Quaedam cum dativo personae accusativum rei admittunt, ut *invideo*, *metuo*, seu *timeo*, *caveo*. Tusc. 3. Ut nobis *optimam naturam* invidisse videantur. Plaut. Poen. Metuo meo amori *moram*. Cato de re rust. c. 5. *Scabiem* pecori caveto. Verbis *metuo*, et *caveo* interdum additur *ab* praepositio. 1. ad Heren. *Ab inimico* sibi pericula metuebat. Plaut. Pseud. Cavendum est mihi *abs te irato*.

VII. *Parco* pro *veniam do*, *ignosco*, cum accusativum respuat, si eo uti opus sit, ad verbum *condono*, vel *remitto*, aut alia confugiendum est. Cic. pro Mil. Crimen hoc nobis *condonetis*. Vatin. 9. Fam. epist. 19. Meam animadversionem *remitto* tibi, et *condono*.

VIII. *Debeo* cum solo dativo personae est hujus ordinis. Cic. lib. 1. epist. 1. Auctoritatem eo minorem habemus, quod *tibi* debemus. Et lib. 10. ep. 12. Perfice, ut ne minus, respubblica *tibi*, quam tu *reipublicae* debeas. Activum est addito accusativo rei, Plaut. Bacch. *Ducentos philippeos* hospes debuit nostro seni. Cic. pro Syl. *Reliqua* jam a me meae perpetuae naturae debentur.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Vaco pro *operam do* saepe cum dativo. Quintil. lib. 12. cap. 1. Ne *studio* quidem operis pulcherrimi vacare mens, nisi vitiis libera, potest. Plin. epist. 49. Solutus ceteris curis *huic uni* vacabat. Sen. ep. 27. Iam te ipse monuisti, ideo aliorum *emendationi* vacas.

Curt. l. 6. Ille non vacasse *sermoni suo* regem causatus est. Valer. lib. 1. cap. 6. Te accepimus *cultui* religionis vacasse. Mart. lib. 2. Vel tantum *causis*, vel *tibi* saepe vacas. Apud Cic. fere est *vacuum esse*, et ablativo in quinto ordine jungitur. Cic. 1. Offic. Nulla vitae pars vacare *officio* potest. l. 6. ep. 3. Nec angar ulla re, cum *omni* vacem *culpa*.

II. *Adsum*, *desum*, et alia a *sum* composita saepe alios casus beneficio praepositionis admittunt, ut *in concione* adfuerunt. Cic. pro Flac. *In Antonio* ornatus non defuit 3. de Orat. *In convivio* interfuit. Pro Rosc. et alibi. Sic abesse *a culpa*, *ab oculis*, *ab urbe*, *a domo*, Cic. *Absum* tamen cum dativo *deesse* significat. Cic. 1. de Leg. Abest historia *litteris nostris*. 2. de Orat. Quid *huic* abesse poterit ad maximarum rerum scientiam? Pro Balbo: Quid abest *huic homini*, Var. 2. de re rust. c. 2. Si *cui* vetustate dentes absunt.

III. *Despero*, *illudo*, *deficio*, *attendo*, *insulto* dativum, vel accusativum adsciscunt. Cic. in Pis. Quid quod tu desperans *rebus tuis*, in sordibus, lamentis, luctuque jacuisti? Caes. 1. Bell. Gall. Desperare *fugam*. Cic. pro Dom. Hic illudit *auctoritati vestrae*. Ter. Phorm. act. 3. Satin' superbe illuditis *me*? Cic. 1. de Or. Ipsa *praecepta* illudere solebat Carneades. Idem pro Flac. Non animus *eis*, sed vires deficiunt. Pro Coel. Dies *me* jam deficiet. Suet. in Galb. cap. 5. Inter liberales disciplinas attendit et *juri*. Plin. Paneg. Nam *cui* magis, quam *Caesari*, attendant? Cic. pro Syll. *Me dicentem* attendite. Liv. l. 1. Satis illud diu insultasse *bonis*. Terent. Eun act. 2. *Istas fores* calcibus insultabis frustra.

Ex his *attendo*, et *deficio* frequentissime accusativo, *insulto* raro admodum huic casui copulatur.

IV. *Invideo* olim active cum solo accusativo sive *rei*: vetus poeta 3. Tuscul. *Florem* quisnam liberum invidit *meum*? Ut videre, inquit Cicero, sic videre *florem* rectius, quam *flori* dicitur: nos consuetudine prohibemur: sive *personae*: Ovid. epist. 13. *Troadas* invideo. Hinc Hor. in Art. *invideor* passive usurpavit. Hinc participium passivum *invisus*.

V. *Inservio*, et *noceo* cum accusativo personae obsoleta sunt. Plaut. Most. Si *illum* inservies solum. Id. Milit. Jura, te non nociturum esse *hominem*.

VI. *Studere* cum dativo est *operam dare*. 2. de Orat. *Cui gloriae, cui virtuti* studes? vel *favere* sive *assectari*. Pro Coel. Studuit Coelius *Catilinae*. Cum accusativo est *cupere*, vel *affectare aliquid*. Post redit. in Sen. Cum *litteras* studere incipit, tum est Epicureus. 5. de Fin. Ut illud ipsum, *quod* studet, facere possit ornatius. Phil. 6. *Unum* studetis omnes. Ter. Andr. Horum ille *nihil* egregie studebat. Nisi fortasse hi duo sint accusativi communes. Olim cum genitivo. Poeta vetus de Nat. Deor. Qui te nec amet, nec studeat *tui* Obsoletum est.

VII. *Nubo* cum dativo. Cic. pro Cluent. *Aureo consobrino suo* nupsit. Et cum ablativo addita praepositione *cum*. Idem lib. 15. epist. 3, *Quocum* esset nupta regis armeniorum soror.

VIII. *Dissideo*, et *discordo* ab aliquo, vel cum aliquo dicimus: sic *discrepo*, *et dissentio*. Singularia in his sunt cum dativo exempla. 3, de Orat. Ipsi *sibi* singuli discrepantes. Senec. epist. 20. Ne *orationi* vita dissentiat.

IX. *Advigilo*, *adgemo*, *adsono*, *immurmuro*, *invigilo*, *indoleo*, *obambulo*, *obmurmuro*, et similia poetarum fere propria cum dativo. Stat. 11. Theb. Advigilantia *somnis* Pila. 11. Theb. *Loquenti* Adgemit. 3. Met. *Plangentibus* adsonat 4. Georg. *Silvis* immurmurat. Ibid. *Victu* invigilant, idest victui. 2, Trist. Indoluisse *malis*. 3. Georg. *Gregibus* obambulat. Ovid. ep. 17. *Precibus* obmurmurat.

X. *Certo*, *bello*, *pugno*, *concurro*, *contendo*, *colludo*, *discordo*, *dissideo*, *disto*, *occumbo*, et alia a poetis dativo, ab oratoribus casibus junguntur aliis. Ecl. 5. *Tibi* certet Amyntas. 12. Met. *Hosti* concurrere. Horat. lib. 2. epist. 2. Quantum discordet parcus *avaro*. Idem de Art. Tragico differre *colori*. Et lib. 4. od. 9. Distat *inertiae*. 2. AEneid. Occumbere *morti*. Orator diceret tecum certet, occumbere mortem, vel morte, et cet.

Quartus ordo neutrorum. Accusativus post verbum.

Quaedam verba neutra post se accusativum postulant, Ea vel ad rem rusticam pertinent, ut aro terram, puto vineam. 1. Tusc. Serunt *arbores*, quae alteri saeculo prosint. Vel ad res alias. Ter. Adelph. act. 5. Ego illius *sensum* pulcre calleo.

Quae ad rem rusticam pertinent..

Aro,	as,	avi,	atum,	*arare.*
Puto,	as,	avi,	atum,	*potare, tagliare.*
Rigo,	as,	avi,	atum,	*adaquare.*
Sero,	is,	sevi,	satum,	*seminare, o piantare.*

ablaqueo, colo, fodio, meto, occo, pastino, planto, sarrio, semino, stercoro, vanno, vindemio.

Alia verba.

Calleo,	lles,	llui,		*esser pratico.*
Exhalo,	las,	lavi,	latum,	*esalare.*
Oleo,	les,	lui	litum,	*olezzare, o rendere*
Redoleo,	les,	lui	litum,	*odore.*

Horreo, exhorreo, exhorresco, perhorresco, inclamo, anhelo, maneo, idest expecto, *sapio, desino*, et defectiva tria *memini, odi, novi*, et alia quae accusandi casum postulant, sed passive converti non licet. Cic. Att. l. 9. Ingrati animi *crimen* horreo. Ad Her. 4. Anhelans *crudelitatem*. 2. Phil. Cujus *te* fatum manet. Plaut. Pers. Ego *rem meam* sapio.

Appendix I. gen. pro media classe.

I. Huc revocantur verba, quibus res verbi additur, ut currere cursum. 2. de Leg. Agrar. Servire servitutem. Plaut. Mil. Ludere ludum. Ter. Eun. Nocere noxam. Liv. lib. 9. Pugnare pugnam. Plaut. Pseud. Vivere vitam. Ridere risum, et cet. Vel accusativus mensurae, qua rem actionemve verbi metimur. 3. Offic. Qui stadium ourrit. Sic mare navigare, terram ambulare, et cet.

II. *Abhorreo* fere ablativo cum praepositione *a*, vel *ab* jungitur. Cic. lib. 7. epist. 3. Cum *ab ea sententia* Pompejus valde abhorreret.

Quintus ordo neutrorum. Ablativus post verbum.

Quaedam verba neutra post se ablativum petunt. Cic. 1. Offic. Abundare oportet *praeceptis*, *institutisque* philosophiae. Id. ad Q. Frat. l. 3. Incredibile est, mi frater, quam egeam *tempore*. Caes. Bell. Gall. l. 4. *Lacte*, et *carne* vivunt.

Abundo,	as,	avi,	atum,	*abbondare.*
Careo,	es,	rui,	ritum,	*esser privo, o star senza.*
Doleo,	les,	lui,	litum,	*dolersi.*
Egeo,	ges,	gui,		*aver bisogno.*
Indigeo,	ges,	gui,		*aver bisogno.*
Gaudeo,	des,	visus	sum,	*rallegrarsi, o star allegro.*
Moereo,	es,	—		*attristarsi, o star malinconico.*
Vaco,	as,	avi,	atum,	*star senza.*
Vivo,	is,	xi,	ctum,	*vivere.*
Sum,	es,	fui,		*essere* cum ad laudem,

aut vituperationem pertinet. Cic. l. 6. ep. 15. ad Lig. Fac *animo forti magnoque* sis.

• *Abstineo, consto, ardeo iracundia*, et cet. *Flagro*, *laboro febri*, et cet. *Roro, scateo, sono, sudo, supersedeo, stupeo, mano, fluo, affluo, diffluo, circumfluo, redundo*. 9. ad Att. *Pecuniis* locupletum abstinere. Quintil. l. 1. c. 17. Constat *exprimentis* medicina. Caes. 3. Bell. Civ. *Re frumentaria* laborant. Cic. 1. de Div. Herculis simulacrum *sudore* manavit. Id. ibid. Quid, quod fluvius atratus, *sanguine* fluxit? Id. pro Leg. Man. Africa ipsorum *sanguine* redundavit.

Appendix pro superiore ordine infimae classis.

I. Quaedam tamen ex his ut *mano*, *fluo*, *redundo*, aliter efferri possunt si ablativus vertatur in rectum, et vicissim rectus in ablativum cum praepositione hoc modo: sudor ex Herculis simulacro manavit: sanguis e fluvio fluxit. Cic. 2. de Nat. Deor. Multaque e luna manant, fluunt. Idem. Phil. 12. Fluent arma de manibus. Idem pro Syll. Si ex hoc tanto in omnes mortales beneficio nullum in me periculum redundabit. Id. de Senect. Ex ejus lingua melle dulcior fluebat oratio.

Huc revocantur *inchoativa* verba calesco, frigesco, madesco, et cet. eorumque *perfecta* caleo, frigeo, madeo, ut humore madescere, vel madere: quae cum verbo *facio* activa sunt, calefacio, et cet. cum verbo *fio* passiva, calefio, et cet.

Appendix I. ger. pro media classe.

I. *Sum* interdum genitivum habet etiam cum laus, vel vituperatio significatur. Cic. pro Sext. Nimium me timidum, *nullius animi*, *nullius consilii* fuisse confiteor.

II. Neutra saepe ablativum admittunt significantem partem. Cic. 1. de Orat. In me ipso saepissime experior, ut exalbescam in principiis dicendi, *et tota mente*, atque *omnibus artubus* contremiscam.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Hoc genere loquendi frequentius utuntur poetae. Hor. lib. 1. ep. 6. *animoque*, et *corpore* torpet. Iidem ablativum etiam in accusativum mutant. Horat. lib. 2. Sat. 7. tremis *ossa* pavore.

II. In verbo *sum* non semper quae ablativo efferuntur genitivo efferri possunt: cujusmodi sunt haec, *animo bono*, *virili*, *praesenti*, *vacuo esse*. Item illa pro Q. Rosc. et ad Att. l. 2. ep. 7. *Capite*, *superciliis* semper est *raris*. *Mira* sum *alacritate* ad litigandum, et cet. Alia contra genitivo potius quam ablativo efferuntur. Ter. Andr. *Nullius consilii* sum. Sueton. in August. *Cibi minimi* erat, ac fere *vulgaris*.

III. *Roro*, *sono*, *sudo*, accusativum etiam recipiunt praesertim apud poetas. Virg. 4. AEn Vox *hominem* sonat. Cic. pro Arch. Poetis *pingue quiddam* sonantibus. Non tamen dicimus sono *citharam*, sed sono *cithara*, ut sit ablativus instrumenti, vel pulso *citharam*.

IV. *Moereo*, et *doleo* eumdem quoque casum admittunt. Cic. l. 14. ep. 2. Moereo *casum* hujusmodi. Phil. 12. Quis non dolet *interitum* talis civis? Id. pro Sext. *Meum casum*, *luctumque* doluerunt.

V. *Consto*, et *laboro* frequentissime praepositionem *ex* admittunt. Cic. Tusc. 3. Cum constemus *ex* animo, et corpore. Et passim apud eumdem reperies laborare *ex*

invidia, *ex renibus*, *ex intestinis*, *et pedibus*. *Vaco* rarius. 2. de Nat. Deor. *Ab omni curatione et administratione* vacent. Fere tamen eam respuit, ut diximus in 5. ordine.

VI. *Pendere animis* numero multitudinis. Tusc. 1. Expectando, et desiderando pendemus *animis*. Cum singulari numero utimur, genitivo soli locus est. 1. de Leg. Ego *animi* pendere soleo. *Careo* olim cum genitivo. Terent. Heaut. *Tui* carendum quod erat. Et *egeo* cum accusativo. Cato apud Gell. lib. 13. c. 22. *Multa* egeo. Non utar.

Sextus ordo neutrorum.

Ablativus cum praepositione a, vel ab post verbum.

Quaedam verba neutra, ut passionem significant, ita passivorum more construuntur: quae et *neutro-passiva* dicuntur. Quint. l. 9. c. 2. Ita testis in reum rogatur, an ab eo fustibus *vapulasset*. Idem l. 12. c. 2. Fabricius respondit, a cive se spoliari malle, quam ab hoste *venire*.

Vapulo,	las,	lavi,		latum,	*esser battuto.*
Veneo,	is,	nivi,	vel nii,	num,	*esser venduto.*
Fio,	fis,	factus	sum,		*esser fatto.*

Appendix I. gen. pro media classe.

I. *Fio* eleganter cum ablativo sine praepositione jungitur, sed alia significatione. Terent. Andr. act. 5. Nunc primum audio, quid *illo* sit factum. Interdum additur praepositio *de*. Cic. Att. l. 2. ep. 5. Quid *de P. Clodio* fiat, rescribe. Jungitur etiam, sed raro admodum, cum dativo. Plaut. Bacch. Quid *mihi* fiet postea?

II. Participium *futurus* eodem sensu eosdem casus postulat. Terent. Heaut. Quid *me* futurum censes? Cic. ad Paet. lib. 9. Fac, ut sciam, quid *de nobis* futurum sit. idem Philipp. 2. Vide, quaeso, Antoni, quid *tibi* futurum sit.

III. Verbum *facio* eodem modo usurpatur a doctis, quo verbum *fio*. Cic. act. 2. in Verr. lib. 1. Quid *hoc homine* faciatis? Idem pro Caecin. Quid tu *huic homini* facias?

1 *Exulo* est privari patria: *liceo* est in auctione aestimari: utrumque aut absolute, aut cum communibus casibus usurpatur, ut exulo Rhodi, a patria: domus licet plurimi. Terent, Eun. act. 3. Domo exulo, Horat. lib. 1. Sat. 6. Unius assis, nonnunquam pretio pluris licuisse. Neutrum tamen cum ablativo personae agentis legimus. Dic ergo: in exilium pellor a judice: Caesar domum licitus est, *liceor* enim deponens passiva voce active significat, de quo in tertio ordine deponentium.

CAPUT V.

DE CONSTRUCTIONE VERBI COMMUNIS

Pro superiore ordine infimae classis.

Verbum commune est quod or syllaba tantum finitum, activi simul et passivi significationem habet. Quamquam vix fortasse sunt hodie verba, quae etiam in praesenti, et imperfecto in utramque partem usurpentur. Quae igitur activa significatione usurpantur, activorum more accusativum; quae vero passiva, passivorum more, sextum casum admittunt. Cic. Act. 3. in Verr. l. 2. Cum agros maximos, ac feracissimos depopularetur. Liv. Dec. 4. l. 7. Omnis ora maritima ab Achaeis depopulata erat.

Depopulor, aris, atus sum, *saccheggiare, ed essere saccheggiato.*
Aggredior, eris, essus sum, *assalire, ed essere assalito.*
Hortor, aris, atus sum, *esortare, ed essere esortato.*
Aspernor, aris, atus sum, *disprezzare, ed essere disprezzato.*
Dimetior, iris, ensus sum, *misurare, ed esser misurato.*
Dignor, aris, atus sum, *riputare, ed esser riputato degno.*

Cic. ad Nepot. apud Priscian. lib. 8. Hoc restiterat etiam, ut a te fictis aggrederer donis. Varro apud eumdem. Ab amicis hortaretur. Tacit. lib. 12. Inducunt sententiam expromere, qua hortaretur Clodius Octaviam despondere Domitio. Cic. apud eumdem Prisc. Qui habet ultro appetitur, qui est pauper aspernatur, idest *spernitur.*

Hirtius de Bello Africano. Regem. vagum *ab omnibus* aspernari. Cic. 2. de Invent. Observantia est, per quam homines aliqua dignitate antecedentes cultu quodam, et honore dignantur. Idem 1. Offic. O domus antiqua, quam dispari domino dominaris! Plura exempla veterum in verbis *vereor*, *utor*, *consolor*, et aliis affert Gellius lib. 15. cap. 13. Plurima item Priscian. lib. 8. in verbis *adulor*, *consequor*, et aliis quamplurimis, quae nunc sunt deponentia. Quae notanda videntur potius quam imitanda. Itaque tyrones praesenti maxime, et imperfecto, et ab his derivatis temporibus, significatione passiva abstinebunt.

Appendix I. gen. pro media classe.

I. Participia praeteriti temporis, et quae inde nascuntur tempora, hoc est perfectum et plusquam perfectum per omnes modos, et futurum conjunctivi usitatiora sunt quam cetera tempora in passiva significatione. Hujusmodi sunt *complexus*, *confessus*, *comitatus*, *dignatus*, *dimensus*, *dilargitus*, *ementitus*, *expertus*, *interpretatus*, *largitus*, *meditatus*, *populatus*. *depopulatus*, *testatus*, et cet. Cic. de Senect. *A quo* essent illa dimensa, atque descripta. 2. de Invent. Qui *tali honore* dignati sunt. Liv. lib. 45. Amicum *ab ipso* per tot casus expertum. Terent. Phorm. act. 1. Meditata sunt *mihi* omnia mea incommoda. Cicer. pro Sext. Rosco. Uno maleficio scelera omnia *complexa esse* videntur. Idem apud Priscian. Cupio eum tam invidiosa fortuna *complecti*. Nisi forte haec sint ab activo *plecto*, ex quo passive *implexus*, *perplexus*. Sic fortasse *complecti*, et *complexa*, scilicet *involuta*, *implicita*.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. *Abominatus*, *blanditus*, *commentus*, *detestatus*, *dominatus*, *oblitus*, *veneratus*, et si qua sunt alia, a poetis usurpata invenies significatione passiva. Cicer. etiam pro Planc. *Blandita* dixit populi suffragia, hoc est *blanditiis impetrata*.

DE CONSTRUCTIONE VERBI DEPONENTIS

Pro superiore ordine infimae classis.

Verbum deponens est, quod or syllaba tantum finitum, activi, vel neutri significationem habet: ut sequor, utor, morior.

Primus ordo deponentium. Genitivus post verbum.

Quaedam verba deponentia post se genitivum casum adsciscunt. Att. l. 4. ep. 5. Qui misereri *mei* debent, non desinunt invidere. Id. pro Planc. *Hujus meriti* in me recordor.

Misereor,	eris,	ertus	sum,	*aver misericordia.*
Obliviscor,	eris,	oblitus	sum,	*dimenticarsi.*
Recordor,	aris,	atus	sum,	*rammentarsi.*
Reminiscor,	eris,			*rammentarsi.*
Potior,	iris,	titus	sum,	*impadronirsi.*

Appendix I. gen. pro media classe.

Obliviscor, *recordor*, *reminiscor* etiam accusativum postulant. Cic. Phil. 8. *Omnia* obliviscor, in gratiam redeo. 8. ad Att. ep. 12. Recordor *tua consilia.*

Appendix II. gen pro suprema classe.

I. Misereor perraro dativum admittit. Senec. lib. 2. Contr. 2. Misereor *tibi*, puella. Vix usurpaverim.

II. Potior genitivos certos videtur admittere, ut *potiri rerum*, *hostium*, *regni*. Cic. lib. 1. epist. 7. Si exploratum tibi sit posse *illius regni* potiri. Et epist. 8. Qui potiuntur *rerum*. Interdum alios. Cum ablativo est ordinis septimi.

III. Recordor non raro ablativum cum *de*: Cic. in Rull. Si recordari volueris *de novis nominibus*. Pro Syll. Recordare *de ceteris*. Vide 2. ord. neut.

IV. Prisci, ut docet Nonius *vereor* genitivo adjungebant. Terent. Phorm. act. 5. Neque *hujus* sit veritus *foeminae primariae*. Nunc accusativo tantum adjungitur.

Secundus ordo deponentium. Dativus post verbum.

Quaedam verba deponentia post se dativum exigunt. Ea fere *adulationem*, *auxilium*, eaque omnia significant, quae verba neutra tertii ordinis. Cic. Pro Sylla: Ego vero *quibus ornamentis* adversor *tuis*?

Adversor,	aris,	atus sum,	*esser contrario.*
Adulor,	aris,	atus sum,	*adulare.*
Assentor,	aris,	atus sum,	*adulare.*
Assentior,	iris,	ensus sum,	*acconsentire.*
Auxilior,	aris,	atus sum,	*ajutare.*
Blandior,	diris,	ditus sum,	*accarezzare.*
Gratificor,	aris,	atus sum,	*far servigio, o piacere.*

ancillor; *famulor*, *illacrimor*, *innitor*, *irascor*, *medeor*, *moderor*, *morigeror*, *obsequor*, *praestolor*, *suffragor*.

Appendix I. gen. pro media classe.

I. *Praestolor*, *adulor*, *moderor*, *medicor* etiam accusativo junguntur: sed *praestolor* frequentius accusativo: *adulor*, et *medicor*, frequentius dativo: *moderor* aeque utrique casui. Cic. 1. in Cat. Qui *tibi* ad forum aurelium praestolarentur armati. Ter. Eun. act. 5. *Quem* praestolare, Parmeno, hic ante ostium? Col. lib. 7. c. 12. Illi quoque *furem* adulantur. Tac. l. 16. Nec *Neronem* adulatus est. Quintil. lib. 9. cap. 3. Itaque *huic*, non *hunc* adulari jam dicitur. Cic. 5. in Verr. Venti, et tempestates *res rusticas* moderantur. Id. l. 1. ad Q. Frat. Moderari *animo* et *orationi*, cum sis iratus, non mediocris ingenii est. Plaut. Mostel. Ego *istum* lepide medicabor *metum*. Virg. lib. 7. Darnaniae medicari cuspidis *ictum*. Terent. Andr. act. 5. Ejus dolore *gnato* ut medicarer *tuo*. Plin. act. 25. c. 2. Ut *omnibus malis humanis* illius medicetur majestas.

Appendix II gen. pro suprema classe.

I. *Medeor* cum accusativo. Ter. Phor. act. 3. Cupiditates, *quas* paulo mederi possit. Vix usurpaverim.

II. *Dominor* dativo jungi videtur. 1. AEneid. victis dominabitur *Argis*. Et. 3. AEneid. *cunctis* dominabitur

oris: et alibi. Utar potius ablativo, aut accusativo cum praepositione *in*, si referatur ad personas. Tusc. 1. Dominans ille *in nobis* Deus. Sulpic. Fam. l. 4. ep. 12. Casus, et natura *in bonis* dominatur. Cic. de Senect. Senectus usque ad extremum dominatur *in suos*. Luc. lib. 5. mentes dominatur *in aequas*. Ablativo tantum, si ad loca. Cic. pro Caecin. Nimia ista, quae dominatur *in civitate*, potentia. 2. AEneid. victa Danai dominantur *in urbe*.

III. *Adulo* interdum active. Valer. lib. 4. cap. 3. Si tu ista esse velle, non *adulares* Dionysium. Lucr. lib. 5. Longe alio pacto gannitu vocis *adulant*. Cic. Tusc. 2. Nostrum *adulat* sanguinem. Hinc passive 1. Offic. Neque *adulari* nos sinamus.

Tertius ordo deponentium. Accusativus post verbum.

Quaedam verba deponentia post se accusandi casum postulant. Cic. Att. l. 9. Hi quidem *mera scelera* loquuntur. Id. 3. de Nat. Deor. Deus *terram* tuetur, *maria* moderatur.

Abominor,	aris, atus sum,	*avere in abbominazione.*
Adipiscor,	eris, eptus sum,	*acquistare.*
Adorior,	iris, ortus sum,	*assaltare.*
Admiror,	aris, atus sum,	*maravigliarsi.*
Alloquor,	eris, utus sum,	*abboccarsi.*
Assequor,	eris, utus sum,	*arrivare, e conseguire.*
Imitor,	aris, atus sum,	*imitare.*
Loquor,	eris, utus sum,	*parlare.*
Liceor,	eris, licitus sum,	*offerire il prezzo nel-*
Licitor,	aris, tatus sum,	*l' incanto.*
Mereor,	eris, itus sum,	*meritare.*
Ulciscor,	eris, ultus sum,	*vendicarsi.*

Adulor, *aversor*, *aemulor*, *aucupor*, *calumnior*, *comitor*, *consolor*, *conspicor*, *contemplor*, *criminor*, *demolior*, *deprecor*, pro valde precor, *detestor*, *execror*, *experior*, *exequor*, *exordior*, *fateor*, *fabricor*, *hortor*, et composita, *iaculor*, *inficior*, *intueor*, *lamentor*, *lucror*, *machinor*, *medicor*, *meditor*, *mentior*, pro imitor, *mercor*, *mereor*, et composita, *metior*, *miror*, *miseror*, *moderor*, *molior*,

moror, *nanciscor*, *obtestor*, *opperior*, *ordior*, *osculor*, *patior*, *periclitor*, hoc est experior, *persequor*, *populor*, *praedor*, *praemeditor*, *praestolor*, *precor*, *profiteor*, *prosequor*, *queror*, *conqueror*, *rimor*, *recordor*, *reminiscor*, *remoror*, *reor*, *scrutor*, *sequor*, et composita praeterque, *sector*, et composita, *solor*, *suspicor*, *testor*, et composita, *testificor*, *tutor*, *tueor*, *veneror*, *vereor*, hoc est colo, et alia.

Appendix I. gen. pro media classe.

I. *Indignor* accusativo rei jungitur. Quintil. l. 2. Quidam indignantur *imperia*. Virg. AEn. 8. *Pontem* indignatus Araxes.

II. *Precor* etiam in ablativo cum praepositione *a*, vel *ab* Cic. pro Mur. Quae precatus sum *a diis immortalibus* Id. de Amic. Precari *ab indigno*.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. *Bene mereri*, vel *male mereri* de aliquo est ei commodare, vel incommodare. Cic. l. 1. ep. 9. Erat infinitum, *bene* de me *meritos* omnes nominare. Id. lib. 1. de Fin. *Male*, credo, *mererer* de meis civibus.

II. *Queror* etiam *de hac re* dicimus. Sallust. in Catil. Saepe *de luxuria*, *atque avaritia* nostrorum civium questus sum. Sic *loquor*, et *fateor*. Cic. l. 1. ep. 6. *De quibus* eramus jam cum Pompejo loquuti. Idem. Qui cum *de scelere* fateretur.

III. *Liceor* seu *licitor* cum accusativo rei, quae in auctione venditur. 12. ad Att. epist. 36 Haeredes Scapulae istos *hortos* liceri cogitant. Additur et casus pretii, ut liceri tabulam *centum talentis*. Plin. l. 7. c. 38. Sic liceri *plurimi*, et cet.

Quartus ordo deponentium.
Accusativus cum dativo post verbum.

Quaedam verba deponentia, praeter accusativum, dativum poscunt. Cic. Philip. 11. Graecia tendit dexte-

ram Italiae, summque ei *praesidium* pollicetur. Act. 2. in Verr. *Ei* voce maxima *victoriam* gratulatur.

Gratulor, aris, atus sum, *congratularsi.*
Largior, iris, itus sum, *donar largamente.*
Minor, aris, atus sum, } *Minacciare.*
Minitor, aris, atus sum, }
Polliceor, eris, itus sum, *promettere.*

confiteor, *feneror*, idest fenori do, *furor*, *imprecor*, *inficior*, hoc est nego, *interpretor*, *partior*, *impertior.*

Appendix I. gen. pro media classe.

I. *Furor* etiam ablativum cum praepositione *a*, vel *ab* recipit. Cic. Attic. lib. 2. Furatum me *abs te* esse diceres.

II. *Gratulor* etiam tibi *in hac re.* Fam. lib. 4. *Qua in re* tibi gratulor. Et *de hac re.* Lib. 1. ep. 7. Quod mihi *de filia* gratularis. *Impertior* vero *te hac re* semel apud Ter. Adelph. act. 3. Sed cesso *heram hoc malo* impertiri propere. Vix usurpavero.

Quintus ordo deponentium.
Accusativus cum ablativo post verbum.

Quaedam verba deponentia, praeter accusativum, ablativum postulant sine praepositione. Virg. Æn. 1. *haud* equidem *tali* me dignor *honore.* Cic. l. 8. ep. 8. Ut possem te remunerari quam *simillimo munere.*

Dignor, aris, atus sum, *riputar degno.*
Prosequor, eris, utus sum, *accompagnare.*
Muneror, arís, atus sum, *presentare*, *donare.*
Remuneror, aris, atus sum, *rimunerare.*

Sextus ordo deponentium.
Ablativus cum praepositione a, ab praeter accusativum post verbum.

Quaedam verba deponentia, praeter accusativum, ablativum cum praepositione *a*, vel *ab* postulant. Cic. pro

Sylla. Quam multorum hic vitam est *a L. Sylla* deprecatus?

Deprecor, aris, atus sum, *dimandare in gratia, e divertire il male pregando.*

Mercor, aris, atus sum, *comprare.*

Nundinor, aris, atus sum, *comprare, o vendere al mercato.*

Mutuor, aris, atus sum, *pigliare in prestito.*

Percontor, aris, atus sum, } *dimandare per sapere.*
Sciscitor, aris, atus sum, }

Cic. act. 2. in Verr. Is nullam a se calamitatem poterit deprecari. Ibid. Qui ab isto jus ad utilitatem suam nundinarentur. Idem Somm. Scip. Ego illum de tuo regno, ille me de nostra repubblica percontatus est.

Appendix I. gen. pro media classe.

I. *Percontor*, *et sciscitor*, seu *scitor* (nam utroque modo dici potest) etiam ablativum personae cum praepositione *ex* admittunt. Cic. 1. de Nat. Deor. Epicuri *ex Vellejo* sciscitabar sententiam. Id. de Clar. Or. Cum Theophrastus percontaretur *ex anicula quadam*, quanti illud venderet. *Mercor* etiam cum *de*. Pro Flacc. Fundum mercatus est *de pupillo.*

II. *Mutuor* de iis dicitur, quae non redduntur eadem, ut de pecunia, tritico, etc. Plaut. Most. Decem minas a patre mutuatus est. Saepe translate sumitu. 2. Tusc. A viris virtus est nomen mutuata.

Septimus ordo deponentium. Ablativus post verbum.

Quaedam verba deponentia post se ablativum postulant. Cic. pro Sext. Rosc. Commoda *quibus* utimur, lucem *qua* fruimur, spiritum quem ducimus, a Deo nobis dari, atque impertiri videmus. 2. de Invent. Si *eo portu* potiti essent.

Utor, eris, usus sum, *servirsi, usare.*

Abutor, eris, usus sum, *servirsi male, abusare.*

Fruor, eris, uitus sum, *godere.*

Nitor , eris , sus , vel xus sum , *appoggiarsi.*
Oblector , aris , atus sum , *prendersi piacere.*
Potior , iris , itus sum , *godere* , *e impadronirsi.*
Vescor , eris , *cibarsi.*
fungor , *perfungor* , *defungor* , *delector* , *glorior*, *periclitor* ,

Appendix I. gen. pro media classe.

I. *Nitor* , *glorior* , *delector* praepositionem *in* interdum ablativo addunt. Cic. pro Mil. *In* cujus *vitā* nititur salus civitatis. De Nat. Deor. lib. 3. *In virtute* recte gloriamur. 1. de Fin. Quae manus significat , illum *in hac* esse *rogatiuncula* delectatum.

II. *Periclito* , cum est *periculum subeo* , ablativum postulat. Mart. l. 6. Periclitatur *capite* Sotades noster. Sic periclitor *vita* , *fama* , ect. Periclitari autem *cancro* , vel *gelu* dixere Celsus , ac Plinius , idest propter cancrum , aut gelu. Sic *siti frigore* , ect. Cum accusativo est *periculum facere* , sive *experiri.* Cic. pro Quint. Omnia circumspexit Quintius , *omnia* periclitatus est.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. *Potior* , pro *frui* ablativo jungitur , ut potiri voluptate , pro *vindicare sibi* , seu *obtinere* , saepe etiam genitivo , ut potiri rerum , etc. Utroque sensu saepe , a poetis praesertim , etiam accusativo. Terent. Adelph. act. 5. sc. 4 Ille alter sine labore *patria* potitur *commoda.* Lucr. lib. 3. Homerus *sceptra* potitus.

II. *Vescor* , *funcor* , *utor* , *abutor* etiam cum accusativo , ut vesci caprinum jecur , Plin. lib. 11. cap. 37. Vesci *absinthium* , lib. 11. cap. 38. Functus *officium* , Ter. Adelph. act. 3. *Quae* volumus uti , Plaut. Casin. *Operam* abutitur , Ter. And. Prol. Quae videntur obsolevisse.

III. *Laetor et glorior* cum *de* : ut laetari de communi salute. Cic. pro Marc. Gloriari *de divitiis.* In Vatin. Laetor etiam *utrumque* , idest de utroque , vel propter utrumque. Cic. lib. 7. epist. 1. ad Marium.

CAPUT VII.
DE CONSTRUCTIONE VERBI IMPERSONALIS

Pro superiore ordine infimae classis.

Verbum impersonale est, quod prima et secunda persona utriusque numeri, et tertia multitudinis fere privatur, unde et nomen traxit, ut pudet, poenitet.

SCHOLION

De impersonalibus universe.

Sunt multa verba, quae pro casu posteriori habere possunt verbum cum suo casu. Cic. Epist. Famil lib. 14. epist. 4. Et sic existimes, vehementius me tua miseria commoveri, quam mea. Etiam membrum orationis pro casu posteriori. Cic. ibid. epist. 5. Neque sum admiratus, hanc epistolam, quam Acastus attulit, brevem fuisse. Hujusmodi exempla passim occurrunt.

Dicta sunt *impersonalia*, quod destituantur praecipuis personis prima, et secunda. Quae vero tertiae personae formam habent, ut *pudet*, *itur*, per eas, pronominibus addictis, primas quoque secundasque personas significari docet Diomedes lib. 1. ut pudet me, te, illum, nos, vos, illos; itur a me, a te. etc.

Duplicis ea sunt generis; quaedam activae vocis, ut *piget*; quaedam passivae, ut *egetur*. Utrumque genus in duo rursum genera dividit auctor. Quaedam appellat *infinita*, quae nec persona certa *sermonis* prima et secunda, quae sunt verbi ipsius propria quasi membra, nec ullo nominandi casu agentis, aut patientis verbi extrinseco, quam personam *constructionis* appellat, definiuntur: ut Terent. Phorm. act. 5. Nostrapte culpa facimus, ut malos expediat esse. Virg. l. 6. Itur in antiquam silvam. Quaedam appellat *finita*, quae casum habent ante se, quo casu addito certus et numerus, et persona definitur: ut Plaut. Stich. Facite, quod vobis lubet. Martial. lib. 13. Tota mihi dormitur hiems. Quae, quamvis a nonnullis dicantur personalia, sunt tamen auctori impersonalia: quia eorum primae, secundaeque personae non sunt in usu.

Primus ordo impersonalium. Quae absolute ponuntur.

Quaedam verba impersonalia absolute ponuntur. Cic. de Div. Si fulserit, si tonuerit.

Fulget,	bat,	lsit,	*balenare,*
Fulgurat,	bat,	avit,	
Grandinat,	bat,	avit,	*grandinare.*
Ningit,	ebat,	xit,	*nevicare*
Pluit,	ebat,	pluit, vel pluvit,	*piovere.*
Tonat,	bat,	uit,	*tonare.*

Appendix I. gen. pro media classe.

I. His tamen interdum vel aperte additur nominativus rei, quae pluviam, tonitru, aut quid simile ciet. Virg. Æn. 9. *Coelum* tonat omne fragore. Idem Geor. 1. Zephyrique tonat *domus*. Vel oculte subintelligitur *Deus*, aut *natura*, aut aliquid ejusmodi.

II. Exprimitur in eodem casu res, quae pluendo decidit. Plin. lib. 2. cap. 56. *Effigies*, *quae* pluerat, spongiarum fere *similis* fuit. Virg. 4. Georg. Nec de concussa tantum pluit ilice *glandis*. Tibull. lib. 2. *Multus* ut in terras deplueretque *lapis*. Stat. 8. Theb. *Saxa* pluunt.

III. *Pluit* ablativum fere post se habet. Liv. lib. 1. Nunciatum est regi, in monte albano *lapidibus* pluisse. Idem Dec. 3. lib. 4. Saturniae nunciatum erat, *sanguine* per triduum pluisse, Oximi pluisse *terra*. Plin. l. 2. c. 56. Relatum in monumenta est, *lacte*, et *sanguine*, pluisse Et saepe alias *carne*, *ferro*, *lateribus coctis*, etc. Val. l. 1. c. 6. In Piceno *lapidibus* pluisse. Sic *ningit*. Luc. l. 2. Ninguntque rosarum *floribus*.

IV. Accusativo *pluit* vix jungitur. Cic. 2. de Div. *Sanguinem* pluisse, senatui nunciatum est. Nisi vel hic sit casus infinitivi, vel *sanguine* legatur, ut in Thes. Liv. l. 40. seu Dec. 4. lib. 10. In area Vulcani, et Concordiae *sanguinem* pluit. Rarum id, si locus mendo caret: nam alioqui pluere *lapidibus*, *imbre*, *lapide*, *lacte*, *terra*, *sanguine*, etc. nusquam non apud Livium obvia sunt.

Secundus ordo impersonalium.
Genitivus post impersonale.

Quaedam verba impersonalia postulant ante se nominativum, vel loco nominativi aliquam orationis partem, praesertim vero infinitum, post se genitivum. Cic. 2. ad Quint. Fr. Hoc vehementer interest *reipublicae*. Fam. l. 3. ep. 5. *Utriusque* nostrum magni interest, prius ut te conveniam quam decedas. Idem 2. de Fin. Interest *omnium* recte facere. 1. Off. *Adolescentis* est majores natu vereri.

Est,	erat,	fuit,	*appartenere, o esser ufficio.*
Interest,	erat,	fuit,	} *importare, o appartenere.*
Refert,	ebat,	tulit,	}

Appendix I. gen. pro media classe.

I. Interest, et refert, et pleraque impersonalia tertii, quarti, et quinti ordinis hos fere nominativo libentius admittunt, *hoc*, *istud*, *illud*, *id*, *idem*, *quod*, *quid*, *nihil*. Cic. pro Syll. Vestra enim *hoc* maxime interest. Ad Brut. l. 2. Tua *istud* refert maxime. Pro Leg. Man. *Illud* parvi refert. De Or. lib. 2. Si tibi *id* minus libebit. In Verr. 6. Non *idem* mihi licet, *quod* iis, qui nobili genere nati sunt. Acad. 1. Si habes, *quod* tibi libeat. Pro Marc. Multi dubitabant, *quid* sibi expediret. Horat. lib. 2. Sat. 6. *Nil* me poeniteat fanum patris hujus.

II. Pro genitivo rei inanimatae, saepe *interest* accusativum cum praepositione *ad* adsciscit. Cic. lib. 5. ep. 12. *Ad nostram laudem* non multum video interesse. Et lib. 16. epist. 3. Magni *ad honorem nostrum* interest.

III. Etiam pro genitivo hos ablativos *mea*, *tua*, *sua*, *nostra*, *et vestra*, Cic. lib. 16. ep. 3. Et *tua*, et *mea* maxime interest, te valere. Idem l. 2. ep. 4. Si quid esset, quod eos scire aut *nostra*, aut *ipsorum* interesset. Terent. Hec. act. 5. *Tua* quod nihil refert, percontari desinas.

IV. *Cuja*, vel *cujus* interest dicitur. Cic. pro Mil. Ea caedes, si potissimum crimini datur, datur ei, *cuja*

interfuit, non ei, *cuja* nihil interfuit. Id. Phil. 1. Quis enim est hodie, *cujus* intersit istam legem manere? Hoc vero usitatius.

V. Verbum *est*, pro ablativis *mea*, *tua*, *sua*, *nostra*, et *vestra*, habet *meum*, *tuum*, *suum*, *nostrum*, et *vestrum*. Lib. 6. ep. 5. Puto esse *meum*, quid sentiam, exponere, 2. de Fin. Si memoria forte defecerit, *tuum* est, ut suggeras.

VI. *Magni*, *parvi*, *tanti*, *quanti* in genitivo cum *interest*, et *refert*, 2. ad Att. ep. 23. *Permagni* nostra interest, te esse Romae. Ad Q. Fr. lib. 1. epist. 1. *Parvi* refert abs te jus dici. Ulpian. ff. de furt. lib. 22. Si *tanti* interfuit. Paulus ibid. l. 28. *Tanti* tenetur, *quanti* domini interfuit.

VII. Cetera ejusmodi per adverbium redduntur, ut multum, permultum, plurimum interest; maxime, magnopere, vehementer refert. Sic parum, paulum; minime, tantulum, aliquantulum; tantopere quantopere, etc.. Cic. lib. 12. ep. 9. *Multum* interest, te venire. Idem ad Brut. ep. 9. *Quantopere* intersit, opprimi Dolabellam, profecto intelligis.

Appendix II. pro suprema classe.

I. *Quantum*, pro *quanti*, apud Ciceronem invenies. Pro Mur. Ostendam alio loco, *quantum* salutis communis intersit, duos consules esse. Pro Mil. Semper ille, *quantum* interesset P. Clodii se perire, cogitabat.

II. *Tantum*, pro *tanti*, apud Plin. lib. 2. c. 16. *Tantum* interest, subeant radii, an superveniant.

Tertius ordo impersonalium. Dativus post impersonale.

Quaedam verba impersonalia, quorum multa *eventum*, vel *commodum* fere significant, postulant ante se nominativum, vel aliquam orationis partem, praesertim vero infinitum, loco nominativi; post se vero dativum Ter. Adelph. act. 5. Facite, *quod* vobis libet. Cic.

l. 16. ep. 1. Mihi placebat, *ut Leucadem deportares*, Tusc. 5. *Peccare* nemini licet.

Accidit,	bat	dit,	}	*accadere*, e *occorrere*.
Contingit,	gebat,	tigit,	}	
Evenit,	iebat,	venit,	}	
Licet,	ebat,	cuit, vel licitum est,		*esser lecito*.
Libet,	ebat,	buit, vel libitum est,	}	*piacere*.
Placet,	ebat,	cuit, vel placitum est,	}	
Vacat,	abat,	avit		*aver tempo*.

Benevertit, *malevertit*, *cadit*, *conducit*, *confert*, *constat*, *competit*. *convenit*, *displicet*, *dolet*, *expedit*, *incessit*, *incidit*, *liquet*, *obtingit*, *obvenit*, *patet*, *praestat* pro satius est, *restat*. *succedit*, *superest*, *sufficit*, *suppetit*, *superat*, et *suppeditat* pro suppetit, *stat*, *sedet* pro placet, *usuvenit*.

Liv. l. 3. *Quod beneverteret ipsi*, *reique publicae*. *Cic. l.* 13. *ep.* 48. *Quod tuae laudi conducere arbitror. In Pison. Emori potius, quam servire praestat. Et l.* 9. *ep.* 2. *Stet nobis illud*, *una vivere in studiis nostris. AEn.* 5. *Idque pio sedet AEneae.*

Appendix I. gen. pro media classe.

I. Quaedam horum verborum personalia sunt, et utroque numero cum quovis nominativo personae tertiae efferuntur. Suet. in Caes. Cetera item, quae cuique *libuissent*. 5. Tusc. Ut ambitioni, et quotidianis sumptibus copiae *suppetant*. Quint. l. 1. c. 2. *Confert* admirationi multum infirmitas. Sall. Jug. Metello Numidia *evenit*. Cic. l. 9. ep. 21. Timebam, ne *evenirent* ea, quae *acciderunt*. De Sen. Eadem mihi *usuveniunt*. Virg. Ecl. 10. Nec carmina nobis Ipsa *placent*, et cet.

II. *Conducit* interdum, *confert* fere semper, pro dativo rei inanimatae, admittunt accusativum cum *ad*. Cic. 1. Offic. Cum consultant, conducat id necne *ad vitae commoditatem*. Quintil. lib. 1. cap. 4. Comaedia plurimum *ad eloquentiam* confert. Verum *confert* dativo personae (ut id *mihi* confert) non jungitur.

III. Infinitum *esse*, accedente verbo *licet*, dandi, vel accusandi casum post se postulat. Cic. Tuscul. 1. Licuit *otioso* esse Themistocli, licuit Epaminondae.

Ad Att. lib. 1. ep. 14. Quo in genere mihi *negligenti* esse non licet. Idem pro Flacc. Cur his per te frui libertate, cur denique esse *liberos* non licet? Ad Att. lib. 10. ep. 6. Sedentes quid' erimus? nam *medios* esse non licet.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Idem infinitum *esse* cum ceteris verbis, quae dativo gaudent, accusativum habet. Ter. Heaut. act. 2. Vobis expedit esse *bonos*. Idem Phorm. act. 5. Nostrapte culpa facimus, ut *malos* expediat esse. Non raro tamen dativo jungitur. Quintil. lib. 11. cap. 1. Cui esse *diserto* vacet. Liv. lib. 21. Vobis necesse est *fortibus viris* esse. Hor. in Art. *Mediocribus* esse poetis, Non dii, non homines, non concessere columnae. Ovid. Met. 8. Vobis *immunibus* hujus Esse mali datur. Simile est illud Valer. lib. 3. c. 6 Sylla *chlamydato* sibi Neapoli ambulare turpe non duxit. Et lib. 5. cap. 4. *Maximo* tibi postea et *civi*, et *duci* evadere contigit.

II. *Incessit* impersonale dandi, vel accusandi casum admittit. Val. Prol. Nec *mihi* cuncta complectendi cupido incessit. Liv. lib. 1. Gravior cura *patribus* incessit. Frequentius accusativum. Liv. lib. 1. Timor deinde *patres* incessit. Et lib. 24. *Ipsum* ingens cupido incesserat Tarent. potiundi. Cum praepositione. Terent. And. act. 4. Intelligo, unde nova religio *in te* isthaec incessit.

III. *Accidit*, *contingit*, *evenit*, *usuvenit*, et alia quae eventum significant apud oratores fere infinitum respuunt, et subjunctivo modo cum conjunctione *ut* gaudent. 3. in Verr. Accidit *ut* ille eo die Lampsacum *veniret*. Lib. 2. ep. 1. Si ei contigisset, *ut* te ante *videret*, quam e vita discederet. 2. de Or. Forte evenit, *ut* in Privernati *essemus*. 1. de Fin. Ex eo credo quibusdam usuvenire, *ut abhorreant* a latinis.

Quartus ordo impersonalium.
Accusativus post impersonale.

Quaedam verba impersonalia postulant ante se nominativum, vel loco nominativi aliquam orationis partem,

praesertim vero infinitum, post se accusativum. Cic. in Brut. Decet hoc *illum* nescio quo modo. Id. 2. ad Q. Frat. ep. 12. Te esse animo hilari, valde *me* juvat. Id. de Orat. In quibus neque abesse quidpiam decet, neque *redundare*.

Decet,	bat,	cuit,	*convenire.*
Dedecet,	bat,	cuit,	*disconvenire.*
Delectat,	bat,	avit,	*dilettare.*
Juvat,	bat,	juvit,	*giovare.*

Appendix I. gen. pro media classe.

I. Haec quoque verba non raro utroque numero cum quovis nominativo tertiae personae usurpantur. Cic. Offic. Quam te aliena *deceant.* Plaut. Most. Satin' haec me vestis *deceat?* Sen. l. 2. de Benef. Te omnia *dedecent* Cic. lib. 2. ep. 7. Me status hic reipublicae non *delectat.*

II. Verbum *oportet* accusativum post se non postulat, cum verbum sit absolutum atque intransitivum: quod modo nominativum aperte habet. Ter. Heaut. act. 3. sc. 2. *Haec facta* ab illo oportebant. Cic. pro Corn. Est *aliud*, *quod* non oporteat, etiamsi liceat. Modo membrum orationis, loco nominativi. Phil. 7. *Irritari Antonium* non oportuit. Modo eleganter conjunctivum modum absque ulla conjunctiva particula. Cic. de Orat. l. 1. Ex rerum cognitione *efflorescat*, et *redundet* oportet oratio. Verum numero multitudinis usurpandum non videtur.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

Fugit, *latet*, *praeterit*, *fallit*, cum impersonaliter usurpantur, huc revocanda sunt. Ad Quint. Fratr. lib. 2. ep. 11. De Caesare fugit me ad te scribere. Plin. l. 2. c. 20. Latet plerosque superiorum trium siderum ignes esse, qui fulminum nomen habeant. Cic. l. 13. ep. 65. Non me praeterit, nos eam rem Ephesi expertos esse. Ad Att. 3. ep. 23. In lege nulla esse ejusmodi caput, te non fallit.

Quintus ordo impersonalium.
Accusativus cum praepositione ad post impersonale.

Quaedam verba impersonalia postulant ante se nominativum, vel loco nominativi aliquam orationis partem, praesertim vero infinitum, post se accusativum cum praepositione *ad*. Cic. pro Sex. Rosc. Hoc *ad me* nihil attinet. Id. de Div. lib. 2. *Ad rem* pertinet, quomodo caelo affecto quodque animal oriatur. Id. pro Font. *Ad rempublicam* pertinet viam domitiam munire.

Attinet,	nebat,	nuit,	*appartenere.*
Pertinet,	nebat,	nuit,	
Spectat,	abat,	vit,	

Appendix I. gen. pro media classe.

Haec quoque verba utroque numero, et cum quovis nominativo tertiae personae saepius efferuntur. Cic. 5. Offic. Beneficia, quae ad singulos *spectant*, et ad universos *pertinent*. Pro Sext. Ad quem suspicio maleficii *pertineat*.

Sextus ordo impersonalium. Genitivus ante impersonale.

Quaedam verba impersonalia postulant ante se fere genitivum, vel aliquam orationis partem, praesertim infinitum, post se accusativum. Plaut. Trin. Miseret *te aliorum* : *tui te* nec miseret, nec pudet. Cic. 1. Off. Quoad *te* quantum proficias, non poenitebit. Ad Q. Fr. l. 2. Non *me* hoc dicere pudebit.

Miseret,	ebat,	ertum est,	*aver misericordia.*
Miserescit,	ebat,		
Piget,	ebat,	guit,	*rincrescere.*
Poenitet,	ebat,	tuit,	*pentirsi, o attristarsi.*
Pudet,	ebat,	duit,	*vergognarsi.*
Taedet,	ebat,	pertaesum est,	*rincrescere.*

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Quinque haec verba videntur quondam fuissse deponentia. Cujus rei argumento est carmen Turpilii apud Nonium. Quam matris, nunc patris non miseretur

magis. Hinc illa *misertum est*, *pigitum est*, *puditum est*, *pertaesum est*. Ex quibus duo illa *pigitum*, *puditum est* paene obsoleverunt. Quamquam Cic. dixit Orat. pro Flac. Nonne *esset puditum* non modo legatum, sed Trallianum omnino dici Maeandrum? Stat. l. 7. Nec *pigitum* parvosque lares, humilesque subire. Hinc passive *poenitendus*, *pudendus*, *pigendus*, ut diximus l. 1. cap. 13. et 14. Colum. lib. 2. c. 2. Hic ager colono est *poenitendus*.

II. Verbum *vereor* apud veteres hujus ordinis impersonale erat. Pacuv. apud Non. Nihil ne *te populi* veretur? Accius Si *tui te* veretur *progenitoris*. Quos semel imitatus est Cic. de. Fin. lib. 1. Aristippi, Cyrenaicorumque omnium, *quos* non est veritum in voluptate summum bonum ponere.

III. In his ipsis verbis nominativum latere Priscianus lib. 8. docet ex Apollonio: v. g. pudet me tui, hoc est pudor me habet tui: miseret me tui, hoc est miseratio me habet tui. Crediderim potius verba haec figurate genitivum habere pro nominativo: nam justa et recta constructio est haec: Plaut. Stich. Et me quidem haec conditio nunc poenitet. Figurata vero, poenitet me hujus conditionis. Justa tamen exolevit, atque in ejus locum figurata successit. Huic locutioni similis est illa Cic. 5. de Fin. Venit mihi Platonis in mentem, idest Platonis recordatio.

IMPERSONALIA PASSIVÆ VOCIS

Pro superiore ordine infimae classis.

I. Verba impersonalia passivae vocis fiunt potissimum ex neutris in o absolutis, ut *statur*, *vivitur*, *curritur*, *itur*, *ventum est*: vel a plurimis tertii ordinis, ut *ignotum est*, *reclamatum est*: vel a nonnullis quarti, et quinti ordinis, ut *seritur*, *egetur*: vel ab activis ipsis si efferantur absolute, ut *fletur*, *amatur*.

II. Admittunt ante se ablativum cum *a*, vel *ab*; vel tacite cum absolute ponuntur, ut *egetur*, *statur*, intellige *a me*: *cessatum est*, nempe *a nobis*. Vel expresse

3. Off. Cum *a consulibus* male pugnatum apud Caudium esset. Id. l. ep. 6. 12. Nil est *a me* inservitum temporis causa. Id. pro Dom. sua. *Ab universo senatu* reclamatum est.

III. Post se habent suorum verborum casus. Cic. l. 1. ep. 2. Ejus *orationi* vehementer ab omnibus reclamatum est. 12. ad Att. *Huic* quoque *rei* subventum est a nobis Liv. l. 1. *Siccitate* eo anno laboratum est.

IV. Praeter ablativum, vel ejus loco dativum, non respuunt rectum. Plin. l. 17. ep. 10. Hoc modo plantantur *punica*. Idem l. 12. cap. 13. Metitur *cardamomum*. Et lib. 12. cap. 6. *Totus* hodie navigatur *occidens*. Quae impersonalia *finita* sunt, ut supra diximus, et differunt a passivis, quod eorum primae et secundae personae non sunt in usu: constructione non differunt.

SCHOLION

I. Impersonalia passivae vocis quaedam suapte natura personalia sunt, et primas ac secundas personas passivae vocis habere possunt, ut quae ab activis, et quibusdam neutris quarti ordinis fiunt: dicuntur tamen impersonalia, cum absolute sine ullis personis passiva voce efferuntur. Phil. 2. Ab hora tertia *bibebatur*, *ludebatur*, *vomebatur*. Ter. Andr. act. 1. In ignem posita est, *fletur*. Vide ibi Donatum.

II. Verba vero, quorum primae secundaeque personae passiva voce non sunt in usu, si tertiis personis nominandi casum adjunxeris, dicuntur impersonalia *finita*, quae certam personam *constructionis* habent. Ovid. 12. Metam. Nunc tertia *vivitur* aetas. Id. in epist. Noctes *vigilantur* amarae. Cic. Off. 1. Multa in republica *peccantur*. Pro Mur. Pugna accerrima *est* cum rege summa contentione *pugnata*. Sallust. Jugurt. Praelium male *pugnatum* a suis. Quia *vivor*, *vigilor*, *peccor*, *pugnor* in usu non sunt.

III. Ea igitur potissimum censentur impersonalia, quae primis secundisque destituta personis, non admittunt nominandi casum: siquidem privantur utraque persona et *sermonis*, et *constructionis*, nulloque certo numero, aut persona definiuntur, ideoque *infinita* appellantur, ut

initio hujus capitis diximus. Plaut. Pseud. Quid agitur? *egetur* acriter. Ter. Eun. act. 2. Quid agitur? *statur*. Idem Adelph. act. 4. *Cessatum est* usque adhuc. Et act. 3. *Ignotum est*, *tacitum est*, *creditum est*. Cic. 6. in Ver. *Curritur* ad praetorium. Ad Att. l. 2. ep. 1. Non *itum est* obviam, cum *iri* maxime debuit. Et lib. 10. Hic *maneri* diutius non potest. Virg. l. 6. Æn. *Ventum erat* ad limen. Ibid. *Itur* in antiquam silvam. Tac. l. 1. Postquam *turbatum* in castris accepere. Et alia.

CAPUT VIII.

DE COMMUNI OMNIUM VERBORUM CONSTRUCTIONE

Pro media classe grammaticae.

Hactenus de peculiari verborum constructione dictum est, deinceps de communi dicendum.

Status in loco.

Praeceptum I. De genitivo communi.

Propria pagorum, tum quae castella, vel urbes
Significant, ad ubi in patrio reddenda locantur;
Seu primo fuerint, sive ordine flexa secundo;
Ut jam sum Romae; cupio tecum esse Corinthi.

I. Propria pagorum, castellorum, urbium, vel oppidorum primae, vel secundae declinationis ponuntur in genitivo post quodvis verbum, si interrogatio fiat per adverbium *ubi*: sive, ut alii loquuntur, cum significatur *status in loco*. Cic. Att. l. 4. epist. 11. Egnatius *Romae* est.

Militiae, belli, domi, humi praedicta sequantur:
Sex adjuncta domi casu nectantur eodem.

II. Propriorum legem sequuntur appellativa quatuor *humi*, *belli*, *militiae*, *domi*, quorum postremo adjungi possunt adjectiva *meae*, *tuae*, *suae*, *nostrae*, *vestrae*, *alienae*. Cicer. Tusc. 5. Theodori quidem nihil interest *humi* ne, an sublime putrescat. 2. de Off. Quibuscumque rebus vel *belli*, vel *domi* poterunt, rempublicam augeant.

Lib. 4. ep. 7. Nonne mavis sine periculo *domi tuae* esse, quam cum periculo *alienae?* Liv. l. 1. Salubriora credebant *militiae*, quam *domi* juvenum corpora esse.

Nomina si ternae sint, vel pluralia, sextum
Poscit ubi: ut natus Carthagine, doctus Athenis.

III. Si propria tamen fuerint tertiae declinationis, vel pluralis numeri, sexto casu utendum est. Cicer. 1. de Div. *Babylone* paucis post diebus Alexander est mortuus. Ad Att. l. 9. ep. 12. Lentulum nostrum scis *Puteolis* esse. Et ad eumd. l. 16. Malo cum timore domi esse, quam sine timore *Athenis tuis*.

Insula, seu regio, provincia, cuncta locorum
Nomina praepositas gaudent adjungere partes.

IV. Nomina insularum, regionum, provinciarum, ceterorum denique locorum ablativum cum praepositione *in* fere desiderant. Ad Attic. lib. 6. epist. 6. Promitto tibi, si valebit, tegulam illum nullam *in Italia* relicturum.

V. Dativo *ruri*, vel ablativo *rure* utimur, cum hujus est loci. Plaut. Bacc. Si illi sunt virgae *ruri*, at mihi tergum domi est. Liv. lib. 4. Dec. 4. Morientem *rure* eo ipso die sepeliri se jussisse ferunt. Nonnunquam additur adjectivum. Horat. l. 4. ep. 28. interdum nugaris *rure paterno*.

VI. Genitivus *domi* illa sex tantum adjectiva admittit *meae*, *tuae*, *suae*, *nostrae*, *vestrae*, *alienae*: nam cum aliis in ablativo cum praepositione *in* ponitur. Ovid. Sustinet *in vidua* tristia signa *domo*.

VII. Quod interdum fit cum illis pronominibus. Plin. ad Cat. l. 3. Ille *in domo mea* saepe convaluit.

VIII. Cum substantivis autem utroque modo copulatur. Ad. Att. lib. 1. ep. 9. Clodius deprehensus *domi* Caesaris. Et ad eumd. lib. 2. ep. 7. Cum *in domo* Caesaris quondam unus vir fuerit.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Errant qui putant nomina tertiae declinationis dativo efferri. Nam Tibur, Anxur, apud veteres, etc. et

i litteris ablativum habuisse videntur; legimus enim utroque modo. Ad Att. l. 16. ep. 3. Nunc demum rescribo iis litteris, quas mihi misisti, convento Antonio *Tiburi*. Liv. Bel. Pun. l. 10. *Tibure* haud ita multo ante mortuus.

II. Quidam dubitant dicendum ne sit, Marcellus natus est *Romae nobilis urbis*, an *nobili urbe*. Cic. pro Arch. posteriore modo loquitur. Natus est Antiochiae *loco nobili*, et *celebri* quondam *urbe*. Idem praepositionem interposuit. Pro Rab. Neapoli *in* celeberrimo oppido. Id. Phil. 3. Albae *in* urbe opportuna. Plin. l. 2. ablativo utitur, praepositione praeposita. *In Noea* oppido Troadis.

Praeceptum II. De motu ad locum.

Quaestio si fiat per quo, responsa dabuntur
In quarto: quo vadis? eo Romam, Hispal, Athenas,
Brundusium. Rus, atque domum ceu propria reddes.

I. Si per adverbium *quo* fiat interrogatio, videlicet cum *motus ad locum* significatur, propria pagorum, castellorum, oppidorum, urbium accusativo sine praepositione efferuntur, cujuscumque sint declinationis, ac numeri: quibus adduntur illa duo *rus*, et *domus*. Ad Att. lib. 15. ep. 6. Epistolas *Catinam*, *Tauromenium*, *Syracusas* commodius mittere potero. Teren. Heaut. *Domum* revertor moestus. Idem Eun. *Rus* ibo. Cic. pro Arch. Eum *domum suam* receperunt. Curt. lib. 7. Qui remissi *domos* erant. *Rura* tamem in plurali cum praepositione. Liv. l. 9. Dec. 4. Jam ubi vos dilapsi domos, et *in rura vestra* eritis, et cet.

II. Nomina tamen insularum, regionum, provinciarum, et cet. accusativum cum praepositione *in*, vel *ad* desiderant. Cic. in Somm. Scip. Cum *in Africam* venissem.

Praeceptum III. De motu de loco, et per locum.

Responde in sexto, si qua? sive unde? rogaris.
Unde venis, Corydon, et qua tibi ducis eundum?
Rure, domo, Delphis, Epheso, Carthagine, Roma.

I. Si per *unde*, vel *qua* fiat interrogatio, hoc est si *motus de loco*, aut *per locum* significetur, in propriis

pagorum, castellorum, oppidorum seu urbium ablativo utemur sine praepositione: quibus adjungenda illa duo, *domus*, et *rus*: ad Attic. lib. 5. epist. 17. Accepi *Roma* sine tua epistola fasciculum litterarum. Terent. Eun. act. 5. Video *rure* redeuntem senem. Ad Att. lib. 5. epist. 15. Iter *Laodicea* faciebam, cum has litteras dabam in castra. Act. 5. in Verr. lib. 4. Adest legatus *domo* missus.

II. Nomina quoque verbalia interdum ejusmodi casus communes admittunt. Caes. 1. Bell. Gall. Ut *domum reditionis* spe sublata, paratiores ad omnia pericula subeunda essent. Philip. 4. Cum capitalem, et pestiferum *Brundusio* M. Antonii *reditum* timeremus. Et cum adverbio. Terent. Eun. act. 4. scen. 5. Quid *huc reditio* est?

Insula seu regio, provincia, cuncta locorum
Nomina praepositas gaudent adjungere partes.

III. Nomina insularum, regionum, provinciarum, ceterorum denique locorum praepositionem *ex*, si *motus de loco* significetur; sin autem *per locum*, praepositionem *per* fere desiderant. In Verr. Act. 3. l. 2. *Ex Sicilia* in Africam gradus imperii factus est romanis. Liv. l. 3. Dec. 4. Dum ipse terrestri *Per Hispaniam, Galliasque* itinere Italiam peteret.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Propria urbium, seu oppidorum saepe praepositionem recipiunt, praesertim si *motus de loco*, aut *ad locum* significetur. Ad Att. l. 9. *A Brundusio* nulla adhuc fama venerat. De Sen. Adolescentulus miles profectus sum *ad Capuam*. Liv. l. 1. Bell. Pun. Legati romani *ab Carthagine in Hispaniam* trajecerunt. Et alibi saepissime. Neque solum adhibetur praepositio *ad*, cum propinquitas adsignificatur: alioqui non dixisset Cicero pro Planc. *Brundusium veni, vel potius ad moenia*; satis enim fuisset, *Brundusium veni*. Tyrones tamen grammaticorum leges sequantur.

II. Propriis regionum, et insularum interdum demitur praepositio, praecipue a poetis, et historicis. Æn. 3.

Ibitis *Italiam*, portusque intrare licebit. Liv. I. 5. Dec. 5. Navigare *Cyprum* pergit Caes. Bell. Civ. lib. 3. Caesar num audisset Pompejum *Cypri* visum, et cet. pro Leg. Man. Africam exploravit, inde *Sardiniam* venit.

III. Certa nomina propria regionum, aut viarum, item quaedam appellativa ablativo sine praepositione eleganter efferuntur; quae alioquin accusativo cum praepositione *per* efferenda essent. Ad Q. Frat. lib. 1. epist. 1. Ita se gerant in istis asiaticis itineribus, ut si iter *appia via* faceres. In Verr. Act. 1. Multae mihi a C. Verre insidiae *terra*, *marique* factae sunt. Lib. 2. de Orat. *Toto foro* volitare. Pro Planc. Iter a Vibone Brundusium *terra* petere contendi. Ter. Adelph. act. 4. sc. 2. Praeterito *hac recta platea* sursum.

IV. *Vagandi* verbum hanc in primis elegantiam sibi vindicat. Phil. 10. Et nunc *tota Asia* vagatur, volitat, ut rex. Ad Att. l. 14. Spero jam tuto vel solum *tota urbe* vagari posse. Pro Font. Vagantur laeti, atque erecti passim *toto foro*.

Praeceptum IV. De dativo communi.

Omnia personae superaddere verba dativum,
Commoda cujus erunt, incommoda, gratia, possunt:
Ut tibi aras, seris, atque metis, tibi condis eidem.

Quodvis verbum admittit dativum ejus personae, in cujus gratiam commodum, vel incommodum aliquid fit. Plaut. Mil. *Tibi* aras, *tibi* occas, *tibi* seris, *tibi eidem* metis. Cic. lib. 15. ep. 6. Quidquid valebo vel auctoritate, vel gratia, valebo *tibi*. Et lib. 2. ep. 18. Si quid offenderit, *sibi* totum, *tibi* nihil offenderit.

Praeceptum V.
De accusativo, vel ablativo communi temporis.

Quamdiu junat quartum, vel sextum: ut quatuor annos
Ægra parens podagra jacuit, vel quatuor annis.

Tempus ablativo, vel accusativo casu effertur, si per *quamdiu* fiat interrogatio. Liv. l. 1. Romulus septem

et triginta regnavit *annos*. Plin. 7. c. 48. Masinissam sexaginta *annis* regnasse indubitatum est.

Ad quando sextus tantum respondet ubique:
Ut quando fient comitia? mense Decembri.

II. Sin vero per *quando* fiat interrogatio, ablativo utimur. Cic. de Arusp. Negotium magistratibus datum est *anno superiore*. Eodem utimur, cum praeteritum tempus a praesenti metimur, ut triennio ante. Ad Att. l. 10. ep. 4. Tempestatem ego quindecim *annis* ante prospexeram.

Appendix II gen. pro suprema classe.

I. Ablativus interdum *intra* significat, ut paucis diebus, biduo, triduo: pro intra paucos dies, intra biduum, intra triduum. Pro Mil. Clodius respondit, *triduo* illum, ad summum *quatriduo* periturum.

II. Si per *quamdiu* fiat interrogatio, frequentius utimur accusativo quam ablativo: quippe cum spatium temporis, sive tempus continuatum significetur. Cic. Act. 3. in Ver. l. 2. Provinciam *triennium* obtinuisti. Et l. 15. ep. 4. *Biduum* Laodiceae fui. Et lib. 16. ep. 1. *Duas oras* Thyrei fuimus. Liv. lib. 1. Regnavit Ancus *annos* quatuor et viginti.

Praeceptum VI. De accusativo, vel ablativo spatii.

Vult quartum sextumve loci distantia casum:
Ut stadium distant, vel centum passibus hostes.

Cuivis verbo apponi potest accusativus, qui distantiam loci significet. Cic. l. 16. ep. 4. ad Tiron. Is locus es, citra Leucadem *stadia* viginti. Pro Sex. Rosc. Edixit ut urbe abesset *millia* passuum *ducenta*. Ad Attic. lib. 13. *Cubitum nullum* assiduo cursu processit. Liv. lib. 7. Bell. Maced. Mille et *ducentos passus* ibi latitudo patet.

II. Interdum ablativo scriptores utuntur. Caes. 1. de Bell. Gall. *Millibus* passuum sex a Caesaris castris sub monte consedit. Id. ibid. Ab exploratoribus certior

factus est Ariovisti copias a nostris *millibus* passuum quatuor et viginti abesse.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Frequentius tamen accusativo videtur efferri spatium loci, quam ablativo. In Ver. Act. 5. l. 3. Neque ab argento *digitum* discedere. Pro Dejot. Negat, se a te *pedem* discessisse.

II. Ipsum quoque spatii nomen in utroque casu adhibetur. Curt. l. 5. Aedificia fere *spatium* unius jugeri absunt. Colum. lib. 11. c. 3. Sulci lirarum inter se distent semipedali *spatio*.

III. Cum dicimus abesse bidui, tridui, quatridui *iter*, aut *via* intelligitur. Ad Att. l. 5. ep. 17. A castris aberam *bidui*. Saepe *iter*, aut *via* exprimitur. Fam. 15. ep. 4. Aberam ab Amano *iter* unius diei. Caesar. Bell. Gall. 1. Cum bidui *viam* processissent.

Praeceptum VII. De ablativo absoluto.

Sextus adhaerescit verbo cuicumque solutus:
Ut rex egreditur, procerum stipante caterva.

Quibuslibet verbis addi potest ablativus absolute positus. Ad. Att. lib. 5. epist. 5. Quae, *auctore te*, velle coepi, *adjutore* assequar. Idem ad eumdem l. 14. ep. 6. Scripsi haec ad te, *apposita secunda mensa*. De Clar. Orat. Ego cautius posthac historiam, *te audiente*, attingam. Mart. l. 8. *Caesare venturo*, Phosphore, redde diem.

II. Verumtamen, cum aut nomen, aut participium ab aliquo verbo pendet, cum eo consentit. Cic. 1. de Orat. Cum *proconsul* in Ciliciam *proficiscens*, Athenas venissem, et cet. Ibid *Cogitanti mihi*, ac memoria vetera *repetenti*, perbeati fuisse illi videri solent, et cet.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Nonnunquam, praesertim apud historicos, absolute ponitur participium praeteriti temporis sine nomine. Liv. Bell. Maced. l. 1. Inde consul ad Pulvinum est pro-

gressus, nondum *comperto*, quam regionem hostes petissent. Tac. l. 2. *Audito*, castellum Luppiae obsideri, sex legiones eo duxit.

II. Nonnunquam nomen tantum. Tac. l. 1. Juxta *periculoso*, ficta, seu vera promeret: hoc est *cum aeque pericolosum esset*. Liv. Bell. Pun. l. 8. Multi, *incerto* prae tenebris, quid aut peterent, aut vitarent, foede interierunt: idest *cum incertum esset*.

III. Interdum cum ablativo absoluto subintelligitur nominativus verbi ejusdem personae. Cic. ad Tir. l. 16. Non potes effugere hujus culpae poenam, *te patrono*: hoc est *tu*, *te patrono*, non potes effugere, et cet. Qua ratione dici posset: non possum effugere hujus culpae poenam; *me padrono*: idest ego, *me patrono*, et cet.

Praeceptum VIII.
De ablativo instrumenti, causae, modi actionis.

Sive instrumenti, seu causae adjungere sextum;
Sive modi, quo aliquid fiat, verba omnia possunt:
Ut gladio, aequo animo occumbam, virtutis amore.

I. Quaevis verba ablativum admittunt significantem *instrumentum*. Ter. Adel. *Hisce oculis* egomet vidi. Aut *caussam* propter quam aliquid fit. Cic. ad Q. Fr. l. 2. *Vestra culpa* haec acciderunt. Aut *modum* quo aliquid fit. Pro Mil. *Quonam modo* id factum ferret civitas? De Sen. Sapientissimus quisque *aequissimo animo* moritur; stultissimus *iniquissimo*:

Cum solet interdum gradui modus addere sexto:
Ut eum febre domum rediit, lateruinque dolore.

II. Modus actionis praepositionem *cum*, quae comes dicitur, saepe admittit. Cic. pro Cluent. Semper magno *cum metu* dicere incipio. De Orat. lib. 3. *cum febri* domum redeo. De Off. l. 1. Ira procul absit, *cum qua* nihil recte fieri, nihil considerate potest.

III. Ad *causam propter quam* pertinent haec, et his similia: ardere iracundia, dolore, studio, desiderio alicujus rei. Flagrare, vel inflammari cupiditate: accendi amore, odio, et cet. Ter. Adel. act. 3. Me miserum! vix sum compos animi, ita ardeo *iracundia*:

IV. Haec etiam: gaudeo, moereo alienis malis; madesco lacrimis; caleo febri; laetor, delector, oblector quiete. De his in ordine 5. neutrorum, et 7. deponentium.

V. *Modum actionis* cognoscimus interrogatione *quomodo*? ut quomodo tulit injuriam? aequo, iniquo animo. Cic. pro Flac. Pacem maritimam *summa virtute*, atque *incredibili celeritate* confecit. Sic clara, suppressa, submissa voce dicere, et cet.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Ablativus instrumenti in accusativum cum praepositione *per* non ineleganter migrat. Cels. lib. 5. cap. 16. De iis vulneribus, quae maxime *per tela* inferuntur.

II. Ablativus causae etiam praepositiones *a*, vel *ab cum, de, ex, prae, pro* nonnunquam admittit. Ter. Hecyr. jacentes hostes *a verecundia*. Ad Q. Frat. l. 1. ep. 2. Certo scio, te fecisse *cum causa*. Pro Sex. Quibus senatus *de me* gratias egit. Sall. Jug. *Ex conscientia sua* diffidenti. Cic. pro Planc. Nec loqui *prae moerore* potuit. Id. de Orat. *Proque eo*, quod ejus nomen erat magna apud omnes gloria, invitatus esset, et cet.

Praeceptum IX. De ablativo excessus.

Excessus, pretiique adhibent verba omnia sextum.
Ut licet exsuperes animo, stat sanguine palma.

Cuivis verbo adjungi potest ablativus rei, qua *excessus* significatur. Cicer. de Clar. Orat. P. Scipio omnes *sale, facetiisque* superabat. 2. de Orat. *Lepore*, et *humanitate* omnibus praestitit Socrates. Terent. Phor. act. 2. sc. 1. Incredibile est, quanto herum anteeo *sapientia*.

Praeceptum X. De ablativo pretii.

I. Quaelibet verba ablativum admittunt significantem *pretium*. Cic. in Ver. Act. 4. lib. 3. Senatus aestimasset *quaternis sestertiis* tritici modium. Ter. Andr. act. 2. scen. 5. Vix *drachmis* obsonatus est decem.

Ibid. scen. 2. Pisciculos minutos ferre *obolo* in coenam seni. Liv. lib. 3. Bell. Pun. Multorum *sanguine*, et *vulneribus* ea poenis victoria stetit. Cic. Philip. 2. Jam invideo magistro tuo, qui te *tanta mercede* mihi sapere docuit. Idem pro Coel. Cujus in aedibus habitet *decem millibus*.

II. *Magno*, *permagno*, *plurimo*, *parvo*, *paulo*, *minimo* saepe sine substantivis ponuntur. Varro lib. 3. Piscinae aedificantur *magno*. Act 4. in Ver. lib. 3. *Permagno* decumas ejus agri vendidisti. Ibid. Excogitare non poterat, quemadmodum *plurimo* venderet. Hor. lib. 2. Sat. 2. Quae virtus, et quanta bonis sit vivere *parvo*. Ter. Eun. act. 1. Ut te redimus *minimo*, nequeas *paululo*.

Exceptio pro media.

Quanticumque tamen, tantidem a lege recedunt,
Et pluris, tanti, quanti; quibus adde minoris.

I. His tamen genitivis exceptis, *tanti*, *quanti*, *quanticumque*, *tantidem*, *pluris*, *minoris*: de quibus supra diximus ad secundum ordinem activorum. Cicer. lib. 10. 10. Fam. epist. 1. Furnium nostrum *tanti* a te fieri nec miror, et gaudeo. Juven. Sat. 7. Chrysogonus *quanti* doceat. Idem. *Quanticumque* domus constet. Sen. Contr. lib. 5. *Tantidem* redemi patrem, *quanti* a te redemptus sum. Col. l. 1. c. 3. *Pluris* aedificamus frequentius. Plin. l. 33. c. 10. Docuit nominem *minoris* talento. 3. *Pluris* aedificamus frequentius. Plin. l. 33. c. 10. Docuit neminem *minoris* talento. 3. Offic. Vendo meum non *pluris* quam ceteri, fortasse etiam *minoris*.

II. Haec eadem in ablativum transeunt, si addantur substantiva. Liv. Bell. Punic. 2. Hic miles magis placuit, cum *pretio minore* redimendi captivos copia fieret.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Verbum *valeo*, cum ad pretium refertur, ablativum, vel accusativum amat. Plin. l. 33. c. 3. Aureus nummus percussus est, ita ut scrupulum valeret *sestertiis vicenis*. Varr. de L. L. l. 4. Denarii, quod *denos* aeris valebant, quinarii, quod *quinos*.

II. Huc etiam spectat *sum* pro *valeo*, sive *aestimor*. In Verr. Act. 4. lib. 5. Cum in Sicilia sestertiis binis tritici modium *esset*, ad summum ternis. Ibid. Doceas oportet, ternis denariis tritici modium *fuisse*.

III. Interdum his additur genitivus pretii. Plaut. Bacch. *Tanti* est, *quanti* fungus putridus. Cic. in Sall. *Tantidem* putas esse bis senatorem, *quanti* bis consularem? Paul. Dig. l. 9. tit. 2. leg. 33. Si servum meum occidisti, non affectionem aestimandam puto, *quanti* omnibus valet.

CAPUT IX.
DE CONSTRUCTIONE VERBI INFINITI
Praeceptum I. De infinito universe.

Verbi infiniti capitis moderamina sunto;
Unde suae primum traxere propaginis ortum.

I. Verba infinita ante se accusativum, post se eosdem casus postulant, quos finita. Cic. l. 9. ep. 6. Vidi nostros amicos cupere bellum. Et l. 16. Malo te paulo post valentem, quam statim imbecillum videre. Ad Q. Fr. l. 3. Quod scribis te a Caesare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo. Ad Att. l. 7. Vellem te in principio audivisse amicissime me admonente.

II. Praeteritum perfectum passivum, et plusquam perfectum ex infinito *esse*, vel *fuisse*, ac participio praeteriti temporis supplentur, mutatis numeris et generibus pro re, de qua agitur. Phil. 2. P. Clodium meo consilio *interfectum esse* dixisti. Pro Cluen. Injuriam ab hujus familia *factum esse* dixisti. Interdum *esse*, vel *fuisse* omittitur. Pro Milon. Qui a se hominem *occisum* fateatur.

Praeceptum II. Futurum infiniti activum.

In numero genus omne sibi fore jungit utroque.

I. *Fore*, a verbo *sum*, solum ex omnibus infiniti futuris in usu est (nam in ceteris verbis utimur circui-

tione participii) jungiturque cum omnibus generibus, et utroque numero. Cic. lib. 1. epist. 6. Vehementer confidit his litteris se apud te gratiosum *fore*. Et epist. 7. Spero nobis hanc conjunctionem voluptati *fore*.

II. Et in verbi *sum*, et in reliquorum verborum futuris utimur infinito *esse*, vel *fuisse* prout oratio postulat, et participio in *rus*, mutatis numeris, casibus, ac generibus, pro ratione orationis. Cic. Att. lib. 6. ep. 3. Illum eum *futurum esse* puto, qui esse debet. Id. Phil. 8. Dixit, aliam sententiam se *dicturum fuisse*. In Verr. Act. 4. l. 3. Non moleste fero, me laboris mei, vos virtutis, vestrae fructum *esse laturos*.

III. Infinitum *esse* frequenter desideratur. Cic. Att. l. 8. Ego bellum foedissimum futurum puto. Et lib. 9. Vix spero, hunc mihi veniam daturum. Fam. lib. 3. epist. 1. Scribit, meas litteras maximum apud te pondus habituras.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Futuro infiniti activi in *rum* fixo utebantur anti qui, nulla numeri, aut generum variatione, non secu, ac futuro *fore*. Valer. Antias. Haruspices dixerunt *omnia* ex sententia *processurum*. C. Sempr. Gracch. Credo *inimicos* meos hoc *dicturum*. Quos imitatur Cic. in Verr. Act. 6. l. 5. Hanc sibi *rem* praesidio sperant *futurum* Vide Gell. lib. 1. c. 7. Invariatum etiam erat infinitum in *assere*, de quo l. 1. c. 9. schol. 10.

II. *Fore* pro *esse* raro cum participiis in *rus* jungitur, rarius cum participiis in *tus*, et in *dus*. Cic. Att. l. 5. Deinde addis, te ad me *fore venturum*. Id. ad Brut. l. 11. Quos spero brevi tempore societate victoriae *copulatos fore*. Id. Att. l. 3. Quasi divinarem, *fore* mihi aliquando *expetendum* studium tuum.

Pareceptum III. Futurum infiniti passivum.

I Futurum passivum ex infinito *iri*, et voce simili supino in *um* constat: ut *amatum iri*, *doctum iri*, omnibusque generibus, atque utrique numero attribuitur. Cic.

ad Att. lib. 2. ep. 20. addit Pompejus, se prius *occisum iri* ab eo, quam me *violatum iri*. Et. 1. de Div. Vaticinatus est, *madefactum iri* minus triginta diebus Graeciam sanguine. Ter. Hecyr. prol. Rumor venit *datum iri* gladiatores.

II. In verbis deponentibus pro hoc infinito utimur participio in *rus*. Neque enim dicitur, *auxiliatum iri*, sed *auxiliaturum esse*, et cetera eodem modo.

Praeceptum IV.
Ratio supplendi futurum infiniti, praesertim cum verba supinis carent.

I. *Fore ut*, *vel futurum ut* adjuncta verbis *puto*, *spere*, *conjicio*, *suspicor*, *affirmo*, *video*, et aliis, quibus judicium, vel conjectura significatur, eleganter futurum infiniti tum agendi, tum patiendi modi supplent, etiamsi alioqui verba supinis non careant. Cic. ad Att. l. 16. Nunquam putavit *fore*, *ut* ad te supplex *venirem*. Fam. l. 1. ep. 6. Valde suspicor *fore*, *ut infringatur* hominum improbitas. De Fato. Quae causa in rerum natura continebatur *fore*, *ut* is in insula Lemno *linqueretur*.

II. Hac tamen circuitione subvenitur verbis potissimum, quae supinis carent. Tusc. 1. Spero *fore*, *ut contingat* id nobis. Id. 2. de Div. Caesar si divinasset *fore*, *ut* in senatu trucidatus *jaceret*. Id. lib. 12. ep. 16. Me constantiae puto *fore*, *ut* nunquam *poeniteat*. Sen. l. Contr. Nunquam putavi *futurum*, ut pater meus liberos *odisset*. Sic dices, credo *fore*, *ut studeas*, *ediscas*.

Praeceptum V. Circuitio ex praeterito et futuro mixta.

I. Tempus est quoddam ex praeterito et futuro mixtum in infinito modo valde usitatum, cum de re jam praeterita ita loquitur, ut erat futura, si aliquid, quod fuit, non fuisset, et contra. Cic. de Fato 1. Puto etiamsi Icadius tum in spelunca non fuisset, saxum tamen illud *casurum fuisse*. Id. lib. 1. ep. 9. Sic statue, me eadem *sensurum fuisse*, si mihi omnia integra fuissent.

Et lib. 4. epist. 9. Eum magis communem censemus in victoria *futurum fuisse*, quam incertis in rebus fuisset. Act. 2. in Verr. l. 1. Ut perspicuum sit, nunquam illos in eum locum *progressuros* fuisse.

II. Quod si verba supino careant, circuitione utendum: futurum fuisse arbitror, ut edisceres orationem si valuisses. Qua etiam eleganter uti possumus, si passive efferendum sit. Caes. Bell. Civ. 3. Nisi nuncii de Caesaris victoria essent allati, existimabant plerique, *futurum fuisse, ut* oppidum *amitteretur*.

III. Verumtamen, cum tempus praeteritum imperfectum eadem ratione per infinitum modum efferendum est, satius videtur uti conjunctivo modo, interposito verbo, *credo*, aut *opinor* sic, cautius, *credo*, *viverent* homines, si cogitarent, se brevi morituros. Si Romae nunc esses, valeres, *opinor*, multo melius quam vales. Cic. 1. de Fin. Male, *credo mereor* de meis civibus, et cet.

Praeceptum VI. Infinita cum quibus verbis copulentur.

Debeo cum soleo, cupio infinita praeire
Verba solent, et plura, quibus fit nota voluntas.

I. Verba *soleo*, *incipio*, *debeo*, *coepi*, *desino*, *possum*, quae dicuntur servilia, et similibus *queo*, *nequeo* adduntur infinita. Cic. pro Rosc. Com. Qui *mentiri* solet, *pejerare* consuevit. Tusc. 5. Huic incipio sententiae *diffidere*.

II. Infinito etiam junguntur verba, quibus voluntatis prosecutio significatur, ut *volo*, *malo*, *cupio*, *aveo*, *appeto*, *expeto*, *exopto*, *gestio*, *affecto*, *audeo*. Aut contra voluntatis fuga, ut *nolo*, *recuso*, *respuo*, *fastidio*, *horreo*, *erubesco*, *verecundor*. 2. Et verba incipiendi, ut *incipio*, *aggredior*, *ordior*, *exordior*, *adorior*, *ingredior*, *instituo* pro incipio. 3. Et perseverandi, ut *persevero*, *persto*, *persisto*, *pergo*, idest persevero, *consuesco*. Aut contra desinendi, ut *desino*, *absisto*, *mitto*, *omitto*, *cesso* pro desino. 4. Verba item conandi, ut *conor*, *nitor*, *laboro*, *molior*, *studeo*, *contendo*, idest conor, et his similia *cogito*, *meditor*, *disco*. 5. Et recordandi, ut

memini, *recordor*, *reminiscor*: aut contra, ut *obliviscor*. 6. Alia etiam, ut festinandi, aut morandi, *propero*, *maturo*, *moror*, *supersedeo*, et cet. 7. Aut quae animi decretum significant, ut *statuo*, *decerno*, et alia.

III. Contra ferme respuunt apud oratores infinitum, et conjunctivum cum particula *ut* desiderant verba petendi, ut *peto*, *posco*, *postulo*, *flagito*, *efflagito*, *exigo*. 2. Et instandi, ut *insto*, *insisto*, *contendo*, *urgeo*. 3. Et precandi, ut *precor*, *oro*, *exoro*, *rogo*, *imploro*, *obsecro*, *obtestor*. Et impetrandi, ut *impetror*, *consequor*, *assequor*. Et suadendi, ut *suadeo*, *hortor*, *moneo* cum compositis. Et contraria, ut *dehortor*, et cet. 5. Et imperandi, ut *impero*, *mando*, *praecipio*, *negotium do*, *sancio*, *edico*. Et permittendi, ut *permitto*, *sino*, *concedo*, et cet. 6. Et faciendi, ut *facio*, *ago*, *curo*, *operam do*. Cic. l. 16. ep. 7. Cura, *ut valeas*. Id. ad Att. 7. ep. 1. Feci, atque effeci omni obsequio, *ut* neutri illorum *esset* quisquam me carior. 7. Verba quoque conandi, ut *contendo*, *nitor*, *laboro*, *elaboro*, frequenter cum *ut* particula usurpantur; *volo* saepius: *opto* rarius: *opto* fere semper.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. *Suadeo*, *admoneo*, *censeo*, *puto*, et similia eleganter etiam cum participiali in *dus* junguntur. Cicer. pro Archia. Nisi mihi ab adolescentia suasissem, nihil esse in vita magnopere *expetendum*. Orat. 2. in Rul. Non eos in Deorum numero *venerandos* a nobis, et *colendos* putatis?

II. Futurum infiniti praecipue his verbis gaudet, *auguror*, *confido*, *credo*, *existimo*, *puto*, *audio*, *video*, *ominor*, *suspicor*, *opinor*, *affirmo*. *polliceor*, *promitto*, ac ceteris ejusdem generis. Ad Att. l. 8. Sin erit bellum (ut video *fore*) meae partes non desiderabuntur. Et Fam. l. 16. ep. 21. Te buccinatorem *fore* existimationis meae polliceris.

III. Amphibologia, accusativi geminatione facta, solvitur ablativo, ut illud. Lachetem audivi percussisse Demeam, fiat: a Lachete percussum Demeam. Quint. l. 7. c. 9. Si vero passivum a verbo formari nequeat,

solvitur mutatione verborum; ut vidi canem insectari lupum, dic: a cane lupum exagitari.

Praeceptum VII.
De verbis servilibus solet, incipit, et cet. cum infinito.

I. *Solet*, *incipit*, *debet*, *coepit*, *desinit*, *potest*, cum infinitis verborum impersonalium adjunguntur, nominativum celant, eorumque naturam induunt, et constructionem sequuntur. Cic. de Harusp. resp. Cujus auctoritatis neminem *posset poenitere*. 11. ad Att. ep. 15. Hic *maneri* diutius non *potest*. Id. Non *potest* jucunde *vivi*, nisi cum virtute vivatur. 2. ad Att. *Solet* eum, cum aliquid furiose facit, *poenitere*. Caes. 2. Bell. Gall. Pugnatum est, ut a viris fortibus *pugnari debuit*. Iustin. lib. 12. *Pigere* eum facti *coepit*. Sen. 40. Si te *pudere desierit*.

II. Sex eadem verba *soleo*, *incipio*, *debeo*, *coepi*, *desino*, *possum* (quibus alia duo quidam addunt *queo*, *nequeo*, si cum infinitis verborum personalium copulentur, personalia sunt ipsa quoque, casusque proprios etiam rectos postulant. Cic. 3. de Or. Cum essemus ejusmodi, quod vel pueri sentire poteramus, et cet. Idem de Sen. Possum nominare ex agro vicino rusticos sabinos. Virg. Ecl. 10. Solet esse gravis cantantibus umbra. Cic. 3. in Catil. Cum pontem legati allobrogum ingredi inciperent. Ad Attic. Debebunt Pompejum hortari, ut sit amicum. Sallust, Catil. Coepere se quisque magis extollere. Ter. Heaut. Desine Deos, uxor, gratulando obtundere. Quae verba propterea *famularia* dicuntur, sive *servilia*, quod verbis impersonalibus impersonaliter, personalibus personaliter adhaereant, et quasi famulentur.

III. Verba *volo*, *malo*, *nolo* nunquam fiunt impersonalia. Cic. pro Lig. A te ignosci nemini vellent. Curt. lib. 4. Malo, me fortunae poeniteat, quam victoriae pudeat. Eodem modo idces: velim vos negligentiae poeniteat: nolim me laboris taedeat: mallem hujus te sceleris puderet: et cetera eodemo. mod.

IV. *Debeo* cum infinito nunquam passiva voce usurpatur. Neque enim dices: hoc debetur facere, vel fieri: sed hoc debet, aut oportet fieri, vel potius faciendum est.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Verbum *incipio* etiam transitivum sine infinito reperitur. Ter. Heaut. act. 5. Neque, *quod principium incipiam* ad placandum, scio. Liv. l. 9. Armatos, cum ab neutris *praelium incipitur*, nox oppressit. Absolute etiam usurpatur. Virg. lib. 3. AEn. Vix *prima inceperat aestas.* Quintil. lib. 2. cap. 8. Optime institutum est, ut ab Homero, atque Virgilio *lectio inciperet.* Idem l. 6. Optime *incipitur a longis.*

II. *Coepi* et *desino* cum infinitis passivis modo activa, modo passiva voce in praeteritis usurpantur. Liv. lib. 2. Plebi injuriae a primoribus fieri *coepere.* Plin. l. 2. Turres bellicis temporibus *desiere* fieri Liv. l. 3. Contemni *coepti erant* a finitimis populis. Cic. in Brut. Veteres orationes post nostras a plerisque legi *sunt desitae.* Idem 2. de Offic. *Desitum est* videri quidquam in socium iniquum.

III. Verba *possum*, *queo*, et *nequeo* passiva voce in tertiis personis *potestur*, *quitur*, *nequitur*, tamquam obsolita, vitanda jam sunt: de quibus diximus lib. 1. cap. 12. in anomalis *possum* et *queo*, schol. 2. et 7.

CAPUT X.

DE CONSTRUCTIONE GERUNDIORUM

Pro media classe grammaticae.

Praeceptum I.

Omnia fontis amant activa gerundia casus;
Ut tempus cohibendi iras, et pace fruendi.

Gerundia, seu participalia, quae passionem non significant, casus suorum verborum admittunt; ut tempus obliviscendi injuriam, ignoscendi inimicis, coercendi cupiditates, abstinendi maledictis.

Praeceptum II. Gerundia in di.

Di finita jube comitare gerundia nomen:
Gignendi casu gaudent, ut copia fandi,
Gnarus adulandi, cupidus, studiosus habendi.

I. Gerundiis in *di* adduntur substantiva *amor*, *causa*, *copia*, *cupiditas*, *cura*, *facultas*, *finis*, *mos*, *ratio*, *studium*, *tempus*, et alia quamplurima. Cic. de Sen. Equidem efferor *studio* patres vestros, quos colui et dilexi, *videndi*. 10. ad Att. Sit jam aut *finis* omnino *deplorandi*, aut *moderatio*.

II. Item nonnulla adjectiva, ut *cupidus*, *avidus*, *studiosus* addiscendi: *consuetus*, *insuetus*, *insolens* navigandi: *peritus*, *imperitus*, *gnarus*, *ignarus* dicendi: *doctus*, *sciens*, *nescius*, *inscius* adulandi, *certus* eundi, *timidus* moriendi. Cic. 2. de Orat. Sum *cupidus* te *audiendi*.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

Interdum nomero patrium voluere secundo,

I. Gerundia in *di* interdum genitivum multitudinis pro accusativo admittunt. Cic. 2. de Divin. Doleo, tantam stoicos nostros epicureis irridendi *sui* facultatem dedisse. Plaut. Capt. Nominandi tibi *istorum* erit magis, quam edendi copia. Vide l. 1. c. 9. schol. 13.

II. Infinita nonnunquam pro his gerundiis cum substantivis nominibus, praesertim apud historicos, graecorum more, junguntur. Caes. 7. Bell. Gall. *Consilium* cepit, omnem a se equitatum noctu *dimittere*. Liv. l. 30 *Tempus* est aut pacem *componi*, aut bellum naviter *geri*. Cic. etiam in Top. Sed *tempus* est ad id, quod instituimus, *accedere*.

III. Id vero poetis, qui graecos imitantur, solemne est, ut Amor casus *cognoscere* nostros. AEn. 2. Nec sit mihi cura *mederi*. Eclog. 8. Glandes nunc *stringere* tempus. Georg. 1. et alibi. Vide l. 1. c. 9. schol. 13.

IV. Nec minus frequenter apud eosdem junguntur adjectivis ut *Cantare* periti Arcades, Ecl. 10. Certa *mori*, AEn. 4. Doctus sagittas *tendere*, Hor. l. 1. od. 19. Timidus *perire*, l. 4. od. 9. et aliis.

Praeceptum III. Gerundia in dum.

Inter, ad, ob verbis in dum sociantur, et ante;
Promptus ut ad dandum, sonipes ferus ante domandum.

I. Gerundiis in *dum* praeponuntur praepositiones *ad*, *ob*, *inter*. Cic. 5. Tusc. Conturbatus animus non est aptus *ad exequendum* munus suum. Idem Act. 3. in Verr. lib. 2. Quanto istud flagitiosius, improbius, indignius, eum, a quo pecuniam *ob absolvendum* acceperis, condemnare? Liv. lib. 2. *inter spoliandum* corpus hostis veruto percussus, inter primam curationem expiravit.

II. Praeponitur et *ante*, sed rarius, et fere apud poetas. Georgic. 3. *Ante domandum* Ingentes tollunt animos.

III. Praepositio *ad* cum gerundio in *dum* frequenter sequitur verba motus. Cic. 3. de Orat. Nunc contra plerique ad honores adipiscendos, et ad rempublicam gerendam nudi *veniunt*, atque inermes. Liv. lib. 2. Ab Urbe *mittunt* ad oppugnanda castra.

IV. Item adjectiva *facilis difficilis*, *paratus*, *promptus*, *expeditus*, *idoneus*, *aptus*, *segnis*, *vehemens*, et horum similia. Cic. 1. de Fin. Neque me *segniorem* ad respondendum reddidisti. Pro leg. Man. Hic locus ad agendum *amplissimus*, ad dicendum *ornatissimus* est visus.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Cum verbis motus poetae, graecorum more, infinita conjungunt. AEn. l. 1. Non nos aut ferro lybicos *populare* penates Venimus. Hor. l. 1. od. 2. Proteus pecus egit altos *Visere*? et alibi passim.

II. Saepe cum dictis adjectivis *facilis*, *difficilis*, et cet. Hor. l. 1. ep. 16. Fons rivo dare nomen *idoneus*. Id. l. 3. od. 21. *Segnes* nodum solvere Gratiae. Et l. 1. od. 6. *Conjurata* rumpere nuptias. Virg. Ecl. 7. Respondere *parati*. Quae peculiaria sunt poetarum.

III. Adjectivum *paratus* etiam ab oratoribus infinito jungitur. Cic. pro Quint. Id quod parati sunt *facere*.

Idem l. 15. ep. 4. Invidiam, et pericula *subire* paratissimus fueris.

Praeceptum IV. Gerundia in do.

Do finita solent partes quandoque praeire,
Quae sextum anteeunt; modo nullae, ut fessus arando.

I. Gerundia in *do* modo sine praepositione in oratione adhibentur. Cic. Att. 13. *Plorando* defessus sum. Modo praepositiones, praesertim *a*, vel *ab*, *in*, *de* assumunt. Tusc. 3. *Ab invidendo* recte invidentia dici potest. Lib. 2. epist. 1. Etenim quis est tam *in scribendo* impiger, quam ego? Ad Att. l. 9. ep. 1. Tu quid cogites *de transeundo* in Epirum, scire sane velim.

II. Nonnunquam admittunt *pro*, *cum*, *e*, vel *ex*. Plaut. Aulul. Heus, senex, *pro vapulando* hercle abs te mercedem petam. Quintil. lib. 1. cap. 5. Scribendi ratio conjuncta *cum loquendo* est. Terent. Adelph. act. 5. Id non fieri ex vera vita, sed *ex assentando*, *indulgendo*, et *largiendo*.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Gerundia quoque in *do* cum verbis motus conjunguntur. Cic. de Clar. Orat. Iidem *traducti* a disputando ad dicendum inopes reperiunt.

II. Gerundia in *do*, et *dum*, quibus praepositio adjuncta est, raro sequitur casus verbi Varr. de re rust. l. 3. c. 9. In supponendo *ova* observant, ut numero sint imparia. Cic. l. 5. ep. 17. Nullo loco deero ad levandum *fortunam tuam*. Multo tamen et venustius, et frequentius, variato adjectivorum more gerundio, passive usurpantur. Cic. 5. in Verr. Si ubertas *in percipiendis fructibus* fuit, consequitur utilitas *in vendendis*. Id. de Sen. Xenophontis libri *de tuenda re familiari*. Id. lib. de Leg. Quanta instrumenta habeat *ad obtinendam*, *adipiscendamque sapientiam*. Vide infra praec. 6.

III. Gerundia in *do* dandi casu, activa significatione. perquam raro sequitur casus verbi: quale illud Plaut. Epid. act. 4. sc. ult. *Epidicum* quaerendo operam dabo.

Quod non videtur imitandum. Potius igitur, variatis adjectivorum more gerundiis, ea jungentur tum verbis, quae dativum poscunt, ut *studeo*, *operam do*, *praeficio*, *sufficio*, *satis sum*, *praesum*, *intersum*, et aliis. Plin. lib. 3. cap. 12. Nimia Augustae (*chartae*) tenuitas *tolerandis* non sufficiebat *calamis*. Liv. lib. 2. Interjecto spatio, quod *supplendo exercitui* satis esset. Tum etiam nominibus, quae eumdem casum requirunt, ut *aptus*, *bonus*, *deditus*, *habilis*, *idoneus*, *intentus*, *impar*, *par*, *utilis*, et cet. Colum. l. 1. cap. 9. Dummodo *perpetiendo labori* sit idoneus.

IV. Interdum nomina a quibus, ejusmodi pendent gerundia, eleganter non exprimuntur. Cic. ad Att. 13. epist. 10. Solvendo non erat. Liv. l. 3. Quae restinguendo igni forent, reportantes. Idem lib. 4. Sitne aliquis plebejus ferendo magno honori. Quibus, aliisque locis subintelligitur *par*, *impar*, *utilis*, aut quid simile.

V. Poetae graecos imitantes, pro gerundio in *do* saepe utuntur infinito. Eccl. 5. Boni calamos *inflare*. Georg. 1. Felix *ponere* vites. Hor. l. 1. od. 3. Audax omnia *perpeti* Lib. 4. od. 8. Solers hominem *ponere*: idest inflandis calamis, ponendis vitibus, in perpetiendis omnibus, in ponendo, seu formando homine.

Praeceptum V. De gerundiis passivis.

Oderunt omnes passiva gerundia casus.

Gerundia, quae passionem significant, nullum post se casum admittunt. Justin. l. 37. Arymbas Athenas *erudiendi* gratia missus. Quintil. l. 2. c. 3. Memoria *excolendo*, sicut alia omnia, augetur. Plin. l. 34. c. 15. Rubens ferrum non est habile *tundendo*. Id. l. 31. c. 6. Aqua bituminata, aut nitrosa utilis est *bibendo*. Sall. Jug. Pauca supra repetam, quo ad *cognoscendum* omnia illustria magis, magisque in aperto sint. Varr. lib. 1. de re rust. cap. 20. de novellis juvencis. Diebus, inquit, paucis erunt mansueti, et ad *domandum* proni. De his vide etiam l. 1. c. 9. schol. ult.

Praeceptum VI.

De raiione variandi gerundia, sive de gerundivis.

Quae quarto gaudent; velut adjectiva ligantur,
Dum genus, et numerus quarti, casusque gerundi
Permaneant: ut homo pacem studiosus alendi:
Sic variatur: homo pacis studiosus alendae.

Gerundia, quae accusativo gaudent, fere elegantius, more adjectivorum, ad hunc modum efferuntur: Pompejus studiosus fuit rempublicam defendendi, civesque servandi: Pompejus studiosus fuit reipublicae defendendae, civiumque servandorum: ita ut gerundii casus maneat, servato tamen genere, ac numero accusativi, quae *gerundiva* dicuntur a quisbusdam. Cic. Phil. 4. Princeps *vestrae libertatis defendendae* semper fui. Idem lib. 2. ep. 4. Hoc quidquid attigi, non feci *inflammandi tui* causa, sed *testificandi amoris mei*. Id. l. 13. ep. 12. Animum tuum promptum, et alacrem perspexit ad *defendendam rempublicam*. Id. lib. 5. ep. 16. *Eventis* aliorum memoria *repetendis*, nihil accidisse nobis novi cogitemus. Liv. l. 7. Praelia de *occupando ponte* crebra erant.

Appendix II. gen. pro suprema classe.

I. Haec verba *do*, *loco*, *conduco*, *redimo*, *mando*, *curo*, *habeo*, *trado*, *attribuo*, *praebeo*, *relinquo*, *suscipio*, *depono*, *objicio*, *propono*, *sumo*, *assumo*, et similia gerundivi accusativis juncta praepositionem respuunt. Cic. 4. in Catil. Attribuit cives *interficiendos* Gabinio, urbem *inflammandam* Cassio, totam Italiam *diripiendam* Catilinae. Id. l. 1. ep. 9. Quos libros ad te *perferendos* curabo.

II. Eadem, resumpta praepositione, per gerundium efferri possunt: ut attribuit Gabinio cives *ad interficiendum*, et cet. Cic. pro Dom. Cum alteri Syriam, pacatissimasque gentes *ad diripiendum* tradidisset.

III. Eadem poetae infinito jungunt. Æneid. 1. Dederatque comas *diffundere* vento. Et lib. 9. Moriens dat *habere* nepoti.

Praeceptum VII. Participiale verbum in dum.

Participale petit, verbo est comitante, dativum
Communem, et casum verbi, fuit unde propago: ut
Acriter est nobis pugnandum, aut morte cadendum.

I. Verbum participiale in *dum*, accedente verbo substantivo, dativum postulant omnibus verbis communem. Liv. Bell. Pun. 1. Hic *vobis* vincendum, aut moriendum, milites, est.

II. Praeter dativum communem, etiam casum sui verbi admittit. Tusc. 2. *Tuo* tibi *judicio* est utendum. Tibi casus est communis, *tuo judicio* proprius verbi.

Activae cum vocis erit gradus ordine quartus,
Participale licet passive invertere verbum:
Æternas nobis poenas in morte timendum;
Sunt poenae aeternae nobis in morte timendae.

III. Si tamen casus verbi fuerit accusativus, mutabitur participiale activum in passivum hoc modo: petendum est tibi pacem, petenda est tibi pax: timendum est nobis poenas aeternas, timendae sunt nobis poenae aeternae.

Appendix gen. pro suprema classe.

Prisci etiam activo usi sunt cum accusativo. Lucr. l. 1. Æternas quoniam *poenas* in morte *timendum*. Veteres imitatus est Virg. l. 11. Æn. Alia arma latinis Quaerenda, aut *pacem* trojano ab rege *petendum*. Quod dicendi genus carmini magis, quam solutae orationi concesserim. Quamquam et Varro eo non semel utitur, ut lib. de re rust. Singulis (inquit) ubi pariant *faciendum aras* quatuor. Id. l. 2. c. 16. In fetura *dandum* potius *hordeaceos* quam *triticeos panes*.

CAPUT XI.
DE SUPINORUM CONSTRUCTIONE

Pro media classe grammaticae.

Prima supina praeit nullus, post addere patrum
Casus cuncta solent, et motus verba sequuntur:
Ut vado invisum priscae Capitolia Romae.

I. Supinum in *um* amant verba, quae motum adsignificant. Ter. Phorm. Percontatum *ibo*. Id Heaut. *Abi*

deambulatum. Liv. l. 2. Coriolanus damnatus absens, in Volscos exulatum *abiit*.

II. Ante se nullum, post se suorum verborum casus habent. Caes. Bell. Gall. l. 1. Legatos ad Caesarem mittunt rogatum *auxilium*. Ter. Phor. *Me* ultro accusatum advenit. Id. Eun. *Nutricem* accersitum iit. Quae tamen poetae per infinita interdum efferunt. Stat. Sil. 4. Forsitan ausonias ibis *frenare* cohortes.

Praeceptum II. Supina in u.

Mobilibus sine casu haerent extrema supina;
Suntque eadem passiva fere: ut mirabile dictu,

I. Supina in *u* fere passivae significationis sunt sine casu, adhaerentque nominibus adjectivis. Cic. 7. ad Attic. Quod optimum *factu* videbitur, facies. Id. Phil. 4. O rem non modo *visu* foedam, sed etiam *auditu*?

II. His vero adjectivis supina in *u* junguntur frequentius, *absurdum*, *acerbum*, *arduum*, *asperum*, *credibile*, *crudele*, *difficile*, *dignum*, *dulce*, *durum*, *facile*, *faedum*, *grave*, *horrendum*, *incredibile*, *indignum*, *infandum*, *inutile*, *jucundum*, *lepidum*, *leve*, *memorabile*, *mirandum*, *mirum*, *molestum*, *necessarium*, *nefarium*, *obscenum*, *optimum*, *pessimum*, *pulcrum*, *rarum*, *speciosum*, *suave*, *terribile*, *turpe*, *utile*, et his substantivis, *fas*, *nefas*, *opus*. Cic. lib. 1. ep. 7. Quod scire vis, qua quisque in te fide sit et voluntate, *difficile dictu est* de singulis. Id. lib. 9. ep. 22. Nihil *obscenum*, nihil *turpe* dictu.

III. Aliis adjectivis eleganter infinita junguntur, ut aequum, laudabile, pium est miseris opem ferre. Ad Attic. lib. 8. epist. 2. Pro patria, et in patria, *mori* praeclarum est.

Appendix gen. pro suprema classe.

I. Pro supinis in *u* poetae utuntur infinito. Ecl. 5. Erat tum dignus *amari*, idest amatu, vel qui amaretur, sive ut amaretur. An autem supina in *u* active interdum significent, diximus l. 2. c. 9. schol. 13.

CAPUT XII.

DE PARTICIPIORUM CONSTRUCTIONE

Pro media classe grammaticae.

Praeceptum I. De participiorum casibus.

Quae casus, et tempus habent, moderamina sumunt
A verbis, genus unde trahunt: velut urbe potitus.

I. Participia eosdem casus habent, quos verba, a quibus proficiscuntur. Ad Att. l. 2. epist. 1. Eunti mihi *Antium*, et *gladiatores* Metelli cupide relinquenti venit obviam tuus puer. Curt. lib. 9. Is *regi* cum omnis generis donis, non *ipsi* modo ea, sed etiam *amicis* ejus daturus occurrit. Cic. pro Mil. Diu vexati *a perditissimis civibus* per vos recreemur. Lib. 15. epist. 4. Admonendum potius *te a me*, quam rogandum puto. Ovid. in Ibin. *Fictum* execrantia *nomen* Vota. Liv. Dec. 1. lib. 1. Acus *ingenti praeda* potitus Romam redit.

Quaevis praeteriti, quaevis passiva futuri,
Nomina praesertim jam facta, ut notus, amandus,
Sunt terno contenta gradu; tria at illa perosus,
Exosus, pertaesus amant adjungere quartum.

II. Participia passiva praeteriti temporis, si in nomen non transeunt, frequentius ablativo adhaerent apud oratores. Cic. Act. 3. in Verr. lib. 2. De rebus *ab isto* cognitis dicere desistamus. Cum vero fiunt nomina, etiam dativo gaudent. Cic. de Senect. Sperare videor Scipionis amicitiam, et Laelii notam *Posteritati* fore. De Haruspic. resp. *Maribus* non invisa solum, sed etiam inaudita sacra pervertit. Hujus generis sunt *notus*, *cognitus*, *perspectus*, *exploratus*, *compertus*, *optatus*, *dilectus*, *spectatus*, *probatus*, *acceptus*, *despectus*, *contemptus neglectus*, *auditus*, *visus*, et cet. Et ex his composita *incognitus*, *inauditus*, *invisus*, et cet.

III. Futuri quoque temporis passiva, etsi in nomen non transeant, dativum interdum habent, more graecorum. Cic. 1. de Orat. Gerendus est *tibi* mos adolescentibus Terent. Andr. act. 1. sc. 1. Restat Chremes, qui *mihi* exorandus est. Sed frequentius ablativum. Cic.

lib. 15. epist. 7. Non putabam *a me* scribenda esse publice.

Convenit, aut debet, verbo est comitante, futurum
Significat: ceu classis erat mittenda Corinthum.

IV. Verba quaedam deponentia, eaque omnia, quae accusativo junguntur, praeter participia significationis activae, habent participalia in *dus* passivae significationis, quae cum verbo substantivo necessitatem, officium, aut dignitatem adsignificant; et eleganter pro *oportere*, *debere*, seu *dignum esse* usurpantur. Cic. 1. Offic. In adeundis periculis consuetudo *imitanda* mediocorum est; hoc est *imitari oportet*. Idem lib. 5. epist. 18. Egomet qui consolari cupio, *consolandus* ipse sum; idest *consolatione dignus* sum. Orat. 2. in Rull. Non eos in Deorum numero *venerandos* a nobis, et *colendos* putatis? hoc est *coli debere*. Idem lib. 12. epist. 23. A te non *ulciscenda* sunt, etiamsi non *dolenda* (Nam *doleo* etiam accusativo jungitur. Vide 5. ord. neutr.) Et lib. 1. ep. 9. Ab iis, a quibus *tuendus* fuerat, derelictus. Sic etiam *sequendus*, *prosequendus*, *alloquendus*, Sic *cohortandus*, *metiendus*, et omnia communia. Sic *arandus*, *fodiendus*, et neutra quarti ordinis, et alia.

Appendix gen. pro suprema classe.

I. *Utendus*, *abutendus*, *fruendus*, *perfruendus*, *vescendus* passive etiam reperiuntur, quod olim accusativum admitterent. Vide 7. ord. depon. Ter. Heaut. Quod illa aetas magis ad haec *utenda* idonea est. Cic. 3. Tuscul. Et graviter feras, quod *utendum* acceperis, reddidisse. Sueton. in Galb. cap. 14. His se *abutendum* permisit et tradidit. Cic. 1. de Fin. *Fruenda* etiam est sapientia. 1. Offic. Ad *perfruendas* voluptates. 2. de Nat. Deor. Quod erat ad *vescendum* hominibus apta. Sic vir mihi *carendus* apud Ovid. epist. 1. propterea quod olim *careo* accusativo jungebatur. Plaut. Curc. *Id*, quod amo, careo.

II. Ab impersonalibus illa remanent *poenitendus*, *pudendus*, *pigendus*, ut diximus l. 1. c. 13. sc. 3.

III. Quaedam verba activa participium habent praeteriti temporis passiva voce; activa significatione, ut *osus* a prisco *odio*: hinc *exosus*, *perosus* cum accusativo. Curt. lib. 7. *Patrios mores* exosus es. Liv. lib. 3. Plebs consulum *nomen* perosa erat. *Osus* est apud Plaut. Amphitr. *Inimicos* semper osa sum. Et Gell. lib. 4. cap. 8. Osus *eam* morum causa fuit. Sic pertaesus *ignaviam suam*, Suet in Caes. cap. 7. a prisco *pertaedeo*. Quamvis hoc etiam jure suo genitivo jungi possit. Tac. lib. 15. *Lenitudinis* eorum pertaesa.

IV. A prandeo etiam *pransus*, et *impransus* active: a coeno *coenatus*, et *incoenatus*. Quintil. l. 1. cap. 4. *Pransus*, atque *potus* diversum valent, quam indicant. Cic. pro Mil. Adde inscitiam *pransi*, et *poti* ducis. 2. ad Att. epist. 16. *Coënato* mihi epistola est reddita. *Potus* vero, et *juratus* ab activis poto, juro tum active, tum passive. Cic. l. 7. ep. 22. Etsi domum bene *potus* redieram. De Clar. Orat. Sanguine tauri *poto*. Plaut. Amph. *Injurato* plus credet mihi, quam *jurato* tibi. Cic. in Verr. Act. 1. Velim *jurato* suam, quam *injurato* aliorum tabellas committere. Cic. l. 3. Off. Quod *juratum est*, id observandum est. Ovid. epist. 2. Nec te *jurata* reducunt Numina.

V. Nonnulla participia praeteriti, vel futuri temporis passiva significatione a verbis neutris, ut morte *obita*, Cic. pro Sex. Mors omnibus *obeunda*, pro Cluent. *Evigilata* consilia, ad Att. lib. 9. *Vigilandae* noctes, Quintil. l. 11. c. 3. In stylo *properato*. id. l. 10. c. 3. *Festinati* honores. Plin. Paneg. et alia. Quae tamen, et ejusmodi verba, cum in accusativum transeunt, aliis censentur activa, sicut et neutra omnia quarti ordinis, quae ad res mutas pertinent.

VI. Huc spectat illud Cic. lib. 16. epist. 21. Omnia velles mihi *successa* : *succedere* autem est *feliciter evenire*. Huc multa in *tus*, praesertim apud poetas; ut *erratus*, *roratus*, *sudatus* et cet. Multa quoque in *dus*, ut *dolendus*, *carendus*, de quibus diximus: *dormiendus*, *regnandus*, *sonandus*, et alia, quibus non sine exemplis, ac delectu utendum.

Praeceptum II. Participia facta nomina.

Nomina cum fiunt ans, ens finita, rogandi
Suscepere gradus: ut amans, patiensque laboris.

I. Participia in *ans*, vel *ens*, interrogandi casu gaudent, cum fiunt nomina. Terent. Phorm. Herus liberalis est, et fugitans *lilium* Cic. Att. lib. 9. Boni cives, amantes *patriae*. Sallust. in Catil. Corpus patiens *inediae*, *vigiliae*, *algoris*. Lib. 1. ad Q. Fratr. Fert graviter homo et *mei* amantissimus, et *suae dignatis* retinens, et cet.

Temporis exacti patrio quoque digna profusus,
Expertus, consultus, et doctus habenda.

II. Nonnulla etiam praeteriti temporis, ut *consultus*, *doctus*, *profusus*, *expertus*. Cicer. Philipp. 9. Neque enim ille magis *juris* consultus, quam *justitiae* fuit. Plinius lib. 25. cap. 2. Lenaeum *grammaticae* artis doctissimum. Sallust. Catil. *Alieni* appetens, profusus *sui*. Liv. Bell. Maced. 10. *Servitutis*, *indignitatisque* homines expertos adversus notum malum irritatos esse. Horum quaedam liberius a poetis, et historicis videntur usurpari.

Praeteritum, aut praesens adsignificantia tempus
Distinctos genuere gradus, si nomina fiunt:
Sicut ab observans observantissimus exit.

III. Participia pleraque praesentis, praeteritique temporis, quando nominum naturam induunt, more eorum comparantur. Cic. lib. 1. epist. 5. Neque prudentiorem quemquam esse judico, neque *amantiorem* tui. Id. lib. 16. ep. 2. Ad nos *amantissimos* tui veni. Ad Att. l. 6. ep. 1. Nihil illo regno *spoliatius*, nihil rege *egentius*. Et l. 11. epist. 1. In tua erga me *perspectissima* benevolentia. In Verr. l. 5. Haec, tu omnium mortalium *profligatissime* ac *perditissime*, cum scires, et cet.

Appendix gen. pro supprema classe.

I. Participia raro suum casum retinent cum comparantur. Cic. tamen dixit lib. 12. ep. 16. ad Cornif. Habeas eos *a me* commendatissimos.

II. Illa *scitus vadorum*, *victus*, *erectus*, *falsus animi* poetica sunt. *Eruditus* cum genitivo nondum legi apud idoneos auctores, sed cum ablativo, quem casum a suo verbo accipit. Cic. in Brut. D. Brutus erat cum *litteris latinis*, tum etiam *graecis*, ut temporibus illis; eruditus. *Doctus* item cum ablativo eleganter jungitur. Ib. Non tam in dicendo admirabiles, quam docti et *graecis litteris*, et *latinis*.

III. *Peritus* frequentissime genitivo jungitur, quod quidam a *perio* prisco verbo deducunt. Cic. in Brut. Coelius *juris* valde peritus. Id. tamen pro Cluent. ablativo usus est. Quis C. Octavio ingenio prudentior, *jure* peritior? Apud eumdem, et apud Caesarem *usuperitus*.

IV. Haec tria *eruditus*, *doctus*, *peritus* interdum praepositionem *ad* cum accusativo admittunt. Cic. 1. ad Q. Fratr. epist. 1. Diuturna servitute *ad nimiam assentationem* eruditi. Ter. Hecyr. act. 2. sc. 1. In eodem mihi videntur omnes ludo doctae *ad malitiam*. Cic. de Orat. Jurisconsultus, qui legum, consuetudinis *ad respondendum*, et *cavendum* peritus sit.

V. Genitivum itidem petunt *insuetus*, *imperitus*, *indoctus*, quae ex participiis sunt composita 2. ad Att. ep. 21. Tam acer in ferro, tam insuetus *contumeliae*. Caes. 7. Bell. Gall. Insuetus *laboris*. Cic. lib. 3. in Verr. Homo *omnium rerum* imperitus quaerit, quid sit ad perpendiculum. Horat. in Art. Indoctusque *pilae*, *discive*, *trochive* quiescit.

CAPUT XIII.

DE CONSTRUCTIONE NOMINIS

Pro media classe grammaticae.

Praeceptum I. De genitivo post nomen substantivum.

Si duo continues variarum nomina rerum
Fixa unum patrio dandum est; velut arma gigantum.

I. Quotiescumque duo nomina substantiva rerum diversarum in oratione continuantur, alterum erit genitivi casus. Cic. in Pis. Supplicium est poena *peccati*.

Id. ad Coel. l. 2. ep. 11. Mirum me desiderium tenet *urbis*. De Amic. Maximum ornamentum *amicitiae* tollit, qui ex ea tollit verecundiam.

Mobile fixa imitans fixae moderamina vocis
Sumit; ut exiguum lucri, suprema laborum.

II. Adjectiva cum substantive ponuntur, more substantivorum construuntur. Cic. de Sen. Tantum *cibi*, et *potionis* adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur. In Verr. l. 1. Quod *auri*, quod *argenti*, quod *ornamentorum* in meis urbibus, domibus, delubris fuit, id mihi tu, C. Verres, eripuisti atque abstulisti. Liv. l. 2. Albano non plus *animi* erat quam *fidei*.

Appendix gen. pro suprema classe.

I. Huc illa spectant, abdita rerum, angusta viarum, occulta saltuum, ardua montium, amoena camporum, et ejusmodi alia, quae poetis cum historicis communia sunt.

II. *Reus* substantivum cum genitivo fere semper, ut reus ambitus, avaritiae, Cic. sacrilegii, peculatus, et cet. Quint. Interdum ablativo cum praepositione *de* gaudet, ut reus *de vi*, Cic. l. 2. ad Att. epist. penult.

Praeceptum II.

De genitivo vel ablativo post nomen substantivum.

**Cum fixa important laudem, aut contraria, sextum,
Vel patrium sibi jure solent assumere casum;
Ut rudis ingenii, rara indole princeps.**

Substantiva, cum ad laudem, vel vituperationem referuntur, genitivo, vel ablativo gaudent. Cic. ad Marcell. l. 4. ep. 8. Neque monere te audeo *praestanti prudentia* virum, neque confirmare *maximi animi* hominem, virumque fortissimum. Plin. l. 7. Choromandarum gentem Ctesias vocat Tauron silvestrem, sine voce, *stridoris horrendi*, *hirtis corporibus*, *oculis glaucis*, *dentibus caninis*.

Praeceptum III. De genitivo post nomen adjectivum.

Adjectiva quibus communio, copia nobis
Significabuntur, rerumve scientia, junctis
Ipsorum oppositis, patrii moderamina sument:
Ut gnarus, consors, exsors, ignarus, inanis.

I. Adjectiva quae *scientiam*, *communionem*, *copiam*, et his contraria significant genitivo junguntur, ut *peritus*, *imperitus*, *particeps*, *expers*, *plenus*, *inanis*. Cic. in Brut. Fabius pictor et *juris*, et *litterarum*, et *antiquitatis* bene peritus fuit. Ter. Andr. act. 2. Adolescentulos imperitos *rerum* in fraudem illicis. Cic. 2. de Orat. Antonius *omnis eruditionis* expers, atque ignarus fuit. Idem 5. de Fin. Virtutes ita copulatae, connexaeque sunt, ut omnes *omnium* participes sint. Liv. lib. 1. *Periculi* magis, quam *curae* expertes. Cic. ad Papir. l. 9. epist. 22. *Stultorum* plena sunt omnia. De Orat. lib. 1. Omnia plena *consiliorum*, inania *verborum* videmus.

II. Item quaedam in *ax*, *ius*, *idus*, et *osus*, ut philosophus tenax recti, nullius culpae conscius, avidus virtutis, studiosus litterarum. Quibus adde *memor*, *immemor*, *securus*, ut memor beneficii, immemor injuriae, securus rumorum. Quintil. lib. 1. cap. 1. Tenacissimi sumus *eorum*, quae rudibus annis percepimus. Cic. l. 5. ep. 5. Cum T. Pomponius homo *omnium meorum* in *studiorum* conscius, *tui* cupidus, *nostri* amantissimus ad te proficisceretur, et cet. 4. Acad. Semper studiosus *nobilitatis* fuit. Id. Philip. 2. Quod immemor *beneficiorum*, memor *patriae* fuisset. Curt. lib. 9. Securi *casus ejus*, qui supervenit ignaris.

Appendix gen. pro suprema classe.

I. Ad scientiam, vel contra revocantur *gnarus* reipublicae, Cic. *Ignarus* nominis romani, Sall. *Callidus* rerum rusticarum, Colum. *Rudis* rerum omnium, Cic. *Prudens* locorum, Liv. *Imprudens* maris, idem. *Sciens* animalium, Varr. Pugnae, Horat. *Scientissimus* reipublicae, Cic. *Scitus* vadorum, Ovid. *Nescius* fati, Virg.

Judicii *rectus*, Senec. *Certus* sententiae, Quintil. *Incertus* veri, Liv. *Certior* autem et cum genitivo, ut faciam te *mei consilii* certiorem, Cic. Et cum ablativo, ac praepositione *de*, ut *de iis rebus* te faciam certiorem, id.

II. Ad communionem, vel contra spectant *consors* mendicitatis, Cic. *Exsors* culpae, Liv. *Compos* mentis. Cic. *Impos* animi, Plaut. *Cotens* mentis, Curt. *Impotens*. animi, idem. Irae, Livius. *Insons* consilii publici, idem. *Insolens* infamiae Cic. *Insuetus* contumeliae, id. *Compos* autem interdum cum ablativo, ut *animo*, et *lingua* compos, Sallust. *Praeda ingenti* compos, Liv. *Insons* etiam cum ablativo *crimine*, ut regni *crimine* insons, Liv.

III. Ad copiam, vel contra referuntur Gallia *referta* negotiatorum, Cic. *Dives* pecoris, Virg. *Opulentus* pecuniae, Tac. *Pauper* argenti, Horat. *Inops* amicorum, Cic. Consilii, Liv. *Egenus* rerum omnium, idem *Indigens* stipendiorum, Plin. *Vacuus* laboris, Ter. Rerum. Tacit. *Nuda* gignentium, Sallust. Quaestionum, Quint. *Largus* opum, Virg. *Liberalis* pecunia, Sallust. Vini, somnique *benignus*, Horat. *Prodigus* animae, id. Honorum *parcissimus*, Plin. Jun. *Avarus* laudis, Horat. *Fertilis* fructuum, Cic. *Fecundus* frugum, Tac. Saeculum virtutum *sterile*, id. *Praestans* animi, Virg. *Truncus* pedum, id. *Vacuus* autem, et *nudus* crebrius cum ablativo.

Praeceptum IV. De nominibus partitivis.

Partitiva sibi, numeralia mobile nomen.
Partitiva imitans, patrium pluralis habento:
Ut nemo vestrum, duo, pauci, quilibet, ullus.

I. Partitiva genitivo multitudinis gaudent. Cic. 1. de Nat. Deor. Elephanto *belluarum* nulla prudentior. De Senect. Minus habeo *virium*, quam *vestrum* utervis. Ad Q. Fratr. lib. 2. Domus utriusque *nostrum* aedificatur strenue. Liv. 1. Bell. Maced. *Macedonum* fere omnibus, et quibusdam *andriorum* ut manerent, persuasit. Plin. lib. 11. cap. 37. *Piscium* omnibus serrati dentes.

II. Item numeralia nomina. Curt. lib. 8. Octoginta *macedonum* interfecerunt. Idem ibid. Nolo singulos

vestrum excitare. Liv. lib. 1. Imperium summum Romae habebit, qui primus *vestrum*, o juvenes, osculum matri tulerit.

De partitivis, deque numeralibus, sive ea cardinalia sint, sive ordinalia, sive distributiva vide rudimenta nominum lib. 1. cap. 14.

III. Denique quaecumque adjectiva partitionem significant interrogandi casum possunt admittere, ut *multi*, *pauci*, *praecipui*, et cet Cicer. delSen. Multae etiam *istarum arborum* mea manu sunt satae. Curt. lib. 10. Cum paucis *amicorum* ad Leonatum pervenit. Plin. l. 8. c. 48. *Lanarum* nigrae nullum colorem bibunt.

Appendix gen. pro suprema classe.

I. Ex partitivis *quis* de pluribus, *uter* de duobus quaerit. Cic. in Orat. Sed *quis omnium* doctior Aristotele fuit? Pro Rab. *Uter nostrum* popularis est, tu ne, an ego?

Praeceptum V. De superlativis, et partitivis.

Plura ubi contuleris multis, vel pluribus unum
Ejusdem generis, gradui tunc junge supremo
Pluralem patrium: ut troum fortissimus Hector,
Et lapidum gemmae, et rerum pulcherrima virtus.

I. Si multa ejusdem generis comparentur, utendum est superlativo cum genitivo plurali. Cic. Tuscul. 5. Theophrastus *elegantissimus omnium philosophorum*, et *eruditissimus*. Plin. lib. 33. c. 1. Demosthenes *summus oratorum* Graeciae.

At poteris patrio numeri donare prioris
Collectiva: velut Lybiae mons maximus Atlas.
Hanc ipsam normam quoque partitiva sequuntur.

II. Superlativa, ac partitiva genitivo etiam singulari collectivi nominis, quod multitudinem significat, conjunguntur. Cic. pro Quint. Habet adversarium P. Quintius, verbo Sex. Naevium revera *hujusce aetatis* homines disertissimos, ornatissimos *nostrae civitatis*. Id. pro Rab. Posth. Virum unum *totius Graeciae* facile

doctissimum Platonem in maximis periculis, insidiisque versatum esse accepimus. Sic dicimus plerique latini generis, nullus clodiae gentis.

Appendix gen. pro suprema classe.

Quando eadem fixis casu sociantur eodem,
In genere, et numero pariter concordia fient:
At genus ex patrio sumunt, cum fixa silentur;
Ut patrum summos, juvenum plerosque remisit.

I. Tum superlativa nomina, tum partitiva, quando cum suis substantivis casu cohaerent, genere quoque, ac numero consentiunt. Cic. 2. de Nat. Deor. Indus est omnium fluminum *maximus*. Plin. lib. 18. c. 7. Hordeum frugum omnium *mollissimum* est. Id. l. 8. c. 33. Chamaeleon *solus* animalium nec cibo, nec potu alitur. Interdum tamen genus petitur a genitivo, si adjectiva transeant in substantiva. Cic. Phil. 2. Servitus est *postremum* malorum.

II. Quod si nullum sit substantivum, cum genitivo, quod attinet ad genus, consentient. Liv. lib. 1. Summi, infimique *gabinorum*. Quintil. lib. 9. cap. 4. Is eminentissimos *graecorum* est sequutus. Plin. l. 22. c. 25. Sapientissima *animalium* esse constat, quae fruge vescantur. Idem lib. 10. c. 52. *Ovorum* alia sunt candida, ut columbis, perdicibus; alia pallida, ut aquaticis, et cet.

III. Genitivus cum superlativi, tum partitivi, ac numeralis nominis in ablativum cum praepositione *e*, vel *ex*, vel *de* mutari potest. Cic. pro Cluent. *Ex his omnibus* natu minimus Saturninus. Id. l. 16. ep. 3. *De tuis innumerabilibus* in me *officiis* erit hoc gratissimum. 1. Acad. Quidam *e philosophis* faciendum omnino non putabant. Quintil. Decl. lib. 6. Timui, ne quem *ex meis* viderem. Cic. Phil. 10. Permitto, ut *de tribus Antoniis* eligas quem velis. Pro Planc. Unus fuit *de magistratibus* defensor salutis meae.

IV. Mutatur interdum genitivus superlativi in accusativum cum praepositione *inter*, vel *ante* Cic. pro Sext. Rosc. Ipse honestissimus *inter suos* numerabatur. Liv. l. 1. Longe *ante alios* acceptissimus militum animis.

V. Itaque harum praepositionum adminiculo licebit nobis has, et harum similes locutiones quae parum latinae putantur (*Franciscus est optimus suorum fratrum*: *Antonius est doctissimus aliorum*) sine ulla grammaticorum reprehensione efferre hoc modo : *Franciscus inter suos fratres optimus numeratur*, *vel habetur* : *Antonius longe ante alios*, *vel inter ceteros doctissimus est.*

VI. Neque tamen damnandi videntur, qui sic loquuntur : *Antonius est doctissimus suorum fratrum*, *vel ceterorum adolescentium*, et cet. Certe M. Tullius pro Sext. Rosc. fere eodem modo locutus est. Sextus Roscius genere, et nobilitate, et pecunia non modo *sui municipii*, verum etiam *ejus vicinitatis* facile primus. *Primus sui municipii* quid aliud est, nisi *suorum municipum primus?* Item Gell. lib. 8. cap. 12. Vir *aetatis suae doctissimus.* Plin. lib. 34. cap. 10. ita loqui non dubitavit, cum ait : Hi sunt *ceterorum britannorum* fugacissimi.

VII. Licet etiam uti verbo pro superlativo ad hunc modum : *Antonius eruditione ceteris condiscipulis antecellit*, vel *suos inter aequales longe doctrina praestat.* Cicer. de Clar. Orat. Uterque aequalibus suis plurimum *praestitit.* Id. 2. de Fin. Homini, qui ceteris animantibus plurimum *praestat.* et cet.

VIII. Superlativa praeter proprium casum, admittunt etiam casum suae positionis. De Clar. Orat. Fuit Sext. AElius *juris* quidem *civilis omnium* peritissimus *Omnium* superlativi, *juris civilis* passivi casus est.

IX. Admittunt et genitivum partitionis more nominum unde formantur. Plin. l. 9. c. 51. Plurimi *piscium* tribus mensibus Aprili, Majo, Junio pariunt.

Praeceptum VI.

De genitivo, vel dativo post adjectivum.

Terno, vel patrio similis cum stirpe fruetur.

I. Nomina quae *similitudinem*, aut *dissimilitudinem* significant interrogandi, vel dandi casum exigunt. Ter.

in Eun. *Domini* similis. Cic. de Fin. lib. 5. Non video, cur non potuerit *patri* similis esse filius. Idem Philipp. 2. Antonius saturavit se sanguine dissimillimorum *sui* civium. Idem de Clar. Orat. Nihil tam dissimile, quam Cotta *Sulpicio*.

II. Item *communis*, *proprius*. Cic. de Sen. Id quidem non proprium *senectutis* est vitium, sed commune *valetudinis*. Idem pro Sext. Rosc. Quid tam commune quam spiritus *vivis*, terra *mortuis*, mare *fluctuantibus*, littus *ejectis*? Plin. l. 7. cap. 25. *Caesari* proprium et peculiare fuit, praeter supradicta, clementiae insigne. *Proprius* tamen tutius, et elegantius genitivo jungi videtur.

Praeceptum VII. De dativo post adjectivum.

Si favor appositis, aut gratia, sive voluptas.
Commoda, sive fides, aut his adversa notatur,
Ternum habeant casum; veluti rex gratus amicis.

I. Nomina, quibus *commodum*, *voluptas*, *gratia*, *favor*, *fidelitas*, *aequalitas*, et his contraria significantur, dativum poscunt: ut consul salutaris, perniciosus reipublicae; jucundus, molestus patriae; gratus, invisus propinquis; propitius, infestus civibus, fidus, infidus imperio; par, impar tanto oneri. Cic. l. 6. Erat meum consilium cum fidele *Pompejo*, tum salutare *utrique*. Id. ad Att. l. 12. O gratas tuas *mihi* jucundasque litteras.

II. Item verbalia in *bilis*, ut *amabilis*, *formidabilis*, *optabilis*. Cic. Philipp. 7. Pax, praesertim civilis, *mihi* in primis fuit optabilis.

III. Praeterea nonnulla, quae ex praepositione *con* componuntur: ut *conscius*, *consentaneus*, *consonus*, *concors*, *concolor*, *confinis*, *conterminus*. Cic. Tusc. 2. *Mihi* conscius sum, nunquam me nimis cupidum fuisse. Idem Phil. 9. Sulpicii mors consentanea *vitae* fuit sanctissime honestissimeque *actae*. Sen. de vit. beat. cap. 8. Concors *sibi*. Col. l. 7. c. 3. Palatum, atque lingua concolor *lanae* est. Plin. lib 8. cap. 10. In extremis Africae, quae confinis *AEthiopiae* est. Id. lib. 12. cap. 8. Conterminа *indis* gens ariana appellatur.

IV. Huc etiam spectant *supplex*, *obvius*, *pervius*, *obnoxius*, *absonus*. Cicer. 1. Tusc. Nec *judicibus supplex* fuit. Idem Att. lib. 6. epist. 4. Volent *mihi* obviae litterae tuae. Terent. Adelph. *Fratri* aedes fient perviae. Plin. epist. 58. Vides quot periculis, quot *contumeliis* simus obnoxii? Liv. lib. 1. Nihil absonum *fidei* divinae originis. Hoc etiam cum praepositione *a*, vel *ab*, de quo infra praec. 12.

Appendix gen. pro suprema classe.

I. *Fidus* frequentissime dativum habet; cum genitivo raro admodum reperitur. Virg. AEn. 15. Praeterea regina *tui* fidissima dextra Occidit ipsa sua.

II. *Par* apud poetas etiam genitivo casui adjungitur, Lucan. lib. 2. Quem metuis, par *ejus* erat.

III. *AEqualis* cum ad aetatem, tempusque refertur fere genitivum habet. Cic. 4. de Fin. Conferam autem avunculum tuum cum C. Graccho *ejus* fere aequali.

IV. Quae in *bilis* exeunt passionem fere significant. Cic. ad Att. Filiolam tuam *amabilem* esse certo scio. Horat. lib. 1. od. 9. Omnes *illacrimabiles* urgentur. Ov. 1. Met. Corpus nulli *penetrabile* telo. Virg. Ecl. 5. Sui corpus *miserabile* nati. Non raro tamen actionem praesertim apud poetas. Horat. l. 1. od. 14. *Illacrimabilem* Plutona, idest *immitem* ac *durum*. Virg. AEn. 10. Aspice, num mage sit nostrum *penetrabile* telum. Georg. 1. Boreae *penetrabile* frigus. Sic Horat. lib. 1. od. 33. appellat *miserabiles* elegos. Et lib. 2. od. 9. *Flebiles* modos: quos Cic. 1. Tusc. interpretatur esse eos, qui *moestitiam inferunt*. Sic Ovid. 6. Metam. Telum *exitiabile*, idest *exitium inferens*.

V. *Conscius* cum ad personas refertur, dativum habet. Terent. Adelph. Conscia *mihi* sum, a me culpam hanc esse procul. Cum vero ad rem, genitivum, ut diximus praec. 3. Cic. pro Coel. *Multarum rerum* conscii sunt servi. Utrumque etiam habet casum. 3. Off. *Sibi* autem *nullius* conscii *culpae*. Interdum dativum rei. Pro Coel. *Huic facinori tanto* tua mens liberalis conscia. Pro Cluent. Conscium *illi facinori* fuisse arbitrabantur.

Praeceptum VIII.
De dativo, vel accusativo cum praepositione ad *post adjectivum.*

Ternum, vel quartum, voce ad comitante, reservant
Commodus, atque habilis; tum natus, idoneus: adde
Utilis, appositus, sic pronus, inutilis, aptus.

Accomodatus, *appositus*, *aptus*, *idoneus*, *habilis*, *inhabilis*, *utilis*, *inutilis*, *pronus*, *natus* huic rei, vel ad hanc rem, et alia hujusmodi. Cic. in Pis. Ille gurges, atque helluo, natus *abdomini* suo, non *laudi*, atque *gloriae*. Idem de Clar. Orat. Cn. Pompejus vir *ad omnia summa* natus.

Appendix gen. pro suprema classe.

I. *Accomodatus*, *utilis*, *inutilis*, quia referuntur ad commodum, dativo tum personae, tum rei jungi possunt, accusativo autem rei cum *ad*; et plenius utrique casui. *Ad multas res* perutiles nobis libri sunt.

II. Accusativum quoque cum *ad* requirunt *propensus*, *alacer*, *factus*, *expeditus*, et alia. Eumdem fere semper *promptus*, *paratus*, *proclivis*, *oppositus*. Act. 6. in Verr. l. 5. Homo appositus *ad* illius *audaciam*.

Praeceptum IX.
De accusativo, vel ablativo mensurae post nomen adjectivum.

Mobile mensurae quartum, sextumque reposcit,
Ut septem scrobs alta pedes, et lata duobus.

Adjectiva *altus*, *profundus*, *longus*, *latus*, *crassus*, quibus generalis dimensio significatur, accusativum, vel ablativum casum postulant, qui certam mensuram significet. Cato de re rust. c. 28. Trabem longam imponito latam *pedes duos*, crassam *pede uno*. Liv. Bell. Maced. Fossam sex *cubitus* altam, duodecim latam cum duxisset, et cet. Colum. lib. 5. cap. 3. Esto ager longus *pedes* mille et *ducentos*, latus *pedes* centum e viginti.

Appendix gen. pro suprema classe.

Interdum adhibetur genitivus. Colum. l. 11. cap. 2. Medicae singulos cyathos serere oportet in areolis longis *pedum denum*.

Praeceptum X. De ablativo post adjectivum.

Extorris, nudus, dignus, contentus, inanis,
Atque refertus, inops, locuples, alienus, onustus,
Immunis, plenus, cassus, divesque, potensque,
Tum fretus, vacuus, tum captus, praeditus, orbus,
Indignus, liber, viduus sibi jure latinum
Assumunt casum: ut summo vir dignus honore.

Haec adjectiva *extorris*, et reliqua, quae in carminibus numerantur, junguntur ablativo. Liv. l. 5. Dec. 4. Hoc (jusjurandum) *patria* extorrem in tuam regiam adduxit. Cic. Att. 7. Huic tradita urbs est nuda *praesidio*, referta *copiis*. Idem lib. 2. epist. 12. Obviam mitte epistolas *te* dignas. Pro Planc. Te indignum *aedelitate* judicaverunt. Pro Quint. *Mediocri quaestu* contentus esse non poterat. De Clar. Or. C. Lentulus non inops *verbis*. Act. 4. in Verr. Locuples *copiis* civitas.

Appendix gen. pro suprema classe.

I. Horum nonnulla etiam genitivo junguntur, de quibus praec. 3.

II. *Alienus* interdum cum dativo reperitur. Cic. pro Caec. Id dicit, quod *illi causae* maxime est alienum. Ad Att. lib. 1. epist. 1. Non aliena *rationi nostrae* fuit illius praepropera prensatio. Nonnunquam etiam cum genitivo. Cic. de Fin. l. 1. Quis alienum putet *ejus* esse *dignitatis*? Usitatius tamen ablativo jungitur: ut non alienum *majestate sua*, Cic. de Div. l. 1.

III. *Immunis* etiam cum genitivo. Sen. de vit. beat. c. 26. Animus *vitiorum* immunis. Quintil. Declam. 9. Immunem *malorum omnium*. Praesertim apud poetas. Virg. *Belli* immunis. Ovid. *Curvique* immunis *aratri*.

IV. Interdum tamen *alienus*, et quaedam, de quibus dicemus praecep. 12. praeter ablativum, praepositionem

habent, *a*, vel *ab*. Cic. in epist. ad Fam. Quae non aliena esse ducerem *a dignitate tua*. Id. Off. Si *ab omni perturbatione* liber sit. Id. de Harusp. resp. Quae tandem est in hac urbe tanta domus *ab ista* religionis *suspicione* tam vacua, atque pura?

V. *Dignus* perquam raro cum genitivo. Balb. ad Cic. lib. 8. ad Att. Obsecro te, mi Cicero, suscipe curam et cogitationem dignissimam *tuae virtutis*. *Plenus* frequentissime, de quo praec. 3. *Dives* apud poetas interdum. 2. Georg. Dives *opum variarum*. *Orbus*, *cassus*, *onustus* raro apud eosdem.

Praeceptum XI. Opus.

I. *Opus* saepe nomen est substantivum indeclinabile, quod accedente verbo substantivo, ablativum postulat. Terent. Andr. act. 1. sc. 1. Nihil *isthac* opus est *arte* ad hanc rem, quam paro. Cicer. 12. ad Att. epist. 36. Apud Terentiam *gratia* opus est nobis, *tuaque auctoritate*.

II. Saepe etiam cum substantivis more adjectivorum consentit, neque tamen in casus declinatur. Cic. Fam. l. 2. ep. 6. *Dux* nobis, et *auctor* opus est Lib. 16. ep. 1. Is omnia pollicitus est. *quae* tibi opus essent. Ad Att. 6. Dices, nummos mihi opus esse ad apparatum triumphi. Liv. Bell. Pun. 10. Scipio ad comparanda ea, *quae* opus erant, tempus habuit.

Appendix gen. pro suprema classe.

I. Opus cum genitivo raro reperitur, nec videtur absundum. Planc. ad Cos. Praet. Trib. pleb. lib. 10. ep. 6. Sed aliquantum nobis temporis, et *magni laboris*, et *multae impensae* opus fuit. *Temporis* ab *aliquantum* pendet, genitivi vero *laboris* et *impensae* nisi ad *opus* referantur non video unde pendeant. *Opus* cum accusandi casu obsoletum est. Plaut. Truc. Puero opus est *cibum*.

II. *Usus* cum *opus* significat, eodem modo fere construitur. Virg. l. 8. Æn. Nunc *viribus* usus Liv. l. 3. addit genitivum pronominis. Si quis usus *mei* est. Cic. 4.

Tusc. utitur sine casu. De ceteris studiis alio loco dicemus, si usus fuerit.

Praeceptum XII.
De ablativo cum praepositione a, *vel* ab *post nomen adjectivum.*

Ordinis accipiunt sextum numeralia, junctis
A, vel ab: extorris, nudus, diversus easdem,
Incautus, fugitivus amant, innoxius, exul,
Adversus, securus, inops, alienus, et orbus,
Interger, atque alius cum degener, adjice purus,
Cassus, et immunis, vacuus cum sospite, liber,
Absonus ac tutus, profugus: velut exul ab urbe.

I. Adjectiva *diversitatis*, et numeralia *ordinis* ablativum cum praepositione a, vel ab admittunt. Acad. 4. Certa cum illo, qui *a te* totus diversus est. Ad Att. l. 6. Navigationis labor alienus *ab aetate nostra*. Id. 4. Acad. Post autem conficta a Carneade, qui est quartus *ab Arcesila*. Hirt. de Bell. Alex. 4. Imperio, et potentia secundus *a rege*.

II. Item *securus*, *vacuus*, *liber*, *nudus*, *inops*, *orbus*, *extorris*, et alia quae carminibus recensentur. Plin. l. 28. cap. 9. Securus *a metu* somnus. Cic. in Verr. Act. 1. l. 4. Vacui, expertes, soluti, ac liberi fuerunt *ab omni sumptu*, *molestia*, *munere*. Id. pro domo. Tam inops aut ego eram *ab amicis*, aut nuda respublica *a magistratibus*?

Praeceptum XIII. De nominibus comparativis.

Si duo cujusvis generis, vel plurima confers
Diversum sortita genus, dignabere sexto
Collativa gradu: ut dantur majora periclis
Praemia: doctrina est omni pretiosior auro.

I. Comparativo utimur cum ablativo, quando vel plura diversi generis comparantur. Cic. in Catil. 1. *Luce* sunt *clariora* nobis tua consilia. Curt. l. 9. *Majora* sunt *praemiis* pericula. Vel cum duo ejusdem, aut diversi generis conferuntur. Cic. ad Octav. Quae non posterior dies *acerbior priore*, et quae non insequen-

hora *antecedente calamitosior* populo romano illuxit? Horat. l. 1. ep. 1. *Vilius* argentum est *auro*, *virtutibus* aurum.

Si quam interveniat, recti gradus ille latinus.
In casum migrare potest, quem verba reposcunt:
Ut nihil horridius vidi, quam bella draconum.

II. Ablativus comparativi, intercedente conjunctione *quam*, mutari potest in casum verbo congruentem. Cic. Act. 4. in Verr. lib. 3. Tu innocentior, *quam Metellus*. Ad Attic. 14. epist. 22. Nemo unquam nec poeta, nec orator fuit qui quemquam meliorem *quam* se arbitraretur. Liv. Bell. Pun. 10. Melior, certiorque est tuta pax, *quam sperata victoria*. Ter. Phorm. act. 4. Ego hominem callidiorem vidi neminem, *Quam Phormionem*.

Partitiva etiam patrios, ut cetera poscunt
Mobilia: ut juvenum longe vicere minores.
Ex, e cum sexto sed habere frequentius optant.

III. Comparativa, quemadmodum et cetera adjectiva cum partitionem adsignificant, genitivum desiderant. Liv. lib. 3. In hanc sententiam ut discerefur, juniores *patrum* evincebant. Horat. in Arte. O major *juvenum*.

IV. Scriptores tamen saepius ablativo cum praepositione *e*, vel *ex* utuntur: qui casus partitioni, praesertim ubi nomen est comparativum, aptissimus est. Cic. Att. lib. 16. Ante scripta epistola *ex duabus tuis* prior mihi legi coepta est. Plin. ad Canin. lib. 3, epist. 7. Meliorem *ex duobus liberis* amisit.

V. Comparativa pro adverbiis *multum*, *paulum*, *tantum*, *quantum aliquantum*, *nimium*, *nihil* admittunt *multo*, *paulo*, *tanto*, *quanto*, *aliquanto*, *nimio*, *nihilo*. His accedunt *hoc*, vel *eo*, *quo* pro *tanto*, *quanto*. Cic. de Amic. Nec vero corpori solum subveniendum est, sed etiam menti, atque animo *multo* magis. Id. 1. de Orat. Est finitimus oratori poeta, numeris adstrictior *paulo*. Lucejus Cic. l. 5. Valeo, sicut soleo, *paulo* etiam deterius, quam soleo. De Off. l. 1. *Quanto* superiore

sumus, *tanto* nos submissius geramus. Id. de Invent. Postea *aliquanto* ipsos quoque tempestas vehementius jactare coepit. Plaut. Bacch. Vixisse *nimio* satius est, quam vivere. Cic. 2. de Fin. *nihilo* beatior Jupiter, quam Epicurus, dempta aeternitate. Planc. Cic. lib. 10. ep. 9. Certe *hoc* majus habes testimonium amoris mei, *quo* maturius tibi, quam ceteris, consilia mea volui esse nota.

Appendix gen. pro suprema classe.

Collativa suis gaudent superaddere sextum
Excessus: ut Atlas cubito fuit Hectore major:
Et positivorum propriis adjungere casus:
Ut quis Oreste fuit Pyladi jucundior unquam?

I. Praeter suum casum admittunt comparativa ablativum, qui significet excessum. Curt. l. 1. Turres *denis pedibus*, quam murus, altiores sunt.

II. Item casum suae positionis. Ad Att. l. 16. ep. 11. *Mihi* nemo est amicior, nec jucundior, nec carior Attico.

III. Denique hos ablativos *opinione*, *spe*, *aequo*, *justo*, *solito*, *dicto*. Cic. de Clar. Orat. *Opinione* ego omnium majorem cepi dolorem. Ovid. 4. Fast. *Speque* redit citius. Cic. de Amic. Neque etiam verendum est, ne quid plus *aequo* in amicitia congeratur. Quintil. lib. 9. c. 4. Membrum longius *justo*, tardum; brevius, instabile est. Liv. Bell. Pun. 5. Sol visus est rubere *solito* magis. Id. Bell. Pun. 3. *Dicto* prope citius equum in viam Claudius egit.

IV. Poetae nonnunquam, more graecorum, ad comparativum addunt adverbium *magis*. Virg. in Culic. Quis queat optato *magis* esse *beatior* aevo? Plaut. Stich. Immo etiam hoc *magis* est *dulcius*: nam *magis* multo patior *facilius* verba.

V. Oratores interdum, et historici alterum comparativum opponunt. Cic. pro Mil. Ne *libentius* haec in illum evomere videar, *verius*. Liv. *Sanctior*, quam *promptior* hic habitus fuit.

Praeceptum XIV.
De ablativo laudem, vituperationem, vel partem significante post nomen adjectivum.

Pleraque mobilium partis, laudisque latino
Sunt contenta gradu, vel qui contraria laudi.
Signet: ut ore niger, voce horridus, inclytus armis.

I. Pleraque adjectiva ablativum postulant significantem *laudem*, *vituperationem*, vel *partem*. Q. Cic. de Pet. Cons. Nequaquam sunt tam *genere* insignes, quam *vitiis* nobiles. Cic. 1. de Orat. Sunt quidam aut ita *lingua* haesitantes, aut ita *voce* absoni, aut ita *vultu motuque* corporis vasti, et agrestes, ut, et cet. Sallust. in Catil. C. Antonius *pedibus* aeger legato exercitum permittit. Cic. 4. Tusc. Quisquis est, qui moderatione, et constantia quietus *animo* est. Et Mart. l. 12. *Crine* ruber, niger *ore*, brevis *pede*, *lumine* laesus.

II. Etiamsi oratores libentius substantiva cum adjectivis copulent: ut vir *summa eloquentia*, *eximia virtute*, *excellenti ingenio*, (ut dictum est praecep. 2.) tamen non raro ipsis adjectivis ablativum laudis, aut vituperationis attribuunt, ac dicunt: *vir eloquentia summus*, *virtute eximius*, et cet. Cic. de Clar. Or. Ut *vita*, sic *oratione* durus, incultus, horridus. 4. de Fin. Horridiores evadunt, asperiores, duriores et *oratione*, et *moribus*.

Appendix gen. pro media classe.

I. Ablativum partis frequenter in accusativum mutant graecos imitati poetae Virg. AEn. 1. *Os humerosque* Deo similis. Hor. l. 4. od. 2. Qua notam duxit, vivens videri, *Cetera* fulvus.

II. Item historici, sed rarius. Liv. Bell. Pun. l. 1. Phalarica est sanguinis missile telum, hastili oblongo, et *cetera* tereti, praeterquam ad extremum. Mela l. 3. c. 1. Sarmatae *totum* braccati *corpus*; et nisi qua vident, *ora* etiam vestiti. Accusativus *cetera* frequens est apud Livium, et Plinium.

CAPUT XIV.
DE CONSTRUCTIONE PRONOMINIS
Pro media classe grammaticae.
Praeceptum I.
De genitivo post pronomina demonstrativa.

Ostensura gerunt quoties pronomina partes
Fixorum, patrio, velut id rationis, adhaerent.

I. Pronomina demonstrativa cum substantive ponuntur, patrium casum admittunt. Cic. lib. 2. ep. 8. *Hoc* ad te *litterarum* dedi. 1. de Orat. Quoniam *id temporis* est, surgendum censeo. Ad Att. lib. 1. ep. 10. Res est *eodem loci*, quo reliquisti.

II. Huc spectant *hoc comodi*, *novi*, *noctis*, *temporis*, *libertatis*; *id aetatis*, *virium*, *solitudinis*, et cet. Cic. Att. l. 11. ep. 7. Vide, ne *hoc temporis* Terentiae obesse aliquid possit. Id. l. 6. ep. 20. *Id aetatis* jam sumus, et cet. Tacit. lib. 13. Nec *id* nobis *virium* erat.

Appendix gen. pro suprema classe.

Pronomen *idem*, more graeco, cum dativo apud poetas reperitur. Hor. in Arte. Invitum qui servat, *idem* facit *occidenti*. Oeatores vero sic loquuntur *idem qui*, *idem et*, *idem ac*, *idem atque*, *idem ut*. Cic. 2. Off. peripatetici quoniam *iidem* erant *qui* academici. 2. de Nat. Deor. Cianam, et Lunam eamdem esse putant. Pro Syl. *Idem* valere debet, *ac* si pater dijudicaret. Pro Dom. *Idem* videtur esse, *atque* id, quod, et cet. 1. Off. In *eadem* sunt injustitia, *ut* si, et cet. Cave igitur dicas: Hoc est idem cum illo, aut idem tecum, et cet. Desunt enim veterum exempla.

Praeceptum II. De genitivo post possessiva.

Possessiva pronomina *meus*, *tuus*, *suus*, *noster vester* loco primitivorum *mis*, *tis*, *sis*, (quibus vetustissimi scriptores utebantur, ut diximus lib. 1. cap. 3.) et *nostrum*, *vestrum* posita genitivum postulant. Cic. Fam.

lib. 15. ep. 13. Moleste fero, me consulem tuum studium *adolescentis* perspexisse, te meum, cum id aetatis sim, perspicere non posse. Phil. 3. Tuum *hominis simplicis* pectus nudum vidimus. Pro P. Sext. Non admiror, quod meam legem contempseris *hominis inimici*. Ad Att. lib. 11. ep. 15. *Solius* meum peccatum corrigi non potest. In Pison. Juravi hanc urbem mea *unius* opera esse salvam. Pro Mur. Ex tuo *ipsius* animo conjecturam ceperis. Liv. l. 8. Quod meum factum, dictumve *consulis* gravius, quam *tribuni* audistis? Id. l. 36. Nec iis noxae futurum sit, quod vim tuam *praesentis* experiri noluerint. Hor. lib. 1. Sat. 4. Cum mea nemo scripta legat vulgo recitare *timentis*.

II. Genitivum *omnium* nondum cum possessivis legi, sed cum primitivis. Cic. in Catil. 1. Ad *omnium* vestrum vitam pertinet. Id. 1. de Orat. Voluntati vestrum *omnium* parui. Sic enim cum peritis legendum censeo, non vestrae, ut est in nonnullis libris.

Praeceptum III.

De genitivis mei, tui, sui, nostri, vestri.

Appositum, et verbum patrios moderantia casus,
Quorum finis in i, pronomina prima reposcunt
Ut memor ipse tui: nostri miserescite, cives.

Verba, participia, et nomina adjectiva, quae patrium casum postulant, genitivis *mei*, *tui*, *sui*, *nostri*, *vestri* gaudent. Cic. ad Att. l. 3. ep. 27. Te oro, ut, quibus in rebus mei *tui* indigebunt, nostris miseriis ne desis. Hoc loco *mei* nominativus est pluralis, *tui* genitivus singularis. In Cat. 4. Habetis ducem memorem *vestri*, oblitum *sui*. Lib. 9. ad Att. Nihil enim malo, quam et me *mei* similem esse, et illos *sui*.

Appendix gen. pro suprema classe.

I. Nomine verborum intelliguntur etiam gerundia, et supina si quando eorum usus inciderit: ut non est tempus obliviscendi *vestri*, *nostri*; non autem *vestrum*, *nostrum*.

II. Cum iisdem genitivis *mei*, *tui*, *sui*, *nostri*, *vestri* copulari possunt participia. Planc. Cic. lib. 10. Facultas optabiliis *tui praesentis* si mihi esset, nunquam a tuis consiliis discreparem. Cic. Lentulo lib. 1. ep. 1. Nostram fidem omnes, amorem *tui absentis*, *praesentisque* cognoscent.

III. Item cum gerundiis, ut vocant, adjectivis. Cic. lib. 2. epist. 4. Hoc, quidquid attigi, non feci *inflammandi tui* causa, sed *testificandi amoris mei*.

IV. At nominibus cum substantivis, tum adjectivis quidam negant hos genitivos posse jungi, exceptis his, *unius*, *solius*, *ipsius*. Non video cur non ceteris quoque jungi possint. Cur enim latine non dicatur *pudet me tui hominis vanissimi*: *non te miseret mei infelicis?* Terent. Heaut. act. 5. sc. 4. Atque *inopis* nunc te miserescat *mei*.

Exceptio I. pro media.

Refert, inter et est gradui junxere latino
Unius, et reliquos, qui possessiva sequuntur:
Ut vestra ipsorum refert componere mores.

Interest tamen et *refert* ablativos *mea*, *tua*, *sua*, *nostra*, *vestra* sibi vindicarunt. Adde his *cuja*, de quo diximus supra cap. 7. Quibus ablativis addi possunt genitivi *unius*, *solius*, *ipsius*, ceterique, qui possessivis adduntur, ut mea unius interest: tua solius refert: nostra ipsorum interest vitia extirpare; tua rempubblicam administrantis interest semper vigilare. *Nostra*, *vestra*, *omnium* tum dices, cum exempla repereris. Interim tutius videtur dicere: nostrum omnium interest; vestrum omnium refert, et cet. Quo loco, *omnium* genitivus est verbi *refert*; *vestrum* genitivus est nominis partitivi *omnium*; ut illud Plin. l. 11. c. 37. *Piscium omnibus serrati dentes*: de quo cap. 13. praec. 4.

Exceptio II. pro media.

Partitiva, simul numeralia nomina, vestrum,
Ac nostrum, mediusque gradus, summusque requirunt:
Ut nostrum, aut vestrum primus, minor, optimus, alter.

Nomina numeralia, partitiva, comparativa, et superlativa genitivos *nostrum*, *vestrum* exigunt. Curt. lib.

8. Nolo singulos *vestrum* excitare. Ad Q. Fr. l. 2. ep. 4. Domus utriusque *nostrum* aedificatur strenue. Id. 2. contra Rull. Omnibus vobis, aut majori *vestrum* parti. Sic dices *maximus*, *minimus nostrum*, et cet.

Praeceptum IV. Pronomina post substantiva.

Actio cum datur, aut possessio; nomina fixis
Possessiva suis, velut adjectiva, cohaerent:
Ut mea cura, tuum studium, sua cuique voluntas.

I. Possessiva *meus*, *tuus*, *suus*, *noster*, *vester*, cohaerent cum substantivis genere, numero, casu, cum possessio, vel actio significatur: ut liber meus, ager tuus, studium nostrum, labor vester.

At cum significant generalem nomina partem
Corporis, aut animi, patriis tunc utimur illis,
Quos sibi in i tantum pronomina prima crearunt:
Ut magna rex parte sui caret orbus amicis.

II. At si substantiva significent partem aliquam generalem corporis, sive animi, cujusmodi sunt *pars*, *dimidium*, *aliquid*, genitivis primitivorum utemur: ut nullam partem *mei* amisi: hoc est non amisi manum, pedem, memoriam. Cic. 4. de Fin. Cui proposita est conservatio *sui*, necesse est huic partes quoque *sui* cariores esse, quo perfectiores sint. Terent. Adelph. Tetigi ne *tui* quidquam? Quintil. l. 7. cap. 3. Minimam partem *mei* habent.

Appendix gen. pro suprema classe.

Nomen ubi est anceps, veluti cura, actio tunc si
Significetur eo, vel possessio, fixa
Cum possessivis, velut adjectiva; ligantur:
Ut tua cura, tuum studium, quibus omnia vincis.
Passio nominibus cum significatur eisdem,
Quorum finis in i, pronomina prima ligamus:
Ut me ingrata tui capient oblivia nunquam.
Jungitur interdum pariter pronomen utrumque:
Ut tua longa sui torquent oblivia matrem.

I. Substantiva, quibus ambigua est significatio, activeque, ac passive sumi possunt: ut *caritas*, *amor*, *me-*

moria, *oblivio*, *desiderium*, *cura*, *miseratio*, *fiducia*, itemque cetera ejusdem generis, si possessionem, actionemve significent possessivis adhaerescunt: ut *amor meus*, *desiderium meum*, quo amo, ac desidero.

II. Sin passionem significent, genitivos *mei*, *tui*, *sui*, *nostri*, *vestri* flagitant: ut amor *mei*, desiderium *mei*, quo amor, ac desideror. Ad Att. l. 1. epist. 2. Aviam tuam scito desiderio *tui* mortuam esse. Fam. l. 5. epist. 2. Amore *tui* fratrem tuum odisse desinam. Id. ad Planc. l. 10. Me impulit *tui* caritas. Ad Q. Fr. lib. 1. ep. 2. Nunc decedens relinque, quaeso, quam jucundissimam memoriam *tui*. Fam. l. 6. ep. 2. Ne me putes oblivione *tui* rarius ad te scribere, quam solebam. Quint. Decl. 6. Postquam *mei* cura discesserat, et cet.

III. Nonnunquam utrumque conjungitur. Ad. Att. l. 13. Nicias *tua sui* memoria delectatur. Fam. l. 12. ep. 17. Grata mihi vehementer est memoria *nostri tua*.

IV. Non in omnibus tamen, quibus anceps est significatio, hoc observatur. Nam *crimen meum*, *vulnus meum*, *injuria mea* dicitur etiam mihi illata. Item *imago mea*, *tua*, *sua*, *nostra*, *vestra*, non solum quae possidetur; sed etiam quae refert, et repraesentat. Plaut. Men. *Tua* est imago tam consimilis tibi quam potest. Cic. pro Sex. Rosc. Ut effictos mores *nostros* in alienis personis expressamque imaginem *nostram* vitae quotidianae videremus.

V. Praeterea *causa mea*, *tua*, *sua*, *nostra*, *vestra*, Cic Fam. l. 15. ep. 18. Abesse te *mea* causa moleste fero, *tua* gaudeo Id. l. 16. ep. 10. Non tam *mea* causa, quam *tua* doleo te non valere. Sic apud Cic. frequenter. Papinianus causa *mei*, Ulpinianus *sui* dixit. Malim ego cum Cicerone loqui.

Praeceptum V. Reciproca sui, sibi, se.

Terna in se quoties persona reflectitur, ullo
Absque errore sui voce utimur: ut sibi mendax
Lingua nocet: se homini gladio succurre necanti.

I. Reciproco *sui*, *sibi*, *se* utimur cum tertia persona transit in seipsam sive in recto; sive in obliquo: ut

Caesar recordatur sui; *indulget sibi*; *amat se*; *loquitur secum.* Cicer. 5. de Fin. Eorum est haec querela, qui *sibi* cari sunt, *seseque* diligunt. Idem 1. de Nat. Deor. Ipse *sibi* displicet. Id. 4. in Catil. Habetis ducem memorem *vestri*, oblitum *sui*.

Utimur hoc itidem, verbo accedente secundo:
Ut sibi des veniam supplex Masiuissa precatur.

II. Etiam accedente altero verbo, reciprocum vim suam retinere solet. Cic. in Or. Ne ipse quidem sua tanta eloquentia mihi persuasisset, ut *se* dimitterem. Id. Att. l. 5. Qui etiam a me petierit, ut *secum*, et apud *se* essem quotidie.

Appendix gen. pro suprema classe.

I. Quod si duae tertiae personae interponantur, reciprocum plerumque ad priorem referri solet. Cic. ad Att. lib. 15. epist. 9. Scriptis filius, se idcirco profugere ad Brutum voluisse, quod, cum *sibi* negotium daret Antonius, ut eum dictatorem efficeret, praesidium occuparet, id recusasse. *Sibi* ad filium refertur, *eum* ad Brutum.

II. Interdum reciprocum in *is* pronomen commutatur. In Verr. Act. 2. Milesios navem poposcit, quae *eum* praesidii causa Myndum prosequeretur. Ad Att. l. 11. ep. 23. Camillus mihi scripsit, te *cum eo* loquutum, pro *secum.* Caes. l. 1. Bell. Civ. Timere Caesarem, abreptis ab eo duabus legionibus, ne ad *ejus* periculum reservare eas Pompejus videretur.

Praeceptum IV. Reciprocum suus.

Persona in rem possessam cum tertia transit,
Voce suus res ipsa potest possessa notari:
Sicut quaeque suos nutrit fera bellua partus.

I. Reciproco *suus* utimur, cum tertia persona transit in rem a se possessam, ut *Cicero recordatur Tironis liberti sui*; *indulget liberis suis*; *defendit suos clientes*; *scripsit hanc epistolam manu sua.* In Verr. Act. 2. l. 1. Ajebat multa sibi opus esse, multa canibus

suis. Id. de Or. l. 2. Si ferae partus *suos* diligunt, quà nos in liberos nostros indulgentia esse debemus?

> Vis eadem remanet, verbo accedente secundo:
> Ut Caesar te, Marce, rogat, sua signa sequaris.

II. Etiam accedente altero verbo, idem usuvenit. In Verr. Act. 2. l. 1. Debere eum ajebat *suam* quoque ducere rationem. *Eum* cum diciti, Ligurem designat, *suam* Verris, cujus sermo exponitur.

> Utere voce suus cum res possessa refertur
> In possessorem: ut feriunt sua tela nocentem.

III. Utimur praeterea reciproco *suus* cum res possessa in possessorem transit. Cic. Att. lib. 9. ep. 14. Ulciscentur illum mores *sui*. De Harusp. resp. *Sua* concio risit hominem. Pro Sext. Hunc *sui* cives e civitate ejecerunt. Ad Att. l. 10. Indulsit illi quidem *suus* pater semper.

Appendix gen. pro suprema classe.

I. *Suus*, cum duabus tertiis personis interponitur, non raro ad posteriorem refertur. Cic. in Verr. Act. 3. Orat Dolabellam, ut de *sua* provincia decedat: ubi de Dolabellae provincia sermo est. Caes. 1. Bell. Civ. Velle Pompejum se purgatum Caesari, ne quae reipublicae causa egerit, in *suam* contumeliam vertat. in Verr. Act. 2. Verres possessionem hereditatis negat se daturum, ne posset patronum *suum* proscriptum juvare; *ubi de liberto quodam loquitur.*

II. *Sui* ponitur interdum pro *suus*. Cic. de Univ. Imitantes genitorem, et effectorem *sui*. Ibid. Itr se ipsa consumptione, et senio alebat *sui*.

III. Nonnunquam *suus* usurpatur pro *is*. Ad Att. l. 6. Non destiti rogare, et petere mea causa, et suadere *sua*. Id. de Somn. Scip. Ego illum de *suo* regno, ille me de nostra republica percontatus est. Et Phil. 4. Si C. Caesaris, fortissimorumque *sui* patris militum exercitus non fuisset. Quae non temere imitanda sunt. Neque enim licet dicere: conveni Franciscum, et patrem *suum*, sed *ejus*: monebo Antonium, ut veniat, et ego

veniam *secum*, sed *cum eo*: id Petrus optat; quare *sua* causa ut facias, te rogo, sed *ejus causa*. Quoties enim reciprocum interruptum non redit aut recte, aut oblique ad eum, unde proficiscitur, reciproco fere locus non est.

IV. Interdum tamen, ut dictum est, *is*, aut *ipse* pro reciproco ponitur. Caes. Bell. Civ. l. 1. Quod penes *eum* est pecuniae, tradit. Cic. ad Q. Fr. l. 1. Ea ferre molestissima homines solent, quae *ipsorum* culpa contracta sunt.

CAPUT XV.

DE NUMERI DISTRIBUTIVI CONSTUCTIONE.

Pro media classe grammaticae.

Praeceptum I. distributivis qua ratione utamur.

I. Distributivi numeri, quibus ferme utimur, cum idem pariter in plura dividimus, sunt singuli, bini, terni, quaterni, quini, et alii, de quibus l. 1. c. 14. Cic. Att. l. 7. ep. 13. *Binos* gladiatores *singulis* patribus familiarum distribuit. Id. Parad. 6. Capit ille e suis praediis sexcenta sestertia, ego *centena* ex meis: idest; ille sexcenta, ego centum quotannis. Plin. l. 10. cap. 56. Vivunt laconici annis *denis*: hoc est, unusquisque laconicus decem annis vivit. Cic. in Verr. Cum in Sicilia sestertiis *binis* tritici modius esset, summum *ternis*: hoc est quisque modius sestertiis duobus, summum tribus.

Res, vel mensura in quam cadit distributio saepe accusativo gaudet cum praepositione *in*. Cic. in Verr. Act. 3. l. 2. Censores binos *in singulas civitates* describebat. Lib. 4. Bell. Pun. Qui bina millia aeris *in annos singulos* penderent. Id. Singulis *in militem* tunicis imperatis.

III. Cum duo adhibentur numeri, uterque, aut alterutrer esse potest distributivus. Cic. in Brut. *Bini* oratores vix *singulis* aetatibus extiterunt. In Verr. Act. 4. Et pueri annorum *sensum septenumque denum* senatorium nomen nundinati sunt. Id. Div. in Verr. Pro frumento in modios *singulos duodenos* sestertios exegisse,

idest sestertios duodecim pro quolibet frumenti modio, Varr. de re rust. lib. 2. Decem sibi in dies *singulos* denarios dare audivisset. Liv. l. 20. *Octogeni bini* aeris militibus dati, hoc est, octoginta duo nummi singulis militibus dati.

Appendix gen. pro suprema classe.

I. Saepe distributivus omittitur, cum res, in quas aliquid distribuitur, accusativo efferuntur cum praepositione *in*. Ita dicitur: in militem, in navem, in capita, idest in singulos milites, in singulas naves, et cet. Liv. Frumentum melianum assibus in modios aestimatum plebi divisit: hoc est, cum singuli modii singulis assibus aestimarentur.

II. Distributivi numeri loco primitivorum, seu cardinalium, substantivis junguntur, quae numero singulari carent, ut *binae* litterae, *bina* castra, *terna* arma. Non autem duae literae, duo castra, tria arma. Cic. Phil. 13. Inter *bina castra* collocatus est.

III. In his ipsis tamen *uni*, *unae*, *una* dicemus potius, quam *singuli*, nisi distrubutive sumantur, ut *unae* nuptiae, scalae, litterae et cet. Cic. pro Leg. Man. Ab *unis* hostium *copiis* bellum geri. Id. de Leg. l. 3. Seque non *unis* circumdatum *moenibus*, et cet. Sal. in Jugurth. Ubi *unae*, et alterae *scalae* comminutae sunt.

IV. Quamvis distributiva nomina numerum multitudinis tantum sibi vindicent, non raro tamen singulari numero usurpantur, tum a poetis, ut *Terno* ordine, Virg. Æn. l. 5. *Centeno* arbore, lib. 10. Sic Gurgite *septeno*, et cet. Tum etiam ab historicis: ut *Septuageno* coitu, Plin. *Quadrageno*, aut *viceno* spatio, id. l. 17. c. 23. *Septenum* numerum legionum, Fam. lib. 11. ep. 10. Quibus locis distributivi numeri pro cardinalibus ponuntur.

V. Quod fit etiam interdum in numero multudinis, non solum cum junguntur nominibus, quae singulari carent, ut binae litterae, bina castra: sed etiam cum junguntur nominibus, quae singularem quoque numerum habent: quod frequens est apud eosdem sive poetas sive historicos. Virg. AEn. 2. Bis *quinos* silet ille

dies. Ovid. Trist. l. 3. el. 2. Perque *quaterdenos* itur in illa gradus: pro bis *quinque*, *quadraginta*. Plin. l. 8. c. 36. de ursis. Mares *quadragenis* diebus latent, foeminae *quaternis* mensibus. Pro *quadraginta* diebus, *quatuor* mensibus. Sic alii saepe. At Cic. in Somn. Scip. Cum aetas tua *septenos* octies anfractus, reditusque converterit et cet. prope poetice loquitur: hoc est ubi sex et quinquaginta annos expleverit.

Praeceptum II. De mille.

I. *Mille*, cum adjectivum est, pluralis tantum est numeri, nec declinatur in casus. Cic. pro Sex. Edixitque, ut ab urbe abesset *mille* passus. Hor. l. 2. Sat. 3. Veterisque falerni *Mille* cadis.

II. *Mille* substantivum genitivo jungitur, et singulari numero non declinatur in casus: at numero multitudinis *millia*, *millium*, *millibus* dicimus. Cic. pro Rab. *Mille talentum* accessionem esse faciam. Idem Phil. 6. Qui L. Antonio *mille nummum* ferret expensum: Hor. l. 2. Satyr. 5. *Mille ovium* insanus morti dedit. Varr. 3. rerum human. Plus *mille*, et centum *annorum* est. Cic. pro Mil. Ante fundum Clodii *mille hominum* versabatur; sic legendum non *versabantur*, auctore Gell. l. 1. c. 16. Macr. 1. Saturn. cap. 5. Qui similia afferunt ex Quadrigario, Catone, et aliis. Cic. pro Quint. Septingenta *millia* passuum. Idem pro Rab. Posth. Quod vociferabare, decem *millia* talentum esse promissa? Vide lib. 1. cap. 14. de numeris cardinalibus.

Appendix gen. pro suprema classe.

Si quando *millia* cum alio substantivo eodem casu junctum reperitur, erit substantivum per appositionem continuatum. Cic. in Verr. Act. 4. Tritici *modios* quinque *millia*. Liv. lib. 3. Philippei nummi quatuordecim millia quingenti quatuordecim. Id. lib. 9. Duo *millia* et quingenti capti.

CAPUT XVI.

DE PRAEPOSITIONIS CONSTRUCTIONE

Pro media classe grammaticae.

Praeceptum I. Praepositio verbis addita.

Verba, quibus regimen prorsus natura negavit,
Munere praepositae partis moderamina sumunt;
Ut sedeo in cathedra; vado, proficiscor in urbem.

I. Verba absoluta, et intransitiva praepositionum beneficio in casus transeunt. Cic. 2. de Orat. Cum *ad me in Tusculanum* venisset Caesar. Id. ibid. Cum *in lecto* Crassus esset, et *apud eum* Sulpicius sederet, Antonius autem inambularet *cum Cotta in porticu*, et cet.

Omnia verba gradus proprios moderantia, partes
Apposita adhibere suis cum casibus optant.

II. Transitiva, praeter proprium casum, etiam praepositiones cum suis casibus admittunt. Cic. de Amic. Nihil est amabilius virtute, nihil, quod magis alliciat homines *ad diligendum*; quippe cum *propter virtutem*, et *probitatem* eos etiam, quos nunquam vidimus, quodam modo diligamus.

Composito dat saepe suum pars juncta regendum
Praepositiva gradum: velit hostem invadere ferro.

III. Verba composita saepe casum suae praepositionis habent: ut *adire judicem: invadere urbem*. Cic. 5. de Fin. Persarum *magos* adiit. Ad Q. Fr. lib. 3. ep. 2. Cum subito bonus imperator noctu *urbem* hostium invasisset, et cet.

Partes praepositas repetunt composta frequenter.

IV. Et repetita praepositione, ut *adire ad judicem: invadere in urbem*. Cic. Act. 2. l. 1. in Verr. Ceteri heredes *adeunt ad Verrem*. Philip. 11. *In Galliam invasit* Antonius.

Appendix gen. pro suprema classe.

I. Hanc repetitionem amant multa verba composita ex praepositionibus *a*, *ab*, *ad*, *con*, *de*, *e*, *ex*, *in*. Cic. de Amic. Tu velim *a me* animum parumper avertas. Ad Q. Fr. l. 8. Abduco equidem me *ab omni* reipublicae *cura*. Cic. saepe verbum *invado* usurpat repetita praepositione.

II. Verbi *adspiro* elegans est usus, cum conatum quemadmodum aliquo perveniendi, atque alicujus rei adipiscendae adsignificat; efferturque vere cum aliqua vel negatione, vel interrogatione. Cic. in Brut. Ex bellica laude *nemo adspirare* ad Africanum potest. Id. in Verr. Act. 2. l. 1. *Quid* enim quisquam ad meam pecuniam, me invito, *adspiret?*

Praeceptum II. Praepositiones cum accusativo.

Accusativo serviunt *ad*, *apud*, et ceterae, quae sunt l. 1. c, 14. in rudim. praepos. Cic. in Brut. *Prope* Platonis *statuam* consedimus. Ad Att. 12. *Secundum te* nihil est mihi amicius solitudine. In Verr. Act. 3. l. 2. Erant acceptae pecuniae; sic tamen, ut *usque alterum* r litterae constarent integrae; reliquae omnes essent in litura.

Praeceptum III. Versus.

Versus habet casum praeeuntem: ut littora versus.

V*ersus* suo casui postponitur. Cic. Att. l. 16. Verti me a Minturnis *Arpinum versus*. Sulpic. ad Cic. l. 4. Ex Asia rediens, cum ab Aegina *Megaram versus* navigarem, et cet.

Praeceptum IV. Praepositiones cum ablativo.

Ablativo gaudent *a*, *ab*, *abs*, *absque* cum reliquis quae habentur l. 1. c. 14. in rud. Cic. in Pis. Mihi vero ipsi *coram genero meo*, *propinquo tuo*, quae dicere ausus es? Idem Att. l. 15. ep. 1, *Clam* ii, eam vidi.

Ter. Heaut. *Prae iracundia*, Menedeme, non sum apud me. Liv. l. 6. Rem creditori *palam populo* solvit. Id. Bell. Mac. 7. Haud *procul occasu* solis redeundi in castra tempus erat.

Appendix gen. pro suprema classe.

Clam apud veteres accusandi casu jungebatur. Plaut. Cas. act. 2. sc. 8. Bona multa faciam *clam meam hanc uxorem*. Sed non videtur usurpandum.

Praeceptum V. Tenus, cum et cet. postposita.

I. *Tenus*, quemadmodum *versus*, postponitur: ac fere patrium casum desiderat, si nomen sit multitudinis. Cicer. in Orat. Et Cepheus conditur ante *Lumborum tenus*. Coel. ad Cic. l. 8. ep. 1. Rumores illi de comitiis *Cumarum tenus* caluerunt.

II. Si singulare sit nomen, ablativo gaudet. Liv. Bell. Pun. 6. Adeo nudaverat vada, ut alibi *umbilico tenus* aqua esset; et cet. Cic. pro Dejot. Antiochus *Tauro tenus* regnare jussus est.

III. *Cum* in his tantum semper postponitur, *mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum*: nonnunquam in his, *quocum, quicum, quibuscum*.

IV. *De, in, inter*, et aliae nonnullae eleganter interponuntur interdum. Cic. de Inv. Multis *de* causis fit. Id. in Rull. Ducentos *in* annos. Idem de Clar. Orat. Suos *inter* aequales. Virg. Ecl. 1. Alias *inter* urbes. ibid. Lenta *inter* viburna.

V. *Inter*, *circum* interdum apud poetas postponuntur. Æneid. 1. Maria omnia *circum*. Georg. 2. Qua locus Erigonem *inter*. Apud oratores aut vix, aut raro admodum. Cicer. de Amic. Si *quos inter* societas aut est, aut fuit. Neque enim *inter si quos*, neque *si inter quos* recte eo loco dici posse videbatur. Alioqui semper praeit.

Praeceptum VI. A, ab, abs.

I. *A* consonantibus praeponitur. Cic. Phil. 3. Antonius *a fronte*, *a tergo*, *a lateribus* tenetur.

II. *Ab* vocalibus. Ad Att. l. 1. ep. 12. Cura, et effice, ut *ab omnibus* et laudemur, et amemur. Nonnullis etiam consonantibus. Pro Cluent. *Ab nullo* ille liberalius, quam a Cluentio tractatus est. Ad Att. l. 5. Rex *ab senatu* appellatus est. Praecipue l, r, et j praeponitur: ut ab legatis, ab romanis, ab Jove.

III. *Abs* praeponitur litterae t, et interdum q. Ter. Andr. O Dave, ita ne contemnor *abs te?* Id. Adelph. *Abs quovis* homine beneficium accipere gratum est.

Appendix gen. pro suprema classe.

Historici, praecipue Livius, liberius utuntur praepositione *ab*. Ab classe, ab Carthagine, ab dictatore, ab Numa, ab Gallis, ab Servio, ab Tarquiniis, et cet. Quae passim imitanda non videntur, nisi in historia.

Praeceptum VII. In, sub, super, et subter.

I. *In*, *sub*, *super*, *subter* modo accusativum, modo ablativum pro varia significatione postulant.

II. *In* cum verbis motus accusativum amat. Cic. de Sen. Venio *in curiam* frequens. Id. Or. 1. in Cat. *In exilium* proficiscere.

III. Item pro *erga:* ut Brutus fuit pius *in patriam*, crudelis *in liberos*. Vel *contra*. Cic. in Sall. Petulanter *in uxorem*, et *filiam meam* invasisti. Vel *per*, seu *pro:* ut commodare librum alicui *in diem*, *in mensem*. Cic. in Catil. 1. Crescit *in dies singulos* hostium numerus.

IV. Cum vero quies, aut aliquid fieri in loco significatur, ablativo gaudet. Cic. 1. de Leg. *In viridi, opacaque ripa* inambulantes. Ad Att. lib. 12. epist. 16. *In hac solitudine* careo omnium colloquio.

V. Et cum ponitur pro *inter*. Cic. de Amic. Hoc primum sentio, nisi *in bonis* amicitiam esse non posse.

I. *Sub* fere accusandi casum postulat, cum tempus adsignificat pro *paulo ante*, *circiter*, *per*: ut sub vesperam, sub lucis ortum, sub idem tempus. Caes. Bell. Civ. 1. pompejus *sub noctem* naves solvit. Liv. Bell. Pun. 2. *Sub* equestris *finem* certaminis coorta est peditum pugna.

II. Item pro *post*. Cic. Planc. l. 10. *Sub eas litteras* statim recitatae sunt tuae.

III. Et cum verbis motus. Cic. 2. Phil. Nisi ille se *sub scalas* tabernae librariae conjecisset.

IV. At cum verbis quietis ablativum poscit. Virg. Ecl. 7. Et, si quid cessare potes, requiesce *sub umbra*. Cic. Phil. 2. *Sub nomine* pacis bellum latet.

I. S*uper* accusativo servit, cum praepositioni *subter* contraria est, sive cum motu sit; ut tegula *super caput* cecidit: sive cum quiete, ut 2. de Leg. Demetrius *super tumultum* noluit quidquam statui. 2. de Fin. *Super eam* (*aspidem*) assidere.

II. Item cum significat *inter*. Curt. lib. 8. Circumferri merum jubet, debellaturus *super mensam* Alexandrum.

III. Ablativo jungitur, cum pro *de* ponitur. Cic. Att. 16. *Hac super re* scribam ad te Rhegio. Et interdum cum verbo quietis, maxime apud poetas. Virg. Æn. 6. *Gemina super arbore* sidunt. Id. Ecl. 1. *Fronde super viridi.*

S*ubter* ferme accusandi casum poscit sive quietis, sive motus verbis adjungatur. Cic. Tusc. 1. Plato iram in pectore, cupiditatem *subter praecordia* locavit.

Appendix pro suprema classe.

Interdum, apud poetas potissimum, ablativum habet. Virg. l. 9. Æn. Ferre libet *subter densa testudine* casus.

Praeceptum VIII. Praepositio versa in adverbium.

Praepositio, cum casu privatur, in adverbium migrat. Cic. Att. 4. Tu adventare, ac *prope* adesse jam debes. Id pro Flac. Multis *post* annis pecunia recuperata est. Id. 2. de Nat. Deor. Sensibus, et animo ea, quae *extra* sunt, percipimus. Id. Att. 14. Quatriduo *ante* ad eum scripseram. Hujus generis sunt *ante*, *contra*, *citra*, *circum*, *circiter*, *extra*, *intra*, *infra*, *post*, *prope*, *pone*, *ultra*, *usque*, et aliae nonnullae.

Praeceptum IX.

Praepositiones aliis praepositionibus praepositae.

Praepositiones nonnunquam aliis praepositionibus praeponuntur. Cic. ad Att. lib. 3. ep. 17. De Q. fratre nuncii nobis tristes, nec varii venerant, ex ante diem nonas junias usque ad pridie calendas Septembris.

I. *Usque* tamen fere alteram praepositienem desiderat. Cic. in Ver. Act. 6. l. 5. Maximis in laudibus *usque ad* summam senectutem summa cum gloria vixit. Ter. Eun. *Ex* Æthiopia est *usque* haec. Cic. 1. de Nat. *usque a* Thalete enumerasti sententias philosophorum.

II. Quod si adjungatur nominibus oppidorum, saepe alteram praepositionem respuit. Cic. Act. 5. l. 4. in Verr. Sacerdotes usque Ennam profecti sunt. Ad Att. l. 5. ep. 16. Appius in ultimam provinciam se conjecit, Tarsum usque. Ter. Adelph. act. 4. sc. 5. Miletum usque obsecro.

CAPUT XVII.

DE CONSTRUCTIONE ADVERBII.

Pro media classe grammaticae.

Praeceptum I. Nominativus post adverbium.

Rectum, vel quartum casum en, atque ecce reposcunt.

En, *ecce* nominandi, seu accusandi casum admittunt. Cic. in Verr. Act. 5. l. 4. *Ecce nova turba*, atque *rixa*. Et pro Dejot. *En crimen*, *en causa*. De Fin. 7. *Ecce miserum hominem*. Plaut. Amph. *En tectum*, *en tegulas*, *en obductas fores*.

Appendix gen. pro suprema classe.

Apponitur et dativus *tibi* non sine lepore. Cic. Att. 2. ep. 15. Cum haec maxime scriberem, *ecce tibi* Sebosus. Id. 3. Offic. *Ecce tibi*, qui rex populi romani, dominusque omnium gentium esse concupierit.

Praeceptum II. Genitivus post adverbium.

Affatim amat patrium, partim, satis, instar, abunde,
Et nimis, atque parum; pro causa adjungitur ergo.

I. Affatim, satis, abunde, nimis, parum, instar, partim, ergo pro causa genitivo junguntur. Plaut. Bacch. Tibi *divitiarum affatim* est. Ter. Phor. *Satis* jam *verborum* est. Quint. Decl. 9. *Satis, abundeque poenarum* est. Cic. in Or. *Nimis insidiarum* adhibere videtur. Sallust. Catil. *Satis eloquentiae, sapientiae parum.* Cic. de Clar. Or. Plato mihi unus *instar* est *omnium.* 2. de Or. *Eorum partim* in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt. Liv. 6. Bell. Maced. *Victoriae navalis ergo* in unum diem supplicatio decreta est.

II. Item adverbia superlativa a nominibus orta. Cic. de Clar Orat. *Maxime omnium nobilium* graecis litteris studuit. Ibid. Saepissime audio, illum *omnium* fere *oratorum* latine loqui *elegantissime.*

III. Genitivus hic in ablativum cum praepositione migrare potest. Cic. ibid. *maxime ex omnibus*, qui ante fuerunt, graecis doctrinis eruditus.

Appendix gen. pro suprema classe.

I. Ubi, ubinam, ubicumque, ubivis, quovis, quoquo, nusquam genitivos *terrarum*, vel *gentium* eleganter admittunt. Cic. ad Att. 5. Quid ageres, *ubi terrarum* esses, ne suspicabar quidem. Ter. Adelph. Fratrem *nusquam* invenio *gentium.*

II. Dicitur et *longe gentium.* Cic. ad Att. 6. epist. 3. Tu *longe gentium* abes.

III. Huc spectant adverbia *eo*, *huc.* Liv. Bell. Pun. l. 5. *Eo consuetudinis* adducta res erat, ut, et cet. Curt. l. 6. *Huc* enim *malorum* ventum est, ut, et cet.

IV. *Pridie*, et *postridie* et genitivum, et accusativum casum postulant. Cic. ad Att. 11. *Pridie ejus diei* venit. Fam. lib. 3. ep. 4. *Pridie nonas* Junii cum essem Brundusii, et cet. Caes. Bell. Gall. 1. *Postridie ejus diei* Caesar praesidii utrisque castris, quod satis esse visum est, reliquit. Cic. Att. 16. *Postridie ludos* apollinares.

V. Adverbium *tunc* cum genitivo *temporis* raro apud scriptores idoneos reperitur. Justin. l. 1. Sed de gente obscura *tunc temporis* persarum, et cet.

Praeceptum III. Dativus post adverbium.

Quaedam, more patrum, ternum sumpsere regendum.

Quaedam adverbia dandi casum poscunt, more eorum unde deducuntur, ut *congruenter*, *convenienterque naturae* vivere; dicere *congruenter rationi*; *obviam alicui* ire, procedere, prodire. Nam *congruens*, *conveniens*, *obvius* dativo gaudent. Cic. 2. de Fin. Non quaero, quid dicat, sed quid *convenienter rationi* possit, et *sententiae suae* dicere. Phil. 2. *Caesari* ex Hispania redeunti *obviam* quam longissime processisti.

Praeceptum IV. Accusativus post adverbium.

Proxime amat quartum, propius dilexit eumdem.

Propius, *proxime* accusandi casum exigunt. Cic. ad Oct. Cur castra longius adversariorum castris, et *propius urbem* moventur? Sall. Jug. Ipse *propius montem* cum omni equitatu suos collocat. Id. Catil. Quod vitium *propius virtutem* erat. Liv. lib. 10. Cum *propius* jam *blanditias* oratio esset, quam *preces*. Idem l. 30. Erat rex *proxime speciem* muros oppugnantium. Ad Att. l. 6. ep. 5. Officium meum esse putavi, exercitum habere quam *proxime hostem*.

Appendix gen. pro suprema classe.

Jungitur *propius* nonnunquam cum praepositione *a*, vel *ab*. Cic. 2. de Nat. Deor. Stellae aliae *propius a terris* moventur, aliae remotius.

Gaudet abhinc verbis exacti temporis: ergo.
Natus abhinc annos, vel centum dicimus annis.

Abhinc verbis praeteriti temporis junctum accusativum, seu ablativum postulat. In Verr. Act. 3. lib. 2. Horum pater *abhinc duos* et viginti *annos* est mortuus. Pro Quint. Quo tempore? *abhinc annis* quindecim.

Praeceptum V. Ablativus post adverbium.

Collativa petunt sibi casum adverbia sextum:
Ut dicto citius, justo amplius, ocyus Euro.

Comparativa ablativo gaudent, ut *plus eo*, *eo amplius* Cic. 2. de Inv. *Lacrima* nihil *citius* arescit. Id l. 2. epist. 7. Nemo est, qui *sapientius* tibi suadere possit *te ipso*. Ter. Heaut. act. 1. sc. 1. Annos sexanginta natus es, aut *plus eo*, ut conjicio. Balbus Att. 8. epist. penult. Cave putes, *plus me* quemquam cruciari.

Appendix gen. pro suprema classe.

I. *Plus*, *amplius*, *minus* modo ablativum habent, ut docent allata exempla, modo sine casu ponuntur, sed subintelligitur conjunctio *quam*. Ter. Adelph. act. 2. sc. 2. Homini misero *plus* quingentos colaphos infregit. Caes. 5. Bell. Gall. Cum ipsi non *amplius* quingentos equites haberent. Nec enim accusandi casus ab his adverbiis reguntur, sed a verbis *infregit*, *haberent*. Videntur etiam nominandi casus cum his adverbiis jungi, cum a verbis pendeant. Caes. 7. Bell. Gall. Eo die *milites* sunt *minus septingenti* desiderati. Id. l. 5 *Naves amplius octingentae* uno erant *visae* tempore.

II. Cum iisdem adverbiis junguntur accusativus, et ablativus casus *mensuram* significantes, tunc vero casus sunt communes. Vitruv. Ita a pariete distent, ut ne *plus* pateant *palmum*. Liv. de Bell. Maced. Aberat eorum acies paulo *plus quingentos passus*. Caes. *Millibus amplius quingentis* in longum patent.

Praeceptum VI. Adverbia loci.

I. Adverbia, quibus interrogamus, sunt haec: *ubi*, *unde*, *quo*, *qua*, *quorsum*.

II. Ad interrogationem *ubi* redduntur haec: hic, istic, illic, ibi, inibi, ibidem, alibi, alicubi, ubique, utrobique, ubivis, ubilibet, ubicumque, ubiubi, passim, vulgo, intus, foris, longe, peregre, nusquam.

III. Item supra, subter, infra, ante, post, extra cum fiunt adverbia. Cic. l. 6. ep. 1. Nemo est, quin *ubivis*, quam *ibi*, *ubi* est, esse malit.

IV. Haec dicuntur adverbia *in loco*, seu quae referuntur *ad quietem*. Quibus sicubi, necubi, noncubi, uspiam, usquam addi possunt; quae quamvis *ad quietem* referuntur, tamen pleraque ad *ubi* non redduntur. Cic. 1. de Leg. Sive est illa lex scripta *uspiam*, sive *nusquam*. Offic. 2. Nec est *usquam* consilio, aut auctoritati locus.

V. Ad *unde* redduntur haec: hinc, istinc, illinc, inde, indidem, aliunde, alicunde, undique, undequaque, utrinque, undevis, undelibet, undecumque, undeunde, peregre, eminus, superne, inferne, intus, foris. Ter. Heaut. act. 1. sc. 2. Vide, ne quo *hinc* abeas longius.

VI. Haec appellantur adverbia *de loco*, seu quae referuntur ad *mótum de locó*. Quibus accedunt sicunde, necunde, intrinsecus, extrinsecus, forinsecus, funditus, radicitus, stirpitus.

VII. Ad *quo* redduntur haec: huc, istuc, illuc, illo, eo, eodem, aliquo, alio, neutro, utroque, quocomque, quoquo, quovis, quolibet, intro, foras, peregre, longe, nusquam. Ter. Hecyr. act. 3. sc. 4. Abi, Parmeno, *intro*, ac me venisse nuncia.

VIII. Haec appellantur adverbia *ad locum*, sive quae *motum ad locum* significant. Quibus adjungi possunt siquo, nequo, quoquam, quopiam, usquam, uspiam, Cic. 1. Phil. Nec vero *usquam* discedebam. In Verr. Act. 4. O praeclara Verrea! *quoquam* si accessisti, *quo* non attuleris tecum istum diem.

IX. Ad *qua* redduntur haec: hac, istac, illac, aliqua, ea, alia, quavis, qualibet, quacumque. Ter. Eun. act. 1. sc. 2. Plenus rimarum sum: *hac illac* perfluo.

X. Haec vocantur adverbia *per locum*, sive quae referuntur *ad motum per locum*, quibus siqua, nequa, addi possunt.

XI. Ad *quorsum*, idest quem locum versus; redduntur haec: horsum, istorsum, illorsum, aliorsum, deorsum, sursum, dextrorsum, sinistrorsum, laevorsum,

prorsum, rursum, introrsum, vel introrsus, retrorsum, vel retrorsus, quoquoversum, vel quoquoversus: Ter. Hecyr. act. 3. sc. 4. *Horsum* pergunt. Id. Eun. act. 2. Sed ego te totos, Parmeno, hos menses quietum reddam, ne *sursum*, *deorsum* cursites. Idem Hecyr. act. 3. sc. 1. Trepidari sentio, cursari *rursum prorsum*. Ubi Donatus. *rursum* proprie retro, *prorsum* ante singnificat: *andar innanzi*, *e indietro*.

XII. Haec dicuntur adverbia *versus locum*. Quibus addi possunt siquorsum, nequorsum: deorsum versus, vel deorsum versum, idest deorsum: sursum versus, vel sursum versum, idest sursum. Cic. de Orat. Cum gradatim *sursum versum* redditur.

Praeceptum VII. Ut.

I. *Ut* pro *postquam* indicativum petit. Cic. Att. 7. ep. 15. *Ut* ab urbe *discessi*, nullum praetermisi diem, quin aliquid ad te litterarum darem. Item pro *quomodo* cum quadam admiratione. Ad Att. 7. ep. 2. Cn. noster (o rem miseram, et incredibilem!) *ut* totus *jacet*! Ter. Eun. *Ut* falsus *est* animi!

II. Post has voces *adeo*, *ita*, *sic*, *talis*, *tantus*, *tot*, *tam* fere nunquam ponitur *quod*, sed *ut* cum subjunctivo. Cic. pro Rab. *Adeo* ne hospes hujusce urbis es, *ut* haec *nescias*? Tusc. 1. Non sum *ita* hebes, *ut* ista *dicam*. Id. l. 5. ep. 20. Quae cum viderem *tot* vestigiis impressa, *ut* in his errari non *posset*, non adscripsi. Id. l. 6. ep. 1. Neque cum id faciebamus, *tam* eramus amentes *ut* explorata nobis *esset* victoria.

III. *Ut* pro *veluti* similes antecedenti casui sub eodem verbo casus exposcit. Cic. in Lucul. Me oratio Luculli ita movit, *ut docti hominis*, ac *parati*. Ibid. Ea se sola percipere dicunt, quae tactu infimo sentiant, *ut dolorem*, *ut voluptatem*. Idem 1. Acad. Utar verbis, quibus *ut aliis multis*, consuetudo utitur, *ut latinis*.

IV. Idem dicimus de particulis *tamquam*, *quasi*, *sicut*, et similibus. Cic. de Clar. Or. AEtatis illius ista fuit laus, *tanquam innocentiae*. Id. Tusc. 2. Est in animis tenerum quoddam, quod aegritudine, *quasi tem-*

pestatu, quatiatur. Id. l. 5. ep. 8. Me, *sicut alterum parentem*, et observat, et diligit.

Praeceptum VIII. Antequam et priusquam.

I. *Antequam* tum indicativis, tum conjunctivis jungitur. Cic. pro Mur. *Antequam* pro Muraena dicere nstituo, pro me ipso pauca dicam. Idem Phil. 1. *Antequam* de republica, patres conscripti, *dicam* ea quae dicenda hoc tempore arbitror, et cet.

II. *Priusquam* iisdem modis gaudet. Ter. Andr. act. 2. Omnia experiri certum est, *priusquam pereo*. Cic. Phil. 1. *Priusquam* de republica dicere *incipio*. Pro Mil. *Priusquam incipias*, consulto; ubi consulueris, mature facto opus est.

Praeceptum IX. Ne et nae.

I. *Ne* subjunctivum poscit, cum aliquid prohibemus. Ter. Eun. act. 1. *Ne* post *conferas* culpam in me. Liv. Bell. Pun. 10. *Ne* tot annorum felicitatem in unius horae *dederis* discrimen.

II. Poscit et imperativum, maxime apud poetas. Plaut. Pers. Abi, *ne jura*, satis credo. Virg. 7. Æneid. *Ne fugite* hospitium, *neve ignorate* latinos.

III. *Nae*, hoc est *profecto*, fere pronomini praeponitur, et indicativum, vel conjunctivum modum poscit. Terent. Adelph. act. 2. sc. 4. *Nae ego* homo *sum* infelix. Cic. Philip. 2. *Nae tu*, si id fecisses, melius famae tuae *consuluisses*. Id. Tuscul. 1. *Nae ille* vir sapiens laetius ex his tenebris in lucem illam *excesserit*.

Praeceptum X. Per, perquam, et cet.

Per, *perquam*; *sane*, *valde*, *oppido*, *in primis*, *cum primis*, *apprime*, *admodum*, *vehementer*, et alia id genus fere positivis gaudent. De Fin. 3. Haec quidem est *perfacilis* et *perexpedita* defensio. De Orat. 2. Quod mihi quidem *perquam puerile* videri solet. Id. l. 14. ep. 4.

Sin ad nos pertinerent, servirent, praeterquam *oppido pauci.* In Verr. Act. 2. l. 1. Philodamus erat *in primis* inter suos *copiosus.* Ibid. C. Mustius homo *cum primis honestus.*

Praeceptum XI. Quam.

I. *Quam* cum admirationi, commiserationi, atque interrogationi cum admiratione permixtae servit, positivis jungitur. Cic. de Amic. *Quam multa,* quae nostra causa nunquam faceremus, facimus tamen causa amicorum! Idem lib. 1. de Or. Vide in artificio, et opere *quam tenui*, et *levi* quanto plus adhibeatur diligentiae.

II. *Quam* pro *quantum* positivis praeponitur. Cic. l. 7. ep. 15. *Quam* sint *morosi* qui amant, vel ex hoc intelligi potest, et cot.

III. Sequente verbo *pessum* superlativis adjungitur. Cic. lib. 15. ep. 4. *Quam potui maximis* itineribus ad Amanum exercitum duxi. Idem lib. 2. de Nat. Deor. Aves nidos construunt, eosque *quam possunt mollissime* substernunt.

IV. Saepe verbum *possum* desideratur. Cic. l. 16. ep. 31. Sed peto a te, ut *quam celerrime* mihi librarius mittatur; hoc est *quam celerrime fieri potest.* Idem in Top. Ea *quam subtilissime* persequantur.

V. *Quam ut* eleganter comparativa sequitur. Cic. 3. de Orat. Hoc *altius* est, *quam ut* nos humi strati suspicere possimu.

VI. *Quam* pro *valde* superlativis elegantissime adjungitur. Cic. l. 13. ep. 6. Vehementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi Cuspius *quam maximas*, quam primum, *quam scepissime* agatias agat. Nisi forte verbum *possum* lateat, ut sit *quam maximas,* pro *quam potest maximas.*

Appendix gen. pro suprema classe.

I. *Quam* pro *valde* etiam positiva videtur admittere. Cic. in Brut. Deinceps inde multae, quas non diligenter elaboratas, etiam *quam elucubratas* afferebamus. Caes. de Bell. Gall. Ut *quam celerem*, atque *instabilem motum* haberet.

II. Adverbia *tam*, et *quam* verbis etiam conjunguntur, sibique mutuo respondent. Cic. l. 16. epist. 1. Xenomenes hospes *tam* te *diligit*, *quam* si *vixerit* tecum. Sic etiam nomina *talis*, *qualis*, et *tantum*, et *quantum*, *tot*, et *quot* sibi respondent.

Praeceptum XII. Tam, quam.

Tam, et *quam* positiva frequentissime, superlativa rarius, comparativa rarissime sibi copulant. Cic. in Orat. Nemo orator *tam multa*, ne in graeco quidem otio, scripsit, *quam multa* sunt nostra. Sall. Jug. *Quam* quisque *pessime* fecit, *tam maxime* tutus est. Ter. Heaut. act. 5. sc. 2. Namque adolescens *quam minima* in spe situs erit, *tam facillime* patris pacem in leges conficiet suas. Cic. pro Dejot. Per dexteram te istam oro, istam, inquam, dexteram non *tam* in bellis, et in praeliis, *quam* in promissis, et fide *firmiorem*.

Appendix gen. pro suprema classe.

I. Ponitur interdum *tam* separatim cum superlativo. Cic. Phil. 12. Nondum erat vestris *tam gravissimis*, tamque multis judiciis, ignominiisque concisus. Quod passim usurpandum non videtur.

II. *Tam*, *quam* pro *tanto*, *quanto* raro reperiuntur comparativo juncta. Virg. 7. Æn. *Tam magis* illa fremens, et tristibus effera flammis, *Quam magis* effuso crudescunt sanguine pugnae.

Praeceptum XIII. Adverbia in um, et in o finita.

Um quibus est finis, positivo adverbia junges.

Adverbia in um positivis gaudent, ut *parum*, *multum*, *nimium*, *tantum*, *quantum*, *aliquantum*. Cic. Att. l. 10. *Parum firma* sunt, quae de fatre meo scribis. Id. in Rull. 2. Socer hujus vir *multum bonus* est. De Fin. 2. In rebus apertissimis *nimium longi* fuimus. Id. lib. 5. ep. 13. ad Lucejum: Cogitatio *aliquantum labefactata*, atque *convulsa*.

Appendix gen. pro suprema classe.

I. *Tantum*, *quantum* non tam nominibus junguntur, quam verbis. Cic. l. 7. Gratia *tantum possumus*, *quantum* victi.

II. *Aliquantum* positivo jungitur. Plaut. Bacch. *Timida* es *aliquantum*, soror. Rarius comparativo. Terent. Eun. act. 1. sc. 2. Ejus frater *aliquantum* ad rem est *avidior*. Quod non videtur passim usurpandum.

O finita gradus medii fungentur honore:
Ut rabies multo saevis truculentior ursis.

I. *O* finita adverbia comparativo adhaerent, ut *multo*, *paulo*, *tanto*, *quanto*, *aliquanto*, *nimio*, *nihilo*, *hoc* vel *eo*, *quo*. Exempla supra adduximus cap. 13. in comparativis.

Multo etiam vult saepe gradus adhibere supremos,
Quos facile, et longe pro valde habuere frequenter.

II. *Multo* etiam superlativis additur Cic. Div. in Verr. Cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii, atque eloquentiae *multo molestissima*.

III. Item *longe* pro *valde*. Cic. in Brut. *Longe* post natos homines *improbissimus*.

IV. *Facile*, cum *sine dubio*, aut *sine controversia* significat, superlativis gaudent, aut iis quae eorum vim habent. Pro Rab. Posth. Virum unum totius Graeciae *facile doctissimum*. Platonem, et cet. Pro Sex. Rosc. Non solum sui municipii, verum etiam ejus vicinitatis *facile primus*. Pro Cluent. Regionis illius, et vicinitatis virtute, existimatione, nobilitate *facile princeps*.

Appendix I. gen. pro suprema classe.

I. *Longe* pro *multo* etiam jungitur comparativis. Virg. 9. Æn. At pedibus *longe melior* Lycus.

II. Pro *valde* jungitur et iis nominibus, quae vim superlativi habent. Cic. ad Brut. l. 13. ep. 12 L. Castronius Paetus *longe princeps* municipii lucensis. Id. 4. in Verr. *Longe primus* civitatis est Epicrates.

III. Praeterea nominibus, quae diversitatem, dissimilitudinemque significant, ut *longe alius*, *dispar*, *dissimilis*. Pro Font. O fortunam *longe disparem* M. Fonteji.

IV. Item adverbiis *aliter*, *secus*, *ante*, *post*, et verbis *antecello*, *praesto*, *antepono*, quae adverbium *multo* etiam admittunt.

CAPUT XVIII.

DE INTERJECTIONIS CONSTRUCTIONE

Pro media classe grammaticae.

O, heu, proh rectum, quartum, quintumque reposcunt :
Hei, vae comperies passim conjuncta dativo.

I. *O* tribus casibus adjungitur: *nominandi*. Ter Phorm. act. 2. sc. 2. *O vir fortis*, atque *amicus*! *accusandi*. Id. Eun. act. 5. sc. 4. O *scelestum Parmenonem*! Cic. l. 14. ep. 4. *O me perditum*! *o me afflictum*! *vocandi*. Ter. And. act. 3. sc. 4. *O Dave*, itane contemnor abs te? Propert. l. 2. eleg. 12. O me felicem! *nox o* mihi *candida*!

II. *Heu*, et *proh* modo nominandi, vel potius vocandi casum postulant. Virg. 6. Æn. *Heu pietas*, *heu prisca fides*! Liv. Bell. Pun. 2. Tantum, *proh dolor*! degeneravimus a parentibus nostris. Modo accusandi. Cic. Phil. 7. *Heu me miserum*! cur senatum cogor, quem semper laudavi, reprehendere? Id. Divin. in Verr. *Proh* Deûm, hominumque *fidem*!

III. *Hei*, *vae* dativo gaudent. Ter. Heaut. *Hei misero mihi*. Id. Hec. act. 4. sc. 2. *Vae misero mihi*.

Appendix gen. pro suprema classe.

I. Interdum *o* omittitur, cum lenior est affectus. Cic. in Pis. Miserum me! cum hac me peste, atque labe confero. Id. Att. l. 10. Me caecum, qui haec ante non viderim.

II. *O* non solum cum adverbium est vocandi, vocativo adhaeret, verum etiam cum est interjectio. Cic. in Pison. *O* paterni generis *oblite*, materni vix *memor*.

III. *Proh* apud Cic. Phil. 2. apertissime vocativum habet. Quae enim res unquam (*proh sancte Jupiter!*) non modo hac in urbe, sed in omnibus terris est gesta major?

IV. *Heu* etiam dativo gaudet. Plaut. Milit. *Heu mihi!* nequeo, quin fleam. Id. Mercat. *Heu misero mihi!* Ter. Enn. *Heu mihi!*

V. *Hei* interdum vocativo additur. Plaut. Aul. *Hei Magadore*, haud decorum facinus tuis factis facis.

VI. *Cedo*, et *apage*, cum verba sint imperativi modi, non est cur interjectionibus adnumerentur: postulant autem accusativum. Cic. Act. 5. in Verr. lib. 4. *Cedo tabulas.* Vatinius Cic. l. 5. ep. 10. *Apage te* cum Sexto Servilio. *Cedo* dativum quoque personae cum accusativo habet. Cic. 3. in Verr. *Cedo mihi* leges attinias.

CAPUT XIX.
DE CONJUNCTIONIS CONSTRUCTIONE

Pro media classe grammaticae.

Praeceptum I. Et, aut, quam, nisi, an, praeterquam.

Si vox disiungens, aut nectens copula voces
Ad verbum referantur idem, ponantur oportet
Consimiles utrinque gradus: quam iungit eosdem,
An, nisi, praeterquam; vocum nisi certa resistat
Proprietas: ut malo domi, quam rure morari.

Conjunctiones copulativae, et disjunctivae, cum ad idem verbum referuntur, similes casus connectunt. Cic. Phil. 12. Quis non doleat interitum talis *et viri*, *et civis?* Id. de pratorum viriditate, *aut arborum ordinibus, aut vinearum, olivetorumque specie* dicam?

I. *Quam, nisi, an, praeterquam* eosdem itidem casus copulant. Cic. Att. l. 4. ep. 5. An existimas ab ullo malle me legi, probarique, *quam a te?* Pro Sex. Quem unquam senatus civem, *nisi me*, nationibus exteris commendavit? De Orat. 3. Refert etiam, qui audiant, senatus, *an populus*, *an judices* sint. In Catil. 3. Pro tantis rebus nullum a vobis praemium postulo, *praeterquam* hujus diei *memoriam sempiternam*.

II. Interdum huic constructioni certa dictionum proprietas obstat: ut fui Romae, et Athenis: vel Brundusii, aut Sulmone mortuus est: emisti ne librum centusse, an minoris? Malim Panormi, quam Syracusis esse.

Praeceptum II. Etsi, tametsi, quamquam.

I. *Etsi*, *tametsi*, *quamquam* in principio statim sententiae indicativum postulant. Cic. pro Mil. *Etsi vereor*, judices, et cet. Id. l. 1. ep. 5. *Tametsi* nihil mihi *fuit* optatius. Id. l. 10. ep. 10. *Quamquam* gratiarum actionem a te non *desiderabam*.

II. Ceteris in locis non respuunt conjunctivum. Cic. 2. de Orat. Erantque multi, qui *quamquam* haec ita se habere *arbitrarentur*, tamen, et cet. Quint. l. 1. c. 3. Caedi vero discentes, *quamquam receptum sit*, et Chrysippus non *improbet*, minime velim.

Appendix gen. pro suprema lasse.

Frequentius tamen haec etiam in media, et extrema periodo cum indicativo junguntur. Cic. l. 15. ep. 17. Praeposteros habes tabellarios, *etsi* me quidem non *offendunt*. Id. pro Sext. Rosc. Innocens est quispiam, verumtamen *quamquam abest* culpa, suspicione tamen non caret.

Praeceptum III.
Etiamsi, quamvis, licet, ut pro quamvis.

I. *Etiamsi*, *quamvis*, *licet*, *ut* pro *quamvis* subjunctivo gaudent. Cic. de Amic. Omnia brevia tolerabilia esse debent, *etiamsi* maxima *sint*. Idem phil. 2. Homines *quamvis* in rebus turbidis *sint*, tamen, et cet. Post redit. in senat. Tantus vester consensus de salute mea fuit, ut *licet* corpus *abesset* meum, dignitas in patriam revertisset. Pro Quint. *Ut* summa *haberem* cetera, temporis quidem certe vix satis habui.

II. Non raro tamen *etiamsi* indicativo junctum reperies, praesertim in media comprehensione. Cic. 2. de Orat. Illud tertium, *etiamsi opus est*. Q. Cic. lib. 16. epist. 26. *Etiamsi* quod scribas non *habebis*, scribito tamen.

III. *Si* pro *quamvis* conjunctivo jungitur. Ter. Eun. act. 1, sc. 1. Redeam? non *si* me *obsecret.*

Appendix gen. pro suprema classe.

Quamvis interdum indicativo adhaeret, praesertim apud poetas. Virg. AEn. 5. *Quamvis* solus avem caelo *dejecit* ab alto. Hor. l. 1. ep. 17. *Quamvis*, Scaeva, satis per te tibi *consulis*, et cet. Colum. l. 9. c. 6. *Quamvis* doctissimi viri auctoritatem *reverebar.*

Praeceptum IV. Ut, ne, et ne non.

I. *Vereor*, *timeo*, *metuo* conjunctivum amant, et cum *ut*, aut *ne* junguntur, sed contraria fere significatione: *vereor ut* de his, quae vellemus fieri, sed ne spe frustremur metuimus: *vereor ne* de his, quae nollemus fieri, sed ne fiant extimescimus. Terent. Phor. act. 5. sc. 8. Vereor, *ne* placari possit. Id. Andr. act. 1. sc. 1. Heu vereor, *ne* quid Andria apportet mali.

Ne non idem est, quod *ut*. Cic. Att. 7. Si manet, vereor, *ne* exercitum firmum habere *non* possit. Et ad eumd. l. 9. ep. 4. Timeo, *ne non* impetrem.

II. Si tertiam addideris negationem, te omni metu liberum significabis. Cic. Act. 6. in Verr. l. 4. *Non* vereor, *ne* hoc officium meum P. Servilio *non* probem: hoc est, *non dubito*, *quin hoc officium meum P. Servilio sim probaturus.*

Praeceptum V. Ut ne, ni, nisi, si.

I. *Ut ne* pervenuste ponitur pro *ne*, vel potius pro *ut non*. Cic. in Verr. Act. 2. Impetrant, *ut ne* jurent. Ad Q. Frat. l. 3. epist. 2. Opera datur, *ut* judicia *ne* fiant. Ad Brut. lib. 13. epist. 11. Animadverti, studiose te operam dare, *ut ne* quid meorum tibi esset ignotum.

II. *Ni*, *nisi*, *si*, tum indicativum, tum conjunctivum amant. Ter. Andr. Mirum, *ni* domi *est*. Cic. Act. 3. in Verr. l. 2. *Ni restituissent* statuas, vehementer his minatur. Id. de Amic. Ortum quidem amicitiae videtis;

nisi quid adhuc forte *vultis*. Ibid. *Nisi* immortalitatem optare *vèllet*, quid non est adeptus, quod homini fas esset optare? Ter. Andr. act. 1. sc. 3. *Si* illum *relinquo*, ejus vitae timeo: *sin* opitulor hujus minas. Ad Att. l. 13. ep. 1. *Si* hortos *inspexeris*, dederis mihi quod ad te scribam.

Praeceptum VI. Quod, quia, quoniam, postquam.

I. *Quod*, cum causam ac rationem reddit, et *quia* tum indicativo, tum conjunctivo gaudent. Cic. 2. ad Att. Fecisti mihi pergratum, *quod* Serapionis librum ad me *misisti*. Et l. 3. Utinam illum diem videam, cum tibi gratias agam, *quod* me vivere *coegisti*. Id. lib. 9. Admiratus sum, *quod* ad me tua manu *scripsisses*. Id. de Div. l. 2. Mirari Cato se ajebat, *quod* non *rideret* haruspex haruspicem cum videret. Id. de Amic. Sed, *quia* natura mutari non *potest*, idcirco, et cet. Ibid. Recordatione nostrae amicitiae sic fruor, ut beate vixisse videar, *quia* cum Scipione *vixerim*. Idem Act. 5. in Verr. l. 4. Quarta autem est urbs quae, *quia* postrema aedificata est, Neapolis nominatur. De Fin. lib. 1. Nec quisquam est, qui dolorem, *quia* dolor *sit*, amet.

II. *Quoniam* cum indicativo frequentius usurpatur, et fere certam causam, cognitamque significat. Cic. pro Planc. *Quoniam* tu ita *vis*, nimium me gratum esse concedam. *Poichè vuoi così* et cet.

III. *Postquam*, sive *posteaquam*, quamvis eadem particula italica *poichè* significetur, non tamen causam, sed tempus significat. Cic. de Div. *Posteaquam* aram, sedemque invenit, obmutuit.

CAPUT XX.
DE FIGURATA CONSTRUCTIONE

Pro suprema classe grammaticae.

Praeceptum I. Orationis virtutes.

Oratio tres virtutes habere debet: ut emendata, ut dilucida, ut ornata sit: quibus virtutibus totidem vitia

contraria sunt: nam emendatae barbara, dilucidae obscura, ornatae inornata adversatur.

Praeceptum II. Barbarae orationis vitia.

Bina emendatae certant vitiare nitorem
Monstra: soloccismi soboles, et barbara lexis.

Duo sunt vitia, quibus oratio barbara, atque rustica efficitur, *soloecismus*, et *barbarismus*, quae qui pure, et emendate loqui volet omni contentione velis, ut ita dicam, remisque fugiet.

Praeceptum III.
Quid sit soloecismus, et quot modis fiat.

Esto soloecismus, quoties male verba cohaerent:
Singula barbaries etenim corrumpere solum
Verba potest: at verborum ille abrumpere nexus
Nititur, adiiciens quae sunt removenda, repellens
Quae merito adiicienda forent; prius ordine ponit
Posterius; pro parte aliam sine iure reponit.

I. *Soloecismus*, constructionis, atque emendatae orationis, de qua hactenus egimus, hostis infestissimus, est vitiosa partium orationis compositio.

Is fit quatuor modis: *adjectione*, cum aliquid orationi contra praecepta grammaticae adjicitur: ut scribo cum calamo, ludo cum pila 2. *detractione*, cum aliquid eodem modo detrahitur: ut eo forum, pro in forum; redeo agro, pro ex agro; ne hoc fecit, pro ne hoc, quidem fecit. 3. *trasmutatione*, cum partium orationis ordo turbatur: ut quoque ego, enim hoc voluit, autem non habuit: ne quidem hoc, pro ne hoc quidem. 4. *immutatione*, cum pars una orationis pro alia ponitur; ut stulti grave ferunt res adversas *grave*, pro *graviter*, nomen pro adverbio.

II. Fiunt *soloecismi* etiam per ceteras orationis partes. Item per ea, quae cognata sunt, idest ejusdem generis, ac partis, ut eo intus, sum intro, quid huc agis? pro *hic*: quando hic venisti? pro *huc*: eo apud forum, pro *in*: scripsit ne Cicero hanc orationem, aut Hortensius? pro *an*. Non feceris cuiquam injuriam, pro *ne*.

III. Denique fiunt et per ea, quae partibus orationis accidunt. 1. *per genera*, ut sapientes laeto fronte res adversas ferunt, pro *laeta fronte*. 2. *per casus*, ut quo is? Romae, pro *Romam*: venio Brundusii, pro *Brundusio*. 3. *per numeros*, ut si unum ad te vocans, dicas: venite. 4. *per personas*, ut si quempiam honoris causa ita alloquaris: sedeat, accedat, pro *sede*, *accede*. 5. *per modos*, ut peto a te, ut mihi opem fers, pro *feras*. 6. *per tempora*, ut vincis, pro *vinces*. 7. *per genera verborum*, ut mox reddam, pro *redibo*; ponitur enim activum verbum pro neutro.

Appendix.

Fuerunt, ut ait Quintil. l. 1. c. 5. qui adjectionis vitium pleonasmon, detractionis eclipsin, transmutationis anastrophen appellarint, negantes haec vitia species esse soloecismi. Quorum sententia ita probanda est, si haec ad figuratam orationem pertineant, vel si quando apud probatos scriptores reperiantur.

Praeceptum IV.
Quid figurata constructio, quid figura.

Ne tamen incautus fugias imitanda, figuras
Accipe, quas proceres olim finxere latini.
Ipsa figura novum dicta est genus esse loquendi,
Haud ratione carens, vulgi sed ab ore remotum.

Cum apud viros doctos, et qui pure loquendi laude floruerunt aliquid legerimus, quod grammaticorum legibus repugnare videatur, non continuo existimabimus eos soloecismum fecisse; cum ipsorum auctoritate, testimoniisque soleant grammatici ipsi sua praecepta confirmare. Nam sunt quaedam, quae faciem quidem soloecismi habent, vitiosa tamen non sunt. Hoc novum loquendi genus figura verborum, aut sermonis, aut orationis, sive, ut graeci loquuntur, σχῆμα λέξεως appellatur. Est enim figura nova loquendi ratio a trito et vulgari sermone remota, quae fere ratione aliqua, usuve disertorum nititur.

ENALLAGE

Jus enallage habet partem pro parte locandi : ut
Pars in frusta secant, nostrum illud vivere turpe.

Enallage figura est, qua pars una orationis, pro alia ponitur : ut vivere, pro vita, nullus, pro non, facto, pro fieri. Cic. Attic. l. 13. Quam turpis est assentatio, cum *vivere* ipsum turpe sit! Id. ad eund. l. 2. Philotimus *nullus* venit. Ter. Andr. act. 4. sc. 2. Ita *facto* opus est, pro *fieri*. Virg. Æn. 6. *Horrendum* stridens, pro *horrende*.

Appendix I.

I. Sunt et alia nomina, quae pro adverbiis ponuntur, ut *recens*, *sublime*, *frequens*. Suet. in Tib. c. 1. Inde Romam *recens* conditam cum magna clientum caterva commigravit. Cic. 2. de Div. Eaque scuta, quae fuerant *sublime* fixa, sunt humi inventa. Id. de Amic. Venio in senatum *frequens*. Sic *torvum*, *horrendum*, et alia id genus apud poetas. Nomen interdum loco interjectionis indignantis ponitur. Cic. in Catil. 4. Quae, *malum*, fuit ista amentia? Contra adverbium nonnunquam partes nominis agit. Plaut. Merc. *Bene* tibi sit. Cic. Att. l. 4. *Male* sit Antonio. Sic *satis*, *abunde*, *parum*, de quibus in constructione adverbii dictum est. Denique verbum loco interjectionis blandientis ponitur. Ad Att. l. 5. *Amabo* te, incumbe in eam rem.

II. Fit etiam enallage per attributa partium orationis, ut 1. *per casus*. Pro Sex. Rosc. Duo sunt isti Roscii, quorum alteri *Capitoni* cognomen est, pro *Capito*. 2. *per numeros*. Plin. l. 19. c. 73. In Africa major pars ferarum aestate non *bibunt*, inopia imbrium. 3. *per modos*. Ter. Andr. act. 2. sc. 3. Si te aequo animo ferre accipiet, negligentem *feceris*, pro *facies*. 4. *per tempora*. Cic. 3. in Verr. Unum ostendes in tabulis aut tuis, aut patris tui emptum esse vicisti, pro *viceris*.

Appendix II.

Grammatici antiptosin proprie appellant, cum casus pro casu ponitur. Genus etiam genere permutatur, nu-

merus numero, personae personis, modus modo, tempus tempore; permutantur denique verborum genera. Vide auctoris commentarios.

ECLIPSIS

Eclipsis tibi verba foris quaerenda subaudit:
Ut fuit urbs quondam, tyrii tenuere coloni.

Eclipsis figura est; cum id, quod in oratione deest, foris omnino petendum est. Cic. ad Att. 18. ep. 18. Ego, si Tiro ad me, cogito in Tusculanum: subintelligitur *proficisci.* Id. 5. Verr. Ridere convivae, cachinnari ipse Apronius: subintelligitur *coeperunt.* Ad Att. l. 13. Quid mihi auctor es? subintelligitur *ut faciam?* advolo ne, an maneo? Id. pro Planc. Pro uno filio duo patres deprecamur, subintellige *nos.* Ad Att. l. 6. Statua, quae ad Opis per te posita in excelso est. Fam. l. 8. epist. 4. Dum senatus ad Apollinis habitus esset, subintellige *aedem*, sive *templum.*

ZEUGMA

Suggerit ex verbis aliquid tibi zeugma propinquis:
At genus, et numeros, casusque intacta relinquit:
Ut gener, atque socer cum dira ruisset in arma.

Zeugma figura est, cum id, quod in oratione desideratur, e proximo assumitur manente eodem genere, numero, casu, ceterisque attributis. Cic. Parad. ult. Nulla possessio, nulla vis auri pluris quam virtus aestimanda est. Pro C. Rab. Virtus, et honestas, et pudor cum consulibus esse cogebat.

Appendix.

Si id quod assumitur ad orationem implendam primum est, *protozeugma* dicitur. Cic. ad Att. lib. 16. epist 1. Egit pater, et filius, ut tibi sponderem. Si medium, *mesozeugma.* Auctor. ad Her. lib. 4. Formae dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate. Si postremum, *hypozeugma.* Cic. Att. 12. Mihi et res, et conditio placet.

SYLLEPSIS

Cum pars deficiens ex partibus ulla propinquis
Suppletur, variante aliquo, syllepsis habetur:
Hoc erit exemplum: sunt nobis mitia poma,
Castaneae molles, et pressi copia lactis.

Syllepsis est, cum id, quod in oratione deest, e proximo assumitur, mutato tamen genere, aut numero, aut casu, aut aliquo e ceteris accidentibus. Cic. ad Q. Fratr. l. 1. Ille timore, ego risu corrui. Liv. Bell. Maced. 7. Nemo miles romanus magis assiduus in castris fuit, quam ego, fratresque mei. Virg. AEn. 9. Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti: ubi intelligit ceteras musas. Cic. de Orat. lib. 1. Quamobrem hoc vos docebo, Sulpici: ubi intelligitur etiam Cotta.

PROLEPSIS

Partibus attribuit totum commune prolepsis
Mente subauditum: ut duo Romam auxere potentes
Italiae reges, Numa pace, et Romulus armis.

Prolepsis est, cum dictio aliqua totum significans praecessit, quae rursus in partibus intelligitur, neque explicatur: ut duo reges Romam auxerunt, Romulus bello, Numa pace. Liv. l. 1. Ita duo deinceps reges, alius alia via, ille bello, hic pace civitatem auxerunt. Sallust. in Catil. Exercitus hostium duo, unus ab urbe, alter a Gallia obstant.

ARCHAISMUS

Graece archaismos, constructio prisca latine
Est ea praecipue, qua quondam est usa vetustas.

Archaismus constructio est, qua prisca vetustas potissimum usa est. Ter. Eun. act. 4. sc. 3. Nescio quid profecto, absente nobis, turbatum est domi, pro *absentibus nobis*. Ibid. act. 2. Ejicienda est hercle haec animi mollities, nimis me indulgeo. Plaut. Mil. Jura, te non nociturum esse hominem de hac re neminem Cic. Act. 6. in Verr. l. 5. Hanc sibi rem praesidio sperant futurum, pro *futurom*.

HELLENISMUS

Jure hellenismus danaum, non legibus urbis
Nititur: ut sacra redimitus tempora lauro;
Triste lupus stabulis; solus tibi certet Amyntas.

Hellenismus est figura, quae graeci, non latini sermonis leges servat. Id fit primo, si sermo discrepet a latina syntaxi: ut Lucejus ad Cic. lib. 5. ep. 4. Cum scribas, vel agas aliquid eorum, quorum consuevisti, gaudeo. AEn. 11. Justitiaene prius mirer, belliné laborum? AEn. 4. Placitone etiam pugnabis amori? Ecl. 5. Solus tibi certet Amyntas. Hor. l. 2. Od. 9. Desine mollium Tandem querelarum. Idem l. 3. Od. 27. Abstineto irarum, calidaeque rixae: et alia variis locis a nobis notata.

II. Si adjectivum neutrum substantivo masculino, aut foeminino adjungatur: ut Cic. l. 6. ep. 22. Cum omnium rerum mors sit extremum. AEn. 4. Varium, et mutabile semper Foemina. Ecl. 4. Triste lupus stabulis. Ibid. Dulce satis humor: et alia.

III. Si praepositio κατὰ, idest *secundum*, subintelligenda sit: sive ad nomen: ut AEn. 1. Os, humerosque Deo similis. Ibid. Nuda genu. AEn. 3. Cetera grajus. Hor. l. 4. Od. 8. Ornatus tempora. Sic flava comas, pulcra genas, et alia. Sive ad verbum: ut AEn. 2. Latos humeros, subjectaque colla Insternor. Hor. l. 2. Sat. 1. Nasum nidore supinor. Ibid. Tremis ossa pavore: et alia.

Sunt et aliae figurae paene propriae poetarum; de quibus agemus l. 3. c. 11. et 14.

CAPUT XXI.

DE BARBARISMO

Pro suprema classe grammaticae.

Dictio si plane sit barbara, sive latina,
Sed vitiosa tamen scripto, aut errore loquentis,
Barbara lexis erit; cui sat numerosa propago:
Junctaque disiungit. divisa licentius arctat;
Tollere multa audet de vocibus, addere frustra;
Tardaque dat brevibus passim, cita tempora longis;
Proque notis alias ponit: de sede revellit,
Ac transfert: violat leges, et iura tenorum,

Barbarismus, quem antiquiores romani rusticum sermonem appellabant, ut ait Gell. l. 13. cap. 6. est dictio aut omnino barbara, aut latina quidem sed vitiosa scripto, vel pronunciatione barbara omnino, et peregrina: ut perla pro *unione*; aviso pro *admoneo*, et alia generis ejusdem. Nonnulla tamen sunt usu recepta: ut *mapalia*, *magalia* verbum punicum, Virg. *Gaza* persicum, Virg. *Acinaces* medicum, Hor. *Petoritum* vehiculum gallicum, *Hor. Rheda*, Cic. et alia.

Latina dictio vitiosa fit pluribus modis.

I. Per genera: ut *gladia* pro *gladii*. 2. per numeros: ut *scopa* pro *scopae*, *tritica*, pro *triticum*. 3. per declinationem: ut *vasibus*, pro *vasis*. 4. per conjugationem: ut *praestavi* pro *praestiti*; *consumabo*, pro *consumam*, *veneravi* pro *veneratus sum*; *legebo*, pro *legam*, etc.

II. Divisione, cum dividimus conjuncta, ut *siluae* trium, *dissoluo* quatuor syllabarum, pro *silvae* duarum, *dissolvo* trium.

III. Complexione, cum divisa conjungimus, ut *Phaeton*, pro *Phaeton*.

IV. Adjectione litterae, ut *follium*, pro *folium*, *patrium*, pro *patrum*, *praecor*, pro *precor*: adspirationis: ut *honus*, pro *onus*: temporis, cum syllabae brevi quae unum tempus habet additur alterum, quo fiat longa, ut *circumdabo* penultima producta, pro *circumdabo* penultima correpta.

V. Detractione litterae, vel *syllabae*, ut *santus*, pro *sanctus*; *preest*, pro *praeest*, tempta, pro *contempta*: adspirationis: ut *odie*, pro *hodie*: *temporis*, cum syllabae longae, quae duo habet tempora, unum detrahitur, ut fiat brevis: ut *fecundata*, penultima correpta, pro *fecundata* penultima producta.

VI. Immutatione, con littera una, aut syllaba pro alia ponitur: ut *set*, pro *sed*, *munnus*, pro *mundus*.

VII. Transmutatione, cum littera, aut syllaba e suo loco in alienum transfertur: ut *interpetror*, pro *interpretor*, *thrao* pro *traho*.

VIII. Fiunt denique barbarismi tenore, cum accentu alio pro alio utimur: ut si praepositiones a suis casibus

separemus, easque tenore acuto, vel inflexo pronunciemus; ut ad eum, ab illo, a quibus, circum littora; cum gravi accentu, dissimulata distinctione, simul cum suis casibus pronunciandae sint, tamquam si una esset vox. De barbarismo. Quintil. lib. 1. cap. 5. ex quo huc pleraque.

Appendix.

Cum leges apud Virgilium *relliquias*, pro *reliquias*, *alituum*, pro *alitum*; *extinxem*, pro *extinxissem*; *relligio*, pro *religio*; *peculi* pro *peculii*, *steterunt* penultima correpta, *Italiam* prima producta, et hisce similia, ne putes, principem poetarum barbarismum fecisse: multa enim poetis conceduntur, quae ceteris scriptoribus denegantur. Neque mireris, si apud M. Tullium oratorum principem *liberûm*, *nummûm*, *sestertiûm*, pro *liberorum*, *nummorum*, *sestertiorum*; *cognoram*, *norunt*, aliasque id genus verborum imminutiones offenderis; neque enim barbarismi sunt detractione; siquidem a consuetudine certissima loquendi regula impetratum est, ut etiam oratoribus sic loqui licet.

CAPUT XXII.

OBSCURAE ORATIONIS VITIA.

Pro suprema classe grammaticae.

Verba insueta nimis generant in mente tenebras,
Nec minus impropriis oratio condita formis,
Vocibus ambiguis constans, aut sensibus anceps,
Caecaque meosis; quae lucem eclipsibus aufert;
Verborum turba, et prolixa parenthesis obstat,
Verbaque confuse translata, et longius aequo:
Synchysis hoc vitium, obscurum vel hyperbaton esto.

I. Verba inusitata, et a consuetudine quotidiani sermonis remota obscuritatem, et tenebras orationi afferunt, ut si quis *apludam*, pro *furfure*: *bovinari*, pro *tergiversari*; *aula* pro *olla*; *recenturi*, pro *renasci*; *consiliosum*, pro *prudenti* dixerit. Vide Gell. l. 11. c. 7. et l. 15. Quint. l. 8. c. 2. Eamdem obscurat vitium, quod a grecis *acyron*, a latinis *improprium* dicitur, ut *sperare*, pro *timere*. Virg. lib. 4. AEn. Hunc ego si potui tantum *sperare* dolorem.

II. Item ambiguitas, quae amphibologia graece appellatur: idque vel in uno verbo, ut *taurus*, animal ne sit, an mons, an signum in caelo, an nomen hominis an radix arboris, nisi distinctum, non intelligitur: vel in sermone, ut audivi Chremetem percussisse Demeam.

III. Obscuratur praeterea oratio, cum sermoni deest aliquid, quominus plenus sit, μείωσις meosis, hoc est diminutio dicitur, quae fit per figuram eclipsim: ut ille domum recta: desideratur *contendit*: quamquam multa excusat synecdoche figura verborum.

IV. Vel contra, cum inani verborum turba, atque copiosa loquacitate obruitur oratio perissologiam vocant.

V. Impeditur denique sermo, quo minus dilucidus sit, si longa parenthesis interjiciatur, aut si verba confusa, permixtaque longius trajiciantur. Hor. Ser. l. 1. Sat. 5. *Namque pila lippis inimicum, et ludere crudis.* Rectus enim ordo est: Namque pila ludere inimicum lippis, et crudis. Quod vitium synchysis, vel hyperbaton obscurum, hoc est confusa ac perturbata verborum transgressio vocatur. Si haec vitia vitabimus, dilucida erit oratio.

Appendix.

Simplice contempto fit hyperbaton ordine, virtus
Non mala, verborum transgressio dicta latinis.

Cum orationis structura decoris gratia variatur, neglecto simplici sermonis ordine, non vitium est, sed virtus, quae hyperbaton appellatur, idest transgressio verborum. Cic. pro Cluen. Animadverti, judices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes: in duas partes divisam esse simplex erat ordo, sed durus, et incomptus.

Hyperbati aliquot species.

In verbis quoties geminis praeposterus ordo
Cernitur, ut mecum, fit anastrophe: at illa Maronis,
Urbem quam statuo, vestra est, fugienda videtur,
Et similes, quas forte metrum proferre coegit.

Hyperbati, sive transgressionis aliquot sunt species, quae elegantiae causa usurpantur.

I. Anastrophe est duorum verborum ordo praeposterus: ut *mecum*, *tecum*, *secum*, *nobiscum*, *vobiscum*, *quibus de rebus*. Anastrophe illa, *Urbem quam statuo*, vestra est: pro *quam urbem statuo*, *eunuchum quem dedisti nobis*, quas turbas dedit: pro quem eunuchum, et cet. admodum dura est, et fugienda.

Compositis aliquid solet interponere tmesis:
Ut periere boni: res vero publica luget.

II. Tmesis est, cum verbum compositum dividitur, aliqua dictione interposita. Cic. Att. 5. epist. 10. *Per* mihi *gratum* erit, si id curaris ad me perferendum. Idem de Sen. Omnia memoria tenebat, *non* domestica *solum*, sed etiam externa bella. Ejusdem generis sunt illa: *rem* vero *publicam* penitus amisimus. Praeclarum est pro patria, *re*que *publica* mortem oppetere.

Cum brevis est sensus medio sermone; priusquam
Absolvas medium, ceu gemma, parenthesis ornat.

III. Parenthesis est brevis sensus sermoni, antequam absolvatur, interjectus, Cic. Phil. 3. O praeclarum custodem ovium (ut ajunt) lupum! Liv. Bell. Pun. 2. Tantum (proh dolor!) degeneravimus a parentibus nostris. Illud vero cavendum diligenter, ne longior parenthesis, neve crebro adhibeatur.

CAPUT XXIII.

INORNATAE ORATIONIS VITIA

Pro suprema classe grammaticae.

Suggerit aeschrologos menti subturpia voce:
Magna tapinosis verbis minuentibus effert:
Macrologi sermo justo prolixior exit:
Tautologi voces iterumque, iterumque frequentant,
Dictque mox repetunt dictis iterata secundis.

Cacophaton, sive aeschrologus est, ut definivit Diomedes, cum orationi subest inverecunda suspicio. Quod fit vel uno verbo, vel pluribus vel deformi litterarum concursu. Illud animadvertendum ab illu-

stribus scriptoribus censeri cacophaton, quoties *cum* particulam n littera sequitur: ut 1. AEn. Numerum *cum naibus* aequat; Servius ibid. *cum notis hominibus*; Quint. l. 8. c. 3. Dici enim jubet *cum hominibus notis*. Idem Cic. in Orat. a medio, et lib. 9. ad Paet. ep. 22. Vitandus igitur harum consonantium concursus in hac particula.

II. Tapinosis est qua rei magnitudo, vel dignitas minuitur: ut si quis parricidam hominem nequam vocet.

III macrologia est longior quam oporteat sermo. Liv. lib. 8. Legati, non impetrata pace, retro domum unde venerant, abierunt.

IV. Tautologia est ejusdem verbi, aut sermonis iteratio sine causa. Verbi: ut nam, cuius rationis ratio non extat, ei rationi ratio non est fidem habere. Sermonis: ut ibant, qua poterant, qua non poterant, non ibant. Hanc alii battologiam appellant a Batto garrulo pastore, cujus battologiam expressit Ovid. 2. Metam. Sub illis Montibus, inquit, erant; et erant sub montibus illis.

Est fugienda notae vitiosa frequentia vocum:
Neve supervacuo scateat pleonasmus acervo,
Neve elementa suis con cursibus aspera fiant.

V. Vitanda est nimia ejusdem litterae assiduitas: ut Quidquam quispiam cuiquam, quod convenit, neget?

VI. Pleonasmus est vitium, cum supervacuis verbis oneratur oratio: ut *ego oculis meis vidi:* satis est enim *vidi*.

VII. Cavendum etiam diligenter est, ne consonantes aspre concurrant: ut s ultima cum x proxima: ut exercitus Xerxis. Durior etiam fit concursus, si utraque seipsam sequatur: ut ars studiorum, rex Xerxes.

Denique vocalis creber concursus hiantem
Reddit, et incomptum sermonem; atque exitus idem
Multarum vocum, ceu flentes, atque dolentes.
Syllabae in extremo positae, si forte sequentis
Vocis erunt primae, turpis cacophonia fiet.

VIII. Vitandi et crebri vocalium concursus, qui vastam et hiantem orationem reddunt, ut *baccae aeneae amoenissimae impendebant*: *viro optimo obtemperasti olim*.

IX. Illud quoque vitium est, si multae voces ejusdem exitus in unum locum congerantur: ut *flentes*, *plorantes*, *lacrimantes*, *obtestantes*.

X. Et si verbi prioris ultimae syllabae sint primae sequentis: ut *O fortunatam natam*, me consule, Romam.

Appendix.

I. Si quando puer apud graves scriptores aliquid offenderit, quod supervacaneum, aut otiosum esse videatur, ne id sine causa factum putet. Adduntur enim interdum quaedam affirmationis gratia. Ter. Adelph. act. 3. sc. 2. *Hisce oculis* egomet vidi. Virg. AEn. 4. Vocemque *his auribus* hausi.

II. Adduntur et alia, quae aut consuetudine, aut auctoritate, aut vetustate, aut necessitate denique excusantur. Cic. ad Att. l. 6. ep. 17. Ubi *terrarum* esses, ne suspicabar quidem. Et ad eumd. lib. 6. ep. 3. Longe *gentium* abes. Idem 3. in Verr. Ceteri heredes adeunt *ad* Verrem. Ibid. Impetrant, *ut* ne jurent. Ad Q. Fratr. l. 3. Diem scito esse nullum, quo *die* non dicam pro reo.

DE INSTITUTIONE GRAMMATICA

LIBER TERTIUS

DE SILLABARUM DIMENSIONE

CAPUT PRIMUM

DE LITTERIS AC SYLLABIS

Pro suprema classe grammaticae.

Versus ex pedibus constat, pedes e syllabis: at syllabae, de quibus nunc agendum est, fiunt ex litteris vel una, vel pluribus: ut i, e, runt. Litterae partim sunt vocales, partim consonantes.

Vocales sunt sex a, e, i, o, u, y.

Ex vocalibus fiunt sex diphthongi ae, au, ei, eu, oe, yi, ut praemium, aurum, heí, Europa, poena, harpyia.

Consonantes in mutas, et semivocales dividuntur.

Mutae sunt octo b, c, d, g, k, p, q, t.

Semivocales itidem octo f, l, m, n, r, s, x, z.

Ex his quatuor sunt liquidae l, m, n, r.

Sed m, et n saro liquescunt, idque in graecis tantum dictionibus, ut Tecmessa, cycnus.

Duae x, z sunt duplices, hoc est valent duas consonantes; x cs, vel gs, z sd. Veteres z per duplex ss reddebant, ut massa, patrisso, pro maza, patrizo.

F praeposita liquidis l et r vim habet mutae, et syllabam facit communem. Georg. 4. Stridet *refluentibus* undis. AEn. 11. Mollia colla *reflectunt*. Hor. 1. Serm. Sat. 4. Portasque *refregit*. Ideo hanc plerique mutis adscribunt.

S quamvis immunis, ac sui juris sit, (neque enim inter liquidas, aut duplices numeratur) interdum tamen liquescit, ut suo loco dicemus.

H sitne littera, an adspirationis nota dubium, controversumque est; in carmine vix ejus habetur ratio.

I inter duas vocales posita consonans est, atque duplex i valet, ut major, ajo, Maja, pejor. Veteres i geminabant, maiior, aiio, Maiia, peiior. Vide Quint. l. 1. c. 3. Priscianum etiam lib. 1. c. 4.

Multi sibi persuadent veteres j consonantem molliter pronunciasse, sono potius ad vocalem, quam ad g accedente, ut Pompejus, non Pompegius; majestas, non magestas: quod sine dubio verum est.

J, et v cum vocalibus praeponuntur, easque comprimunt, fiunt consonantes, ut janua, jecur, conjicio, jocus, judex, vates, velox, vita, vox, vultus. Iota graecorum nunquam est consonans. Quare in Iason, iambus, iaspis, et ceteris, quae plane sunt graeca, prima littera vocalis est.

Jod apud hebraeos semper consonans est, cum vocalibus praeponitur, ut JESUS, Joannes, Jacobus. Itaque qui haec, atque alia ejusdem generis nomina per j consonantem efferunt, optime quidem pronunciant; qui vero per vocalem, graecos imitantur. Claudianus graecorum more dixit, Ne laceres versus, dux *Iacobe*, meos. Antiquis tamen poetis major habenda est fides. Hor. l. 1. Sat. 5. Credat judaeus Apella.

U post q litteram semper liquescit, ut quare, quaero, quia, et cet. At post g, et s modo liquescit, ut lingua, langueo, anguis, extinguo, suadeo, suavis: modo integra est, suamque vim retinet, ut exiguus, sus.

Litterae liquescunt, cum vim, roburque vocalis, aut consonantis amittunt.

SCHOLION

De h adspiratione.

H adspiratio interdum vice consonantis fungitur. Tibull. l. 1. El 5. Et tantum venerata virum *hunc* sedula curet. Juv. Sat. 9. Vivendum est recte, tum propter plurima, tum *his* Praecipue causis. In his *m* non eliditur propter *h* consequens, quod etiam vocalem praecedentem, alioqui brevem, positione producit. Ejusdem generis haec sunt. Virg. l. Dum trepidant, it *hasta* Tago. Ter. Andr. act. 2. sc. 2. Percussit illico animum, at, at *hoc* illud est: ubi at, at jambus est, posteriore at propter *h* consequens producto: et alia plurima.

II. In his vero *h* synaloephem excludit. Ter. Hecyra est huic nomen fabulae: *haec* cum data est. Plaut.

Aulul. Memorare nolo *hominum* mendicabula. Virg. AEn. 1. Posthabita coluisse Samo: *hic* illius arma. 3. Georg. AEtas Lucinam, jussosque pati *Hymenaeos*. Juv Sat. 2. Si fur displic at Verri, *homicida* Miloni: et aliis plurimis.

III. Sosipater Charisius instit. l. 1. cap. 1. Diomedes l. 1. c. 8. De syllab. Donat. Edit. 1. cap. 2. Sergius in eamdem c. item 2. Cerv. l. de ultimis syllabis, Marius Victorin. l. 1. c. 6. Cledon. in Arte c. 6. de syllaba, Alcuin. in Grammat. cap. 1. docent vocalem alioqui correptam in fine dictionis fieri communem, si consonantem unam habet, et ab *h* excipiatur in altera dictione. Afferunt exempla longa: ut terga fatigamus *hastā*; et molli fultus *hyacinthō*. Beda lib. de metris, can. de communi syllaba, quamvis probet sententiam, merito tamen neget exempla apta esse: propterea quod syllabae illae videri possint beneficio caesurae produci. Nos exempla attulimus aptiora. Idcirco Cledon. cap. 8. ait, quoties *h* vocalem juvat, esse consonantem, quoties non juvat, adspirationem. Idem fere Diomed. l. 2. c. 4. Quae studiosus observabit in veterum scriptis: ipse vero in componendo carmine perinde contemnet *h*, ac si non esset.

I. Syllabae, quas temporibus metimur, aut sunt breves, aut longae, aut communes.

II. Tempus est spatium intervallumque, quo syllaba pronunciatur. Syllaba brevis ex uno tempore atque spatio constat, ut *at*, *sed*: longa ex duobus, ut *ah*, *en*: communis est quae in versu tum brevis, tum longa esse potest, quales sunt priores in *Atlas*, *Cyclops*, mediae in *tenebrae*, *pharetra*.

III. Nulla vocalis apud latinos perpetuo brevis, aut longa est: apud graecos ε, et ο quae e, et o breve valent, perpetuo sunt breves: ut Origenes, Timotheus, Heorodotus, Macedones: η et ω, quae e, et o longum valent, semper sunt longae; ut mediae syllabae in *eremus*, *idolum*.

CAPUT II.

PRÆCEPTA GENERALIA DE SYLLABARUM BREVITATE AC LONGITUDINE

Praeceptum I. De vocali ante vocalem.

Vocalem breviant, alia subeunte, latini.
Produc, ni sequitur r, fio, et nomina quintae,
Quae geminos casus e longo assumit in ei.
Nomina corripies fideique, speique, reique.
Ius commune est vati: producito alius;
Alterius brevia Pompei, et cetera produc.
Eheu produces semper, variabitur ohe.

Vocalis ante vocalem in latinis dictionibus brevis est, ut *puer*, *fuit*, *ruit*.

Æn. 11. 2. Disce, *puer*, virtutem ex me, verumque laborem.

Exceptiones.

I. Fio i habet longum, nisi sequatur r, ut *fiebam*

Juv. Sat. 2. *Fient* ista palam, cupient et in acta referri.

Sin r sequatur, breve est, ut *fierem*, *fieri*, *confieri*.

Virg. Æn. 4. *Confieri* possit, paucis, adverte, docebo.

II. Interrogandi, ac dandi casus quintae declinationis e producunt inter duo ii positum, ut *diei*, *speciei*.

Hor. l. 1. Sat. 9. Ventum erat ad Vestae quarta jam parte *dei*.

Corripe igitur *rei*, *spei*, *fidei*. Quamvis Lucan. interdum *rei* priorem producat, geminato fortasse ii, ut lib. 2.

Cujus, uti memoro, *rei* simulacrum, et imago. Sic non raro pruducit *ei*, sive *ii*. Non videtur hoc imitandum.

III. Genitivus in *ius* habet i longum in soluta oratione; in carmine tum breve, tum longum; ut *illius*, *unius*, *ipsius*, et cet. Praeter *alterius*; quod ubique i habet breve; *alius* vero in genitivo longum.

Ecl. 1. Namque erit ille mihi semper Deus, *illius* aram.

Ibid. Quam nostro *illius* labatur pectore vultus.

Æn. 1. *Unius* ob noxam, et furias Ajacis Ollei.

Ibid. Navibus, infandum, amissis *unius* ob iram,

Ibid. *Ipsius* ante oculos ingens a vertice pontus.

Æn. 5. Nunc ultro ad cineres, *ipsius* et ossa parenti.

IV. *Cai*, *Pompei*, *Voltei*, et si qui sunt similes vocandi casus penultimam habent longam.

Mart. lib. 6. Quod peto da, *Cai*, non peto consilium.

Ov. de Pont. Accipe, *Pompei*, deductum carmen ab illo.

Sic *Caius* trisyllabum. Catul. ep. 10.

V. *Eheu* priorem habet longam.

Virg. Ecl. 2. *Eheu* quid volui misero mihi? fluctibus austrum.

VI. *Ohe*, priorem habet communem.

Mart. l. 4. *Ohe*, jam satis est, *ohe* libelle. Phaleucius est.

Appendix de graecis vocibus.

Graeca per Ausoniae fines sine lege vagantur.
Quaedam etenim brevibus, veluti symphonia, gaudent.
Et quaedam longis; ceu dia, chorea, Thalia,
Darius, Cytherea, aer, elegiá, platea,
Atque alia. At choream rapuit, plateamque poeta,
Solvit et in geminas, veluti Cythereia, longam.

I. A*er*, *chorea*, *platea*, *Cytherea*, *elegia*, *Darius*, et alia hujus generis, quae vocalem ante vocalem longam habent, graeca sunt.

Ovid. Met. 1. Terra feras cepit, volucres agitabilis *aer*.

Id. l. 8. Saepe sub hac Driades festas duxere *choreas*.

Æn. 1. Parce metu, *Cytherea*, manent immota tuorum.

II. *Chorea*, *platea* interdum a poetis corripiuntur.

Æn. 6. Pars pedibus plaudunt *choreas*, et carmina dicunt.

Hor. l. 2. ep. 2. Purae sunt *plateae*, nihil ut meditantibus obstet.

III. Nonnunquam, soluta diphtongo, ι in η longum mutatur, ut Κυθερηϊα, ἐλεγηϊα, Cythereia, elegeia.

Ov. Met. 4. Exigit indicii memorem *Cythereia* poenam.

Idem. Flebilis indignos *elegeia* solve capillos.

IV. *Idea*, *Andreas*, *sophia*, *phylosophia*, *symphonia*, *etymologia*, *orthographia*, et alia quamplurima vocalem ante vocalem corripiunt, licet eadem nomina acuta penultima multi viri docti more graecorum in soluta oratione pronuncient.

Hor. in Art. Ut gratas inter mensas *symphonia* discors.

Praeceptum II. De diphthongis.

Diphthongus longa est in graecis, atque latinis:
Prae rape praepositam vocali, dicque praeustus.

Diphthongus longa est tum in graecis, tum in latinis dictionibus, ut *AEneas*, *Meliboeus*, *praemium*, *laus*.

AEn. 1. Miratur molem *AEneas*, magalia quondam.
Id. Ecl. 1. O *Meliboee*, Deus nobis haec otia fecit.

Exceptio.

Praepositio *prae* composita, cum vocalem praecedit, brevis est. ut *praeustus*, *praeeo*.

AEn. 7. Stipitibus duris agitur, rudibusque *praeustis*.
Semel producitur apud Stat. Theb. 6.
Praemia, cum vacuus domino *praeiret* Arion.

Praeceptum III. De positione.

Vocalis longa est, si consona bina sequantur,
Aut duplex, aut i vocalibus interjectum.

Vocalis ante duas consonantes, vel ante unam duplicem, vel ante i, sequente alia vocali ejusdem dictionis, longa est positione; ut *terra*, *arma*, *Araxes*, *gaza*, *majora*, *Troja*.

AEn. 3. *Terra* procul vastis colitur mavortia campis.
Luc. l. 1. Sub juga jam Seres, jam barbarus isset *Araxes*.
Virg. Ecl. 4. Sicelides musae, paulo *majora* canamus.
AEn. 2. Hostis habet muros: ruit alto a culmine *Troja*.

Appendix.

Consona principium verbi sortita sequentis,
Seu duplex, seu bina, nihil praeeuntibus augent
Temporis, ut fiant longae: ceu clara Zacynthos.

I. Si altera consonans fuerit in fine praecedentis dictionis, altera in principio sequentis, vocalis nihilominus longa erit, ut *at pius*: a longum est positione duarum consonantium t, et p, quamvis sint in diversis dictionibus.

AEn. 1. *At* pius AEneas per noctem plurima volvens.

II. Si utraque consonans, aut una duplex fuerit in principio sequentis dictionis, nihil fere praecedentem vocalem brevem juvabit.

Met. 2. In solio Phoebus claris *lucente smaragdis*.
AEn. 3. Jam media apparet fluctu *nemorosa Zacynthos*.
Luc. l. 2. Talem fama canit tumidum super *aequora Xerxem*.

Lucente, *nemorosa*, *aequora* ultimas habent breves, quamvis duae consonantes, aut una duplex sit in principio sequentium dictionum.

Exceptio I. De liquescentibus,

Contrahit orator, variant in carmine vates,
Si mutam, liquidamque simul brevis una praeibit.

Vocalis brevis ante mutam, et liquidam ejusdem dictionis, in carmine communis est, ut *cyclops*; at in soluta oratione, cum penultima est, corripitur, ut *volucris*, *tenebrae*.

AEn. 8. Ferrum exercebant vasto *cyclopes* in antro.
AEn. 3. Lustra domosque traho, vastosque ab rupe *cyclopas*.
Met. 13. Et primo similis *volucri*, mox vera *volucris*.

Appendix.

At mutam, et liquidam quoties ab origine longa
Praecedit, rapitur nunquam; ceu matris, aratrum.

I. Necesse est praecedere mutam, sequi liquidam, ut *petra*; alioqui syllaba non liquescit, ut *reperta*; deinde oportet vocalem natura brevem esse; nam vocalis natura longa nunquam liquescit, ut *matris*.

II. Agnoscitur autem syllaba natura brevis saepe ex nominativo, in quo liquida, non jungitur mutae proxime praecedenti, ut *calaber*, *cantaber*, *pater* a litteram natura brevem habent, quod vel accentus docet: vel exempla poetarum. Quare in *calabro*, *cantabro*, *patre* a littera natura brevis liquescit. At *salubre*, *matre*, *atrum* nunquam corripiuntur; quia *saluber*, *mater*, *ater* longa sunt.

III. Ubi haec regula in usu non est, accentus usui erit, aut exempla poetarum. Nam quae accentu gravi deprimuntur, natura brevia sunt, ut *tenebrae*, *latebrae*, *pharetra*, *celebrum*: quae acuto attolluntur, natura longa sunt, ut *ambulacrum*, *delubrum*, *ventilabrum*, *volutabrum*. Vide infra praec. 8. Item, quae brevia reperiuntur apud poetas, sunt natura brevia, ut *atrox*. Æn. 9. Saevit *atrox*, Volscens, nec telis conspicit usquam.

Appendix II.

Utraque vocalem si consona iuncta sequentem
Non ferit, anteiens brevis est, velut obruo, nunquam.

IV. Necesse est etiam, ut muta, et liquida ad sequentem vocalem spectent: quocirca *abluo*, *obruo*, *sublevo*, *adrepo*, et cetera ex hisce praepositionibus composita nunquam primam corripiunt; quia muta ad praecedentem vocalem pertinet. Composita tamen ex re, ut *reflecto*, *refringo*, *refreno*, *recludo*, *reprimo*, primam saepe corripiunt, quia muta ad sequentem vocalem refertur. Flenim, ut diximus, habetur in mutis.

V. M, et n raro linquescunt, idque in graecis dictionibus dumtaxat; ut *Tecmessa*, *cycnus*, *therapnae*, *ichneumon*.

Hor. l. 2. Od. 4. Forma captivae dominum *Tecmessae*. Saph. est.

Id. l. 4. Od. 3. Donatura *cycni*, si libeat, sonum. Asclep. est.

Sil. l. 8. Ecce inter primos *therapnaeo* a sanguine clausi.

Mart. l. 7. Delectat Marium si perniciosus *ichneumon*.

Exceptio II.

Quadriiugus rapitur, biiugus coniungitur illi,
In quibus i duplex non est, sed consona simplex:
Subiicit, at subicit dicunt in carmine vates.

I inter duas vocales in compositis *bijugus*, *quadrijugus* simplex consonans est, non duplex: quare merito praecedens vocalis corripitur.

Æn. 10. Interea *bijugis* infert se Lucagus albis.

Georg. 3. Centum *quadrijugos* agitabo ad flumina currus.

Verbis a *jacio* compositis, ut *abjicio*, *adjicio*, *dejicio*, *rejicio*, *subjicio*, poetae interdum detrahunt alterum i, ut syllabam corripiant.

Æn. 10. Sic ait, atque oculos rutulorum *rejicit* arvis.
Stat. Theb. 4. Tela manu; *reicitque* canes in vulnus hiantes.
Ecl. 10. Quantum vere novo viridis se *subjicit* alnus.
Sil. l. 10. His acuit stimulis, *subicitque* haud mollia dicta.
Id. l. 3. Arietat in primos, *obicitque* immania membra.
Id. l. 11. Murice suspirans *inicit* velamine, et auro.
Vir. Mor. Spargit humi, atque *abicit* servatum gramine bulbum.

SCOLION

De positione in diversis dictionibus.

I. Positionem in alteram quoque dictionem excurrere, quamvis praecedens dictio vocali terminetur, concors est veterum grammaticorum sententia. Val. Prob. 1. Inst. cap. 16. in hoc versu *Phaebe graves*, et cet. deficere positionem ait ob mutam, et liquidam, indicans alioqui non defecturam fuisse. Charis. l. 1. inst. c. 2. Diomed. l. 2. cap. 8. de Syll. Max. Victor. l. de rat. metri c. 1. Serg. in 2. edit. Don c. 2. et Cledon. in Arte c. 9. de Syll. docent communem esse syllabam, cum correptam vocalem sequitur f cum liquida in altera dictione, eamque mutae locum obtinere, atque in his *aptare flagello*, *talia flammato*, *ore fremebant* l, et reliquescere significat: cum breves sunt ultimae, ut saepe sunt, id adscribendum subsequenti f mutae cum liquida

II. Quamvis cum his etiam vi positionis interdum producuntur. Catull. de Phaselo. *Propontida*, trucemve ponticum sinum. Ibid. Et inde tot per *impotentia* freta. Idem in Caes. Habebat et cuncta *ultima* Britannia. Sic legunt emendati codices. Idem Galliamb. Patria o *mea* cicatrix: mea jambus est. Cic. 1. de Div. Lentiscus triplici *solita* grandescere fetu. Ovid. 3. Fast. *Hedera* gratissima Baccho. Martial. lib. 1. ep. 116. Quaedam

me cupit, *invide* Procille. Luc. lib. 1. Sunt igitur *solida* primordia. Juv. Sat. ult. *Vindicta* gravior, quam injuria.. Boet. lib. 5. Metr. 3. Consulit alte *vita* tractans: visa ultimam in anapaestico positione producit.

III. Etiam cum finalem vocalem brevem consonantis post se expertem excipit s cum muta in dictione sequenti, aut duplex x, et z praecedens syllaba communis est, quia tunc s quasi liquescit. Donat. 1. edit. c. 2. Sergius in Don. eodem loco. Servis l. de ultimis syllabis cap. 1. Beda lib. de metr. Alcuin. Gramm. c. 1. Diomed. l. 2. c. 8. Quoniam, inquit, tunc s veluti sibilus posita vim consonantis amittit. Idem fere Cledon. in arte, cap. de Syllab. Nam s, inquit, quando juvat vocalem, consonans est, ut *Unde* scissa comam: quando non juvat, sibilus est, ut *Ponite* spes sibi quisque. Priscian. etiam l. 1. c. 4 ait s in metro frequenter vim suam amittere, ut *Ponite* spes sibi quisque. Et l. 2. cap. 2. ait etiam tribus sequentibus consonantibus communem fieri syllabam, ut apud Horat. Ridentis *proemia* scribae: quia, inquit, s in metro subtrahi veteri more solet. Ter. de Syll. propemodum negat corripi posse praecedentem vocalem. Affert sua exempla. *Quisque* scire cupit, vel *quisque* scribere curat. Sergius adnotat, sequentibus x, vel z, ultimam corripi in graecis nominibus, ut nemorosa Zacynthos, et super aequora Xerxes.

IV. Suppetunt nobis ad idem confirmandum exempla Catul. ad Fundum. Nec deprecor jam si *nefaria* scripta: et cet. Id. ep. 22. Hoc quid putemus esse, qui *modo* scurra: *ria*, et *modo* jambi sunt in scazonte. Mart. lib. 2. ep. 6. *Rapta* scribere, sed vitellianis: Primus phaleucii pes semper spondaeus est Martiali. Idem lib. 5. Quid gladium demens *romana* stringis in ora? Sil. l. 3. Primitiaeque tori? *gelidosne* scandere tecum Deficiam, montes? ubi *ne* enclitica producitur. Virg. l. 9. Ferte citi flammas, date *tela*, scandite muros. Boet. l. 5. metr. 4 Sed quid *nota* scire laborat: *nota* spondaeus est in anapaestico. Cic. 1. de Div. extremo ex Ennio: Auspicio regni *stabilita* scamna, solumque.

V. Sunt et alia. Tibul. l. 1. Pro *segete* spicas. Mart. lib. 2. Ut *digna* speculo fiat imago tuo. Juv. Sat 8.

Occulta spolia. Sil. 9. *Immane* stridens agitur. Lucan. lib. 5. Aut pretio *quippe* stimulo. Stat. l. 6. Paeceleres *agile* studium. Catul. Nulla fugae ratio, *nulla* spes. Quae, et alia pleraque ne dixeris produci beneficio caesurae, nam plura ipse non proferes, quibus vocalis in fine corripiatur sequente s cum muta. Certe grammatici probant sexcentas finales syllabas natura produci quamvis in iis sit caesura. Etsi vero qui versus suavitati student hanc sibi legem statuerunt, ne finalem brevem, subsequente s, et muta, corripiant: castigandus tamen minime est, si quis interdum sibi et poetarum nonnullis exemplis, et suo quasi jure permiserit.

Praeceptum IV. D praeteritis dissyllabis.

Praeterita assumunt primam dissyllaba longam.
Sto, do, scindo, fero rapiunt, bibo, findo priores.

Praeterita bissyllaba habent priorem longam, ut *veni*, *vidi*, *vici*.

AEn. 2. Quos ubi confertos audere in praelia *vidi*.
Ibid. *Venit* summa dies, et ineluctabile tempus.

Exceptio.

Steti, *dedi*, *scidi*, *tuli*, *bibi*, *fidi* a *findo* corripiunt primam.

Mart. l. 1. Dixit, et ardentes avido *bibit* ora favillas.
Lucan. 2 Aut *scidit*, et medias fecit sibi littora terras.
AEn. 9. *Diffidit*, et multa porrectum extendit arena.

Appendix.

Abscidit, abscidit modulatur utrumque poeta.

Compositum *abscidi* habet penultimam communem.

Lucan. *Abscidit* impulsu ventorum adjuta vetustas.
Idr 4. *Abscidit* nostrae multum sors invida laudi.
Mart. l. 3. *Abicidit* vultus ensis uterque sacros.

In soluta tamen oratione corripendum videtur. Verisimile enim est, quando a poetis producitur, deduci ab inusitato praesenti *Absci* ex *abs*, et *caedo*; quando vero corripitur, ab usitato *abscindo*.

Praeceptum V. De praeteritis geminantibus primam.

Praeteritum geminet si primam, corripe utramque,
Ut pario, peperi; vetet id nisi consona bina.
Caedo cecidit habet longam, ceu pedo, pepedi.

Cum prima syllaba praeteriti geminatur, eadem, et secunda brevis est, nisi obstent duae consonantes: ut *cecini*, *tetigi*, *peperi*.

Grorg. 4. Tityre, te patulae *cecini* sub tegmine fagi.

Exceptio.

Excipiuntur *cecidi* a *caedo*; *pepedi* a *pedo*, in quibus secunda longa est; ut in iis etiam, in quibus duae consonantes sequuntur; ut *cucurri*, *tetendi*.

Juv. Sat. 3. Ebrius, ac petulans, qui nullum forte *cecidit*.

Hor. l. 1. Sat. 3. Nam, displosa sonat quantum vesica, *pepedit*

Praeceptum VI. De supinis dissyllabis.

Cuncta supina volunt primam dissyllaba longam.
At reor, et cieo, et ire, sinoque, linoque,
Do, queo, et orta ruo breviabunt rite priores.

Supina duarum Syllabarum habent priorem longam: ut *visum*, *motum*.

Æn. 5. Terribiles *visu* formae, letumque, laborque.
Æn. 1. Quos ego: sed *motos* praestat componere fluctus.

Exceptio.

A *reor ratum*, a *sero satum*, ab *eo itum*, a *sino situm*, a *lino litum*, a *do datum*, a *ruo rutum*, a *queo quitum* supina dissyllaba primam corripiunt.

Æn. 2. Nos abiisse *rati*, et vento petiisse Mycenas.
Ibid. At non ille, *satum* quo te mentiris, Achilles.
Met. 1. Poscebatur humus: sed *itum* est in viscera terrae.
Met. 2. Hic *situs* est Phaeton, currus auriga paterni.
Georg. 4. Ardentes auro, et paribus *lita* corpora guttis.
Hor. l. 1. ep. 1. Divitiaeque peregninae, quibus *oblitus*

AEn. 1. Postquam introgressi, et coram *data* copia fandi.
Ov. ep. 1. *Diruta* sunt aliis, uni mihi Pergama restant.
Ter Hec. act. 4. Nam cum compressa est gnata, forma in tenebris nosci non *quita* est.
Pes ultimus jambus est in jambico tetrametro.

Appendix.

I. *Citum* a *cieo* secundae conjugationis priorem brevem habet; unde *concitus*, *excitus* penultima brevi.
Val. Fl. l. 3. Vulnus, et extrema sonuit *cita* cuspide cassis.
AEn. 12. Altior insurgens, et cursu *concitus* heros.
Met. 2. Nec fruitur somno vigilantibus *excita* curis.
II. *Citum* vero a *cio* quarti ordinis priorem producit; unde *concitus*, *excitus* penultima longa.
Lucan. l. 5. Unde ruunt toto *concita* pericula mundo.
III. *Ruo* nunc facit supino *ruitum*: priscis saeculis *rutum* fecit; unde composita *dirutum*, *eratum*, *obrutum*.
AE. 11. Nec mihi cum teucris ullum post *eruta* bellum.
IV. *Statum* priorem producere in derivatis *staturus*, et compositis docet Prisc. l. 10.
Lucan. l. 3. Tunc res immenso placuit *statura* labore.
Mart. l. 10. *Constatura* fuit megalensis purpura centum.
Stat. l. 7. Quae sic orsa loqui: spes ne *obstatura* pelasgis.
V. In plurimis tamen derivatis corripitur, ut *status* substantivum, et *status*, *ta*, *tum* adjectivum: sic *statio*, *statuo*, *statua*, *stabilis*, *stabulum*, et cet. et cum a in i mutatur in *praestitum*, *constitum*.
Ov. 4. Fast. Hic *status* in caelo multos permansit in annos.
Id. 1. Fast. Musa quid a fastis non *stata* sacra petis?
AEn. 1. Nunc tantum sinus, et *statio* male fida carinis.
AEn. 4. Urbem praeclaram *statui*, mea moenia vidi.
Hor. l. 4. Sat. 3. Infante *statuas*, seu pingui tentus omaso.
AEn. 1. Connubio jungam *stabili*, propriamque dicabo.
AEn. 7. Itur in antiquam silvam, *stabula* alta ferarum.
Ibid. Centauri in foribus *stabulant*, scyllaeque biformes.

Praeceptum VII. De supinis polysyllabis.

Utum producunt polysyllaba cuncta supina.
De vi praeterito semper producitur itum.
Agnitus agnosco, et cognosco cognitus effert.
Cetera corripies in itum quaecumque supina.

Supina in tum polysyllaba, praecedente u, habent penultimam longam : ut *solutum*, *argutum*, *indutum*.

Æn. 9. Lumina rara micant; sommo, vinoque *soluti*

Item in itum a praeterito in vi per v consonantem; ut cupivi, *cupitum*: petivi, *petitum*; condivi, *conditum* a condio.

Ov. Trist. 3. Exul eram, requiesque mihi non fama *petita* es.

Exceptio.

I. Agnovi tamen, et cognovi *agnitum* et *cognitum* penultima brevi habent.

Ov. Trist. 3. Idque recens praestas, nec longo *cognitus* usu.

II. Supina in itum a praeteritis in ui per u vocalem, ceteraque supina in itum habent penultimam brevem, ut monui, *monitum* : tacui, *tacitum*; credidi, *creditum*.

Æn. 6. Discite justitiam *moniti*, et non temnere divos.
Ib. Quis te, magne Cato, *tacitum* aut te, Cosse relinquat?

Praeceptum VIII. De derivatis.

Derivata patris naturam verba sequuntur.
Mobilis, et fomes, laterna, ac regula, sedes,
Quamquam orta e brevibus, gaudent producere primam:
Corripiuntur arista, vadum, sopor, atque lucerna,
Nata licet longis: usus te plura docebit.

I. Derivata sequuntur naturam eorum, a quibus derivantur ut *legebam*, *legam*, *lege*, *legito* prima brevi, quia oriuntur a presenti *lego*, *legis*, cujus prior brevis est.

II. At *legeram*, *legerim*, *legissem*, *legero*, *legisse* prima longa; quia a praeterito *legi* nascuntur, cujus prior longa est, cum sit praeteritum dissyllabum.

III. *Aratrum*, *simulacrum*, *ambulacrum*, *lavacrum*, *volutabrum*, *involucrum*, et cet. penultima longa, quia a supinis *aratum*, *simulatum*, *ambulatum*, *lavatum*, *volutatum*, *involutum*, deducuntur, quorum penultima similiter longa est.

IV. *Reditus*, *exitus*, *introitus*, *aditus*, *initus*, *obitus*, penultima correpta; quia fiunt a supino *itum*, quod priorem corripit, ut supra diximus.

Exceptio.

I. Multa quae suae originis naturam non sequuntur usu, assiduaque poetarum lectionem sunt addiscenda, cujusmodi sunt haec longa: *denus*, *fidus*, *fomes*, et *fomentum*, *humanus*, *imbecillus*, *jumentum*, *laterna*, *lex legis macero*, *mobilis*, et *momentum*, *nonus*, *regula*, *sedes*, *tegula*, *vox*, *vocis*, et alia orta e brevibus *decem*, *fides*, *foveo*, *humus*, sive *homo*, *baculus*, *juvo*, *lateo*, *lego*, *macer*, *moveo*, *novem*, *rego*, *sedeo*, *tego*, *vogo*, quamquam *fomes*, et *fomentum*, *jumentum*, *mobilis*, et *momentum* potius a supinis longis *fotum*, *jutum* inusitato, hoc est, *adjutum*, et *motum* oriri videntur.

II. Contra vero haec brevia: *acerbus*, *arena*, et *arista*, *disertus*, *dux*, *ducis*, *ligula*, *lucerna*, *mamilla*, *odium*, *ofella*, *quasillus*, *quater*, et *quaternus*, *sagax*, *sigillum*, *sopor*, *tigillum*, *vadum*, et alia orta e longis *acer*, *areo*, *dissero*, *duco*, *lingua*, *luceo*, *mamma*, *odi*, *offa*, *qualus*, *quatuor*, *saga*, seu *sagio*, *signum*, *sopio*, *tignum*, *vado*.

Praeceptum IX. De compositis.

Legem simplicium retinent composta suorum,
Vocalem licet, aut diphthongum syllaba mutet.
Deiero sed juro dat, pejeroque; innuba nubo,
Pronubaque; atque hilum nihilum, dat semisopitus
Sopio, fatidicus, fratresque a dico creantur.
Participale ambitum ab itum, inter longa repone.

I. Composita brevitatem, vel longitudinem simplicium sequuntur.

II. In *perlego*, *relego*, *gis*, tertiae conjugationis e ante g brevis est; quia in simplici *lego* etiam corripitur. Sed in *relego*, *gas*, *allego*, *gas* primae conjugationis eadem producitur, ut in simplici *lego*, *as*: in praeterito vero *perlegi*, *relegi* producitur, quia in simplici praeterito *legi* itidem longa est.

III. *Attigi*, *concidi*, *diffidi*, *ebibi*, *rescidi*, i mediam habent brevem, quia in simplicibus eadem vocalis corripitur; nempe *tetigi*, *cecidi* a cado, et cet.

IV. *Oblitum* ab *oblino*, *insitum*, *circumdatum*, *desitum* penultimam habent brevem: quia fiunt a supinis brevibus *litum*, *satum*, et cet.

Tibul. l. 2. *Oblitus* et musto feriet pede rusticus uvas.
Producitur vero *oblitus* ab *obliviscor*.

Appendix.

I. Quantitas simplicium servatur in compositis, quamvis vocales mutenter. Sic *concido*, *excido*, *incido*, *occido*, *recido* a cado penultimam corripiunt: *eligo*, *seligo* a legó, gis. Contra *concido*, *excido*, *incido*, *occido*, *recido* a caedo eamdem producunt: sic *allido*, et *collido* a laedo: *exquiro*, *requiro* a quaero: *obedio*, *obedis* ab audio.

AEn. 12. *Occidit*, *occideritque* sinas cum nomine Troja.
Juv. Sat. 7. *Occidit* miseros crambe repetita magistros.

II. Haec a simplicibus longis orta corripiuntur: *dejero*, *pejero* a juro: *pronuba*, *innuba* a nubo, *fatidicus*, *maledicus*, *causiditus*, *veridicus* a dico, cis: *nihilum* ex ni, et hilum.

Cic. Tusc. 3. Saxum sudans nitendo, neque proficit *hilum*
Hor. l. Sat. 3. Stultitia ne erret, *nihilum* distabit, an ira.

III. *Connubium* a nubo secundam syllabam habet communem.

AEn. 3. Hectoris, Andromache, Pyrrhin' *connubia* servas?
AEn. 1. *Connubio* jungam stabili, propriamque dicabo.
Nisi forte in hoc posteriore primus, ac secundus pes spondaei sint per synaeresim; ut etiam in eo, *Sidonius ostentat opes*, aliisque, de qua re cap. 11.

II. Si utraque consonans, aut una duplex fuerit in principio sequentis dictionis, nihil fere praecedentem vocalem brevem juvabit.

Met. 2. In solio Phoebus claris *lucente smaragdis*.

AEn. 3. Jam media apparet fluctu *nemorosa Zacynthos*.

Luc. l. 2. Talem fama canit tumidum super *aequora Xerxem*.

Lucente, *nemorosa*, *aequora* ultimas habent breves, quamvis duae consonantes, aut una duplex sit in principio sequentium dictionum.

Exceptio I. De liquescentibus,

Contrahit orator, variant in carmine vates,
Si mutam, liquidamque simul brevis una praeibit.

Vocalis brevis ante mutam, et liquidam ejusdem dictionis, in carmine communis est, ut *cyclops*; at in soluta oratione, cum penultima est, corripitur, ut *volucris*, *tenebrae*.

AEn. 8. Ferrum exercebant vasto *cyclopes* in antro.

AEn. 3. Lustra domosque traho, vastosque ab rupe *cyclopas*.

Met. 13. Et primo similis *volucri*, mox vera *volucris*.

Appendix.

At mutam, et liquidam quoties ab origine longa
Praecedit, rapitur nunquam; ceu matris, aratrum.

I. Necesse est praecedere mutam, sequi liquidam, ut *petra*; alioqui syllaba non liquescit, ut *reperta*; deinde oportet vocalem natura brevem esse; nam vocalis natura longa nunquam liquescit, ut *matris*.

II. Agnoscitur autem syllaba natura brevis saepe ex nominativo, in quo liquida, non jungitur mutae proxime praecedenti, ut *calaber*, *cantaber*, *pater* a litteram natura brevem habent, quod vel accentus docet: vel exempla poetarum. Quare in *calabro*, *cantabro*, *patre* a littera natura brevis liquescit. At *salubre*, *matre*, *atrum* nunquam corripiuntur; quia *saluber*, *mater*, *ater* longa sunt.

III. Ubi haec regula in usu non est, accentus usui erit, aut exempla poetarum. Nam quae accentu gravi deprimuntur, natura brevia sunt, ut *tenebrae*, *latebrae*, *pharetra*, *cerebrum*: quae acuto attolluntur, natura longa sunt, ut *ambulacrum*, *delubrum*, *ventilabrum*, *volutabrum*. Vide infra praec. 8. Item, quae brevia reperiuntur apud poetas, sunt natura brevia, ut *atrox*. Æn. 9. Saevit *atrox*, Volscens, nec telis conspicit usquam.

Appendix II.

Utraque vocalem si consona iuncta sequentem
Non ferit, anteiens brevis est, velut obruo, nunquam.

IV. Necesse est etiam, ut muta, et liquida ad sequentem vocalem spectent: quocirca *abluo*, *obruo*, *sublevo*, *adrepo*, et cetera ex hisce praepositionibus composita nunquam primam corripiunt; quia muta ad praecedentem vocalem pertinet. Composita tamen ex re, ut *reflecto*, *refringo*, *refreno*, *recludo*, *reprimo*, primam saepe corripiunt, quia muta ad sequentem vocalem referatur. Flenim, ut diximus, habetur in mutis.

V. M, et n raro linquescunt, idque in graecis dictionibus dumtaxat; ut *Tecmessa*, *cycnus*, *therapnae*, *ichneumon*.

Hor. l. 2. Od. 4. Forma captivae dominum *Tecmessae*.
Saph. est.

Id. l. 4. Od. 3. Donatura *cycni*, si libeat, sonum.
Asclep. est.

Sil. l. 8. Ecce inter primos *therapnaeo* a sanguine clausi.

Mart. l. 7. Delectat Marium si perniciosus *ichneumon*.

Exceptio II.

Quadriiugus rapitur, biiugus coniungitur illi,
In quibus i duplex non est, sed consona simplex:
Subiicit, at subicit dicunt in carmine vates.

I inter duas vocales in compositis *bijugus*, *quadrijugus* simplex consonans est, non duplex: quare merito praecedens vocalis corripitur.

Æn. 10. Interea *bijugis* infert se Lucagus albis.

Georg. 3. Centum *quadrijugos* agitabo ad flumina currus.

Verbis a *jacio* compositis, ut *abjicio*, *adjicio*, *dejicio*, *rejicio*, *subjicio*, poetae interdum detrahunt alterum i, ut syllabam corripiant.

Æn. 10. Sic ait, atque oculos rutulorum *rejicit* arvis.
Stat. Theb. 4. Tela manu; *reicitque* canes in vulnus hiantes.
Ecl. 10. Quantum vere novo viridis se *subjicit* alnus.
Sil. l. 10. His acuit stimulis, *subicitque* haud mollia dicta.
Id. l. 3. Arietat in primos, *obicitque* immania membra.
Id. l. 11. Murice suspirans *inicit* velamine, et auro.
Vir. Mor. Spargit humi, atque *abicit* servatum gramine bulbum.

SCOLION

De positione in diversis dictionibus.

I. Positionem in alteram quoque dictionem excurrere, quamvis praecedens dictio vocali terminetur, concors est veterum grammaticorum sententia. Val. Prob. 1. Inst. cap. 16. in hoc versu *Phaebe graves*, et cet. deficere positionem ait ob mutam, et liquidam, indicans alioqui non defecturam fuisse. Charis. l. 1. inst. c. 2. Diomed. l. 2. cap. 8. de Syll. Max. Victor. l. de rat. metri c. 1. Serg. in 2. edit. Don c. 2. et Cledon. in Arte c. 9. de Syll. docent communem esse syllabam, cum correptam vocalem sequitur f cum liquida in altera dictione, eamque mutae locum obtinere, atque in bis *aptare flagello*, *talia flammato*, *ore fremebant* l, et reliquescere significat: cum breves sunt ultimae, ut saepe sunt, id adscribendum subsequenti f mutae cum liquida

II. Quamvis cum his etiam vi positionis interdum producuntur. Catull. de Phaselo. *Propontida*, trucemve ponticum sinum. Ibid. Et inde tot per *impotentia* freta. Idem in Caes. Habebat et cuncta *ultima* Britannia. Sic legunt emendati codices. Idem Galliamb. Patria o *mea* cicatrix: mea jambus est. Cic. 1. de Div. Lentiscus triplici *solita* grandescere fetu. Ovid. 3. Fast. *Hedera* gratissima Baccho. Martial. lib. 1. ep. 116. Quaedam

me cupit, *invide* Procille. Luc. lib. 1. Sunt igitur *solida* primordia. Juv. Sat. ult. *Vindicta* gravior, quam injuria. Boet. lib. 5. Metr. 3. Consulit alte *vita* tractans: visa ultimam in anapaestico positione producit.

III. Etiam cum finalem vocalem brevem consonantis post se expertem excipit s cum muta in dictione sequenti, aut duplex x, et z praecedens syllaba communis est, quia tunc s quasi liquescit. Donat. 1. edit. c. 2. Sergius in Don. eodem loco. Servis l. de ultimis syllabis cap. 1. Beda lib. de metr. Alcuin. Gramm. c. 1. Diomed. l. 2. c. 8. Quoniam, inquit, tunc s veluti sibilus posita vim consonantis amittit. Idem fere Cledon. in arte, cap. de Syllab. Nam s, inquit, quando juvat vocalem, consonans est, ut *Unde* scissa comam: quando non juvat, sibilus est, ut *Ponite* spes sibi quisque. Priscian. etiam l. 1. c. 4 ait s in metro frequenter vim suam amittere, ut *Ponite* spes sibi quisque. Et l. 2. cap. 2. ait etiam tribus sequentibus consonantibus communem fieri syllabam, ut apud Horat. Ridentis *proemia* scribae: quia, inquit, s in metro subtrahi veteri more solet. Ter. de Syll. propemodum negat corripi posse praecedentem vocalem. Affert sua exempla. *Quisque* scire cupit, vel *quisque* scribere curat. Sergius adnotat, sequentibus x, vel z, ultimam corripi in graecis nominibus, ut nemorosa Zacynthos, et super aequora Xerxes.

IV. Suppetunt nobis ad idem confirmandum exempla Catul. ad Fundum. Nec deprecor jam si *nefaria* scripta: et cet. Id. ep. 22. Hoc quid putemus esse, qui *modo* scurra: *ria*, et *modo* jambi sunt in scazonte. Mart. lib. 2. ep. 6. *Rapta* scribere, sed vitellianis: Primus phaleucii pes semper spondaeus est Martiali. Idem lib. 5. Quid gladium demens *romana* stringis in ora? Sil. l. 3. Primitiaeque tori? *gelidosne* scandere tecum Deficiam, montes? ubi *ne* enclitica producitur. Virg. l. 9. Ferte citi flammas, date *tela*, scandite muros. Boet. l. 5. metr. 4 Sed quid *nota* scire laborat: *nota* spondaeus est in anapaestico. Cic. 1. de Div. extremo ex Ennio: Auspicio regni *stabilita* scamna, solumque.

V. Sunt et alia. Tibul. l. 1. Pro *segete* spicas. Mart. lib. 2. Ut *digna* speculo fiat imago tuo. Juv. Sat 8.

Occulta spolia. Sil. 9. *Immane* stridens agitur. Lucan. lib. 5. Aut pretio *quippe* stimulo. Stat. l. 6. Paeceleres *agile* studium. Catul. Nulla fugae ratio, *nulla* spes. Quae, et alia pleraque ne dixeris produci beneficio caesurae, nam plura ipse non proferes, quibus vocalis in fine corripiatur sequente s cum muta. Certe grammatici probant sexcentas finales syllabas natura produci quamvis in iis sit caesura. Etsi vero qui versus suavitati student hanc sibi legem statuerunt, ne finalem brevem, subsequente s, et muta, corripiant: castigandus tamen minime est, si quis interdum sibi et poetarum nonnullis exemplis, et suo quasi jure permiserit.

Praeceptum IV. D praeteritis dissyllabis.

Praeterita assumunt primam dissyllaba longam.
Sto, do, scindo, fero rapiunt, bibo, findo priores.

Praeterita bissyllaba habent priorem longam, ut *veni*, *vidi*, *vici*.

AEn. 2. Quos ubi confertos audere in praelia *vidi*.
Ibid. *Venit* summa dies, et ineluctabile tempus.

Exceptio.

Steti, *dedi*, *scidi*, *tuli*, *bibi*, *fidi* a *findo* corripiunt primam.

Mart. I. 1. Dixit, et ardentes avido *bibit* ora favillas.
Lucan. 2 Aut *scidit*, et medias fecit sibi littora terras.
AEn. 9. *Diffidit*, et multa porrectum extendit arena.

Appendix.

Abscidit, abscidit modulatur utrumque poeta.

Compositum *abscidi* habet penultimam communem.

Lucan. *Abscidit* impulsu ventorum adjuta vetustas.
Id, 4. *Abscidit* nostrae multum sors invida laudi.
Mart. l. 3. *Abicidit* vultus ensis uterqe sacros.

In soluta tamen oratione corripendum videtur. Verisimile enim est, quando a poetis producitur, deduci ab inusitato praesenti *Absci* ex *abs*, et *caedo*; quando vero corripitur, ab usitato *abscindo*.

Praeceptum V. De praeteritis geminantibus primam.

Praeteritum geminet si primam, corripe utramque,
Ut pario, peperi; vetet id nisi consona bina.
Caedo cecidit habet longam, ceu pedo, pepedi.

Cum prima syllaba praeteriti geminatur, eadem, et secunda brevis est, nisi obstent duae consonantes: ut *cecini*, *tetigi*, *peperi*.

Grorg. 4. Tityre, te patulae *cecini* sub tegmine fagi.

Exceptio.

Excipiuntur *cecidi* a *caedo*; *pepedi* a *pedo*, in quibus secunda longa est; ut in iis etiam, in quibus duae consonantes sequuntur; ut *cucurri*, *tetendi*.

Juv. Sat. 3. Ebrius, ac petulans, qui nullum forte *cecidit*.

Hor. l. 1. Sat. 3. Nam, displosa sonat quantum vesica, *pepedit*

Praeceptum VI. De supinis dissyllabis.

Cuncta supina volunt primam dissyllaba longam.
At reor, et cieo, et ire, sinoque, linoque,
Do, queo, et orta ruo breviabunt rite priores.

Supina duarum Syllabarum habent priorem longam: ut *visum*, *motum*.

Æn. 5. Terribiles *visu* formae, letumque, laborque.
Æn. 1. Quos ego: sed *motos* praestat componere fluctus.

Exceptio.

A *reor ratum*, a *sero satum*, ab *eo itum*, a *sino situm*, a *lino litum*, a *do datum*, a *ruo rutum*, a *queo quitum* supina dissyllaba primam corripiunt.

Æn. 2. Nos abiisse *rati*, et vento petiissa Mycenas.
Ibid. At non ille, *satum* quo te mentiris, Achilles.
Met. 1. Poscebatur humus: sed *itum* est in viscera terrae.
Met. 2. Hic *situs* est Phaeton, currus auriga paterni.
Georg. 4. Ardentes auro, et paribus *lita* corpora guttis.
Hor. l. 1. ep. 1. Divitiaeque peregninae, quibus *oblitus*

AEn. 1. Postquam introgressi, et coram *data* copia fandi.
Ov. ep. 1. *Diruta* sunt aliis, uni mihi Pergama restant.
Ter Hec. act. 4. Nam cum compressa est gnata, forma in tenebris nosci non *quita* est.
Pes ultimus jambus est in jambico tetrametro.

Appendix.

I. *Citum* a *cieo* secundae conjugationis priorem brevem habet; unde *concitus*, *excitus* penultima brevi.
Val. Fl. l. 3. Vulnus, et extrema sonuit *cita* cuspide cassis.
AEn. 12. Altior insurgens, et cursu *concitus* heros.
Met. 2. Nec fruitur somno vigilantibus *excita* curis.
II. *Citum* vero a *cio* quarti ordinis priorem producit; unde *concitus*, *excitus* penultima longa.
Lucan. l. 5. Unde ruunt toto *concita* pericula mundo.
III. *Ruo* nunc facit supino *ruitum*: priscis saeculis *rutum* fecit; unde composita *dirutum*, *eratum*, *obrutum*.
AE. 11. Nec mihi cum teucris ullum post *eruta* bellum.
IV. *Statum* priorem producere in derivatis *staturus*, et compositis docet Prisc. l. 10.
Lucan. l. 3. Tunc res immenso placuit *statura* labore.
Mart. l. 10. *Constatura* fuit megalensis purpura centum.
Stat. l. 7. Quae sic orsa loqui: spes ne *obstatura* pelasgis.
V. In plurimis tamen derivatis corripitur, ut *status* substantivum, et *status*, *ta*, *tum* adjectivum: sic *statio*, *statuo*, *statua*, *stabilis*, *stabulum*, et cet. et cum a in i mutatur in *praestitum*, *constitum*.
Ov. 4. Fast. Hic *status* in caelo multos permansit in annos.
Id. 1. Fast. Musa quid a fastis non *stata* sacra petis?
AEn. 1. Nunc tantum sinus, et *statio* male fida carinis.
AEn. 4. Urbem praeclaram *statui*, mea moenia vidi.
Hor. l. 4. Sat. 3. Infante *statuas*, seu pingui tentus omaso.
AEn. 1. Connubio jungam *stabili*, propriamque dicabo.
AEn. 5. Itur in antiquam silvam, *stabula* alta ferarum.
Ibid. Centauri in foribus *stabulant*, scyllaeque biformes.

Praeceptum VII. De supinis polysyllabis.

Utum producunt polysyllaba cuncta supina.
De vi praeterito semper producitur itum.
Agnitus agnosco, et cognosco cognitus effert.
Cetera corripies in itum quaecumque supina.

Supina in tum polysyllaba, praecedente u, habent penultimam longam: ut *solutum*, *argutum*, *indutum*.

Æn. 9. Lumina rara micant; sommo, vinoque *soluti*

Item in itum a praeterito in vi per v consonantem; ut cupivi, *cupitum*: petivi, *petitum*; condivi, *conditum* a condio.

Ov. Trist. 3. Exul eram, requiesque mihi non fama *petita es*.

Exceptio.

I. Agnovi tamen, et cognovi *agnitum* et *cognitum* penultima brevi habent.

Ov. Trist. 3. Idque recens praestas, nec longo *cognitus* usu.

II. Supina in itum a praeteritis in ui per u vocalem, ceteraque supina in itum habent penultimam brevem, ut monui, *monitum*: tacui, *tacitum*; credidi, *creditum*.

Æn. 6. Discite justitiam *moniti*, et non temnere divos.
Ib. Quis te, magne Cato, *tacitum* aut te, Cosse relinquat?

Praeceptum VIII. De derivatis.

Derivata patris naturam verba sequuntur.
Mobilis, et fomes, laterna, ac regula, sedes,
Quamquam orta e brevibus, gaudent producere primam;
Corripiuntur arista, vadum, sopor, atque lucerna,
Nata licet longis: usus te plura docebit.

I. Derivata sequuntur naturam eorum, a quibus derivantur ut *legebam*, *legam*, *lege*, *legito* prima brevi, quia oriuntur a presenti *lego*, *legis*, cujus prior brevis est.

II. At *legeram*, *legerim*, *legissem*, *legero*, *legisse* prima longa; quia a praeterito *legi* nascuntur, cujus prior longa est, cum sit praeteritum dissyllabum.

III. *Aratrum*, *simulacrum*, *ambulacrum*, *lavacrum*, *volutabrum*, *involucrum*, et cet. penultima longa, quia a supinis *aratum*, *simulatum*, *ambulatum*, *lavatum*, *volutatum*, *involutum*, deducuntur, quorum penultima similiter longa est.

IV. *Reditus*, *exitus*, *introitus*, *aditus*, *initus*, *obitus*, penultima correpta; quia fiunt a supino *itum*, quod priorem corripit, ut supra diximus.

Exceptio.

I. Multa quae suae originis naturam non sequuntur usu, assiduaque poetarum lectionem sunt addiscenda, cujusmodi sunt haec longa: *denus*, *fidus*, *fomes*, et *fomentum*, *humanus*, *imbecillus*, *jumentum*, *laterna*, *lex legis macero*, *mobilis*, et *momentum*, *nonus*, *regula*, *sedes*, *tegula*, *vox*, *vocis*, et alia orta e brevibus *decem*, *fides*, *foveo*, *humus*, sive *homo*, *baculus*, *juvo*, *lateo*, *lego*, *macer*, *moveo*, *novem*, *rego*, *sedeo*, *tego*, *vogo*, quamquam *fomes*, et *fomentum*, *jumentum*, *mobilis*, et *momentum* potius a supinis longis *fotum*, *jutum* inusitato, hoc est, *adjutum*, et *motum* oriri videntur.

II. Contra vero haec brevia: *acerbus*, *arena*, et *arista*, *disertus*, *dux*, *ducis*, *ligula*, *lucerna*, *mamilla*, *odium*, *ofella*, *quasillus*, *quater*, et *quaternus*, *sagax*, *sigillum*, *sopor*, *tigillum*, *vadum*, et alia orta e longis *acer*, *areo*, *dissero*, *duco*, *lingua*, *luceo*, *mamma*, *odi*, *offa*, *qualus*, *quatuor*, *saga*, seu *sagio*, *signum*, *sopio*, *tignum*, *vado*.

Praeceptum IX. De compositis.

Legem simplicium retinent composta suorum,
Vocalem licet, aut diphthongum syllaba mutet.
Dejero sed juro dat, pejeroque; innuba nubo,
Pronubaque; atque hilum nihilum, dat semisopitus
Sopio, fatidicus, fratresque a dico creantur.
Participale ambitum ab itum, inter longa repone.

I. Composita brevitatem, vel longitudinem simplicium sequuntur.

II. In *perlego*, *relego*, *gis*, tertiae conjugationis e ante g brevis est; quia in simplici *lego* etiam corripitur. Sed in *relego*, *gas*, *allego*, *gas* primae conjugationis eadem producitur, ut in simplici *lego*, *as*: in praeterito vero *perlegi*, *relegi* producitur, quia in simplici praeterito *legi* itidem longa est.

III. *Attigi*, *concidi*, *diffidi*, *ebibi*, *rescidi*, i mediam habent brevem, quia in simplicibus eadem vocalis corripitur; nempe *tetigi*, *cecidi* a cado, et cet.

IV. *Oblitum* ab *oblino*, *insitum*, *circumdatum*, *desitum* penultimam habent brevem: quia fiunt a supinis brevibus *litum*, *satum*, et cet.

Tibul. l. 2. *Oblitus* et musto feriet pede rusticus uvas.
Producitur vero *oblitus* ab *obliviscor*.

Appendix.

I. Quantitas simplicium servatur in compositis, quamvis vocales muteuter. Sic *concido*, *excido*, *incido*, *occido*, *recido* a cado penultimam corripiunt: *eligo*, *seligo* a lego, gis. Contra *concido*, *excido*, *incido*, *occido*, *recido* a caedo eamdem producunt: sic *allido*, et *collido* a laedo: *exquiro*, *requiro* a quaero: *obedio*, *obedis* ab audio.

AEn. 12. *Occidit*, *occideritque* sinas cum nomine Troja.
Juv. Sat. 7. *Occidit* miseros crambe repetita magistros.

II. Haec a simplicibus longis orta corripiuntur: *dejero*, *pejero* a juro: *pronuba*, *innuba* a nubo, *fatidicus*, *maledicus*, *causiditus*, *veridicus* a dico, cis: *nihilum* ex ni, et hilum.

Cic. Tusc. 3. Saxum sudans nitendo, neque proficit *hilum*
Hor. l. Sat. 3. Stultitia ne erret, *nihilum* distabit, an ira.

III. *Connubium* a nubo secundam syllabam habet communem.

AEn. 3. Hectoris, Andromache, Pyrrhin' *connubia* servas?
AEn. 1. *Connubio* jungam stabili, propriamque dicabo.
Nisi forte in hoc posteriore primus, ac secundus pes spondaei sint per synaeresim; ut etiam in eo, *Sidonius ostentat opes*, aliisque, de qua re cap. 11.

IV. *Ambitus*, *ta*, *tum* participium media longa.
Ovid. Met. 1. Jussit et *ambitae* circumdare littora terrae.
Ambitus, *tus* nomen quartae eamdem breviat.
Lucan. l. 1. Ipse sui populus, letalisque *ambitus* urbi.
V. *Sopio*, et *sopitus* primam producunt.
Met. 7. Pervigilem superest herbis *sopire* draconem.
AEn. 1. Hunc ego *sopitum* somno super alta Cythera.
Semisopitus tamen so corripit.
Ov. ep. 10. Thesea prensuras *semisopita* manus.

Praeceptum X. De praepositione in compositione.

Longa a, de, e, se, di, praeter dirimo, atque disertui.
Sit re breve; at refert a res producito semper.
Corripe pro graecum, produces rite latinum.
Contrahe quae fundus, fugio, neptisque, neposque,
Et festus, fari, fateor, fanumque crearunt.
Hisce profecto addes, pariterque procella, protervus,
Atque propago, genus; propago protrahe vitis.
Propino varia, procuro, propago, profundo.
Corripe ab, et reliquas, obstent nisi consona bina,
Quae sunt ad, vel in, ob, per, sub, super, anteque, circum.

A, *e*, *de*, *di*, *se*, cum componunt, longae sunt; ut *amitto*, *erampo*, *deduco*, *diripio*, *separo*.
AEn. 1. *Amissos* longo socios sermone requirunt.
AEn. 3. *Deducunt* socii naves, et littora complent.
AEn. 1. Tergora *diripiunt* costis, et viscera nudant.
Met. 1. *Separat* aonios aetaeis Phocis ab arvis.

Exceptio.

I. *Dirimo*, et *disertus* di corripiunt.
AEn. 5. Cedo Deo, dixitque, et praelia voce *diremit*.
Mart. l. 6. Non tu; Pomponi, coena *diserta* tua est.
II. *Re* praepositio in compositione corripitur; sed *refert* impersonale, idest interest, producitur.
AEn. 1. Collectasque fugat nubes, solemque *reducit*
Georg. 2. Est numerus: neque enim numero comprendere *refert*.
III. *Pro* praepositio brevis est apud graecos, ut *Propontis*; longa apud latinos, ut *proveho*, *promoveo*.
Ov. de Pont. 4. Misit in has si quos longa *Propontis* aquas.

Æn. 3. *Provehimur* portu, terraeque, urbesque recedunt.

Verum corripiuntur *profundus*, *profugus*, *pronepto*, et *proneptis*, *profestus*, *profari*, *profiteor*, *profanus*, *profecto*, *profectus*, et *profecturus* a *proficiscor* (nam a *proficio* eamdem producunt) *procella*, *protervus*, et *propago* nomen cum genus significat, nam *propago*, idest vitis depressa, producitur.

Lucan. 6. Quem prior affatur Pompeii ignava *propago*.
Georg. 2. Silvarumque alios pressos *propaginis* arcus.

IV. *Propino*, *procuro*, et *propago*, *as* verbum primam habent communem. Tibull. lib. 1. Ipse *procuravi*, re, et, cet. *Profundo*, *dis* raro eamdem producit: *propello*, et *propulso* nonnunquam apud Lucr. eamdem corripiunt.

Lucr. 4. Et procul a tergo, quae provehat, atque *propellat*.
Ibid. Verba *propulsantes*. Tutior est productio.

V. Praepositiones *ab*, ut *abeo*; *ad* ut *adoro*; *in*, et *inuro*; *ob* ut *obeo*; *per*, ut *pereo*; *sub*, ut *subeo*; *super*, ut *superaddo*; *ante*, ut *antefero*; *circumago*, corripiuntur: item a graeca particula: ut *adamas*, *adytum*, *atomus*.

Ov. Fast. 3. Immolat hunc Briareus facta ex *adamante* securi.
AEn. 6. Talibus ex *adyto* dictis cumaea sibylla.
Juv. Sat. 7. *Circumages* madidas a tempestate cohortes.

Praeceptum XI.

De a, e, i, o dum compositi vocabuli partem priorem terminant.

Produc a semper composti parte priore:
At simul e, simul i crebro breviare memento.
Nequidquam produc, nequando, venefica: nequam,
Nequaquam, nequis, sociosque videlicet addes.
Idem masculeum produc, et siquis, ibidem,
Scilicet, et bigae. tibicen, ubique, quadrigae,
Bimus, tantidem, quidam, et composta diei.
Compositi o breviant graeci: Samothracia testis.
Sed minotaurus, pariterque geometra longum est.
O latium variat: producere namquin alioquin,
Et quandoque; at quandoquidem breviare solemus.

I. Si prior pars compositi a vocali terminetur, producitur, ut *trano*, *traduco*, *trado*.

Georg. 3. Ascanium; superant montes, et flumina *tranant.*

Tibul. l. 1. Me mea paupertas vitae *traducat* inerti.

II. Si vero e vocali finiatur, fere brevis est, ut *nefas*, *archetypus*, *liquefacio*, *tepefacio*, *tremefacio*, *stupefacio*, *madefacio*.

Juv. Sat. 3. Credebant hoc grande *nefas*.

Georg. 4. Eademque calor *liquefacta* remittit.

Hor. l. 1. Sat. 3. Ferrum *tepefecit* acutum.

III. Excipe *nequis*, *nequa*, *nequod*, *nequam*, *nequitia*, *nequaquam*, *nequidquam*, *nequando*, *videlicet.*, *veneficus*, *venefica*.

AEn. 12. *Nequa* meis esto dictis mora. Jupiter hac stat.

Ov. ep. 4. Barbara narratur venisse *venefica* tecum.

VI. *Liquefacio*, *tepefacio* raro producuntur. Ovid. 7. Met. Thura *liquefaciunt*. Sil. l. 1. Ossa *liquefactis*. Catul. de nupt. Pel. Alta *tepefaciet*. Producit quoque Lucr. *expergefacio*, et *patefio* lib 4. *Expergefactique sequuntur*. Causa *patefiat*. *Patefacio* etiam, et *rarefacio* lib. 6. Atque *patefecit*. Id. Et *rarefecit* calido miscente vapore.

V. Si prior pars compositionis in i, vel y desinat, corripitur, ut *omnipotens*, *causidicus*, *siquidem*, *fidicen*, *lyricen*, *tubicen*, *Palinurus*, *Polydorus*.

AEn. 10. Tum Pater *omnipotens*, rerum cui summa potestas.

Mart. l. 5. Carpere *causidicus* fertur mea carmina, qui sit.

Lucan. l. 4. Hoc *siquidem* solo civilis crimine belli.

Hor. Carm. 1. Romanae *fidicen* lyrae. Gliconius est.

AEn. 5. Nudus in ignota, *Palinure*, jacebis arena.

AEn. 3. Nam *Polydorus* ego: hic confixum ferrea texit.

Exceptiones.

VI. I longum habent *ibidem*, *ubique*, *idem* pronomen virile (nam neutrum breve est) *bigae*, *quadrigae*, *siquis*, *siqua s siquod*, *sicubi*, *scilicet*, *ilicet*, *tibicen*, *meliphyllon*, *Trinacria*, *bimus*, *trimus*, *quadrimus*, *tantidem*, *quivis*, *quidam*, *quilibet*, *biduum*, *triduum* ceteraque composita ex die, ut *meridies*, *quotidie*, *pridie*, *postridie*: *quatriduum* corripitur interdum.

Mar. 12. Difficilis, facilis, jucundus, acerbus es *idem*.
Georg. 3. *Sicubi* magna Jovis antiquo robore quercus.
Hor. Art. *Tibicen* traxitque vagus per pulpita vestem.
Georg. 4. Trita *meliphylla*, et cerinthae ignobile gramen.
Mart. l. 2. Si totus tibi *triduo* legatur. Phaleucius est.
Ter Andr. act. 1. Venit Chremes *postridie* ad me clamitans: postri spondaeus est in iambico.

VIII. *Ubicumque* frequentius i habet breve.

Mart. l. 1. Qui tecum cupis esse meos *ubicumque* libellos.
Hor. l. 5. Od. 27. Sis licet felix *ubicumque* mavis.
Ov. tamen Met. 7. produxit. Servor *ubicumque* est, etc.

VIII. *Ubivis*, *ubilibet* produci solent, quamvis *ubi* ultimam ancipitem habeat Hor. tamen corripuit l. 1. Sat. 4. Non *ubivis*, coramve quibuslibet, et cet. Auson. in Monos. produxit *matricidae* antepenultimam, repugnante analogia, cum *parricida* eamdem corripiat.

Hor. l. 3. Telegoni juga *parricidae*: parri tochaeus est.

IX. *O* in graecis dictionibus priorem compositi partem claudens corripitur, ut *Cymothoe*, *Carpophorus*, *argonauta*, *Leucopetra*.

Mart. l. 1. Saecula *Carpophorum*, Caesar, si prisca tulissent.
Idem lib. 3. Non nautas puto vos, sed *argonautas*. Phaleucius est.

Exceptio.

I. Quae per omega apud graecos scribuntur longa sunt, ut *geometra*, *minotaurus*, *lagopus*: nec plura facile invenies, quibus utantur latini.

AEn. 6. *Minotaurus* inest, Veneris monimenta nefandae.
Mart. l. 7. ep. 86. Si meus aurita gaudet *lagopode* Flaccus.

II. *O* in latinis dictionibus compositis partim producitur, ut *aliquin*, *quandoque*, *quandocumque*, *introduco*, *retroversus*: partim corripitur, ut *quandoquidem*, *hodie*, *bardocucullus*.

Hor. in Art. Indignor, *quandoque* bonus dormitat Homerus.

Prop. l. 1. *Quandocumque* igitur vitam mea fata reposcunt.

Virg. Ecl. 3. Dicite, *quandoquidem* in molli consedimus herba.

CAPUT III.

DE INCREMENTO SINGULARI NOMINIS ADMONITIO.

Quoniam quae cap. 3. 4. 5. de incrementis habentur, si per praecepta tradantur e paulo difficiliora sunt; eaque ipsa usu postea facilius addiscuntur, non videntur iis tyrones initio onerandi: nisi ubi praeceptorum generalium, quae 1. et 2. traduntur capite, atque ultimarum syllabarum, quae 6. capite continentur, cognitione optime imbuti fuerint. Quia vero incrementa vel ad primas spectant syllabas, ut *pax*, *pacis*; *das*, *damus*; vel ad medias, ut *liber*, *liberi*; *amas*, *amamus*; ultimarum syllabarum praeceptis naturae ordine praeeunt.

Quid sit incrementum nominum.

Si genitivus singularis par fuerit nominativo syllabarum numero, nullum erit incrementum, ut *musa*, *musae*; *dominus*, *domini*. Sin longior fuerit, tum penultima genitivi incrementum erit, quae in omnibus casibus utriusque numeri semper genitivi quantitatem servat, ut *sermo*, *sermonis*, *sermoni*, *sermonem*, *sermones*, *sermonum*, *sermonibus*, ubique o longum est. Praeter *bubus*, ubi o producitur, quamvis in genitivo singulari corripiatur *bovis*.

Ovid. ep. 3. Non profecturis littora *bobus* aras.

Appendix.

Iter, *supellex*, et composita ex *caput* litteris ps finita duplici augentur incremento, *itineris*, *supellectilis*, *biceps*, *bicipitis*, *triceps*, *tricipitis*, ut diximus l. 1. c. 17. in tertia declinatione.

Incrementum primae, et secundae declinationis.

Casibus obliquis vix crescit prima: secundas
Corripit incrementa; tamen producit Iberi.

A incrementum primae declinationis nullum est, nisi longum apud poetas, ut *aulai*, *pictai*.

Æn. 3. *Aulai* in medio libabant pocula Bacchi.

Æn. 6. AEthereum sensum, atque *aurai* simplicis ignem.

E, *i*, *u* incrementa secundae declinationis corripiuntur, ut *miser*, *miseri*; *vir*, *viri*; *satur*, *saturi*.

AEn. 1. Arma, *virumque* cano, Trojae qui primus ab oris.

Ibid. Non ignara mali *miseris* succurrere disco.

Pers. Sat. 1. Romulidae *saturi* quid dira poemata narrent.

Exceptio.

Iber, *Iberi* penultimam habet longam, et ex eo compositum *celtiber*, *celtiberi*.

Lucan. l. 4. Interea domitis Caesar remeabat *iberis*,

Mart. l. 1. Vir *celtiberis* non tacende gentibur. iambicus est.

Incrementum a tertiae declinationis.

Nominis a cresceus, quod flectit tertia, longum est.
Mascula corripies al, et ar finita; simulque
Par cum compositis; hepar, cum bacchare nectar,
Cum vade mas, et anas: queis junge laremque, jubarque.

A incrementum singulare tertiae declinationis longum est, ut *vectigal*. *Titan*, *pietas*, *pax*, *calcar*, et *Ajax*.

AEn. 7. Pars mihi *pacis* erit, dextram tetigisse tyranni.

AEn. 6. Seu spomantis equi foderet *calcaribus* armos.

Exceptio I in vocibus latinis.

Corripe masculina in *al*, et *ar*, ut *sal*, *Hannibal*, *Amilcar*; *par*, *impar*, *compar*, *dispar*, et cet. sic *lar*, *jubar*: *vas*, *vasis* longum est; *vas vadis* breve; *Nar*, *Naris*, flumen, et *cares* populi primam producunt. Sed *Nar* incerti generis est; *car* in singulari inusitatum, ac proinde non crescit in obliquis.

AEn. 1. Vela dabant laeti, et spumas *salis* aere ruebant.

Sil. l. 8. *Hannibalem*, Fabio ducam spectante, per urbem.

AEn. 5. Pergameumque *larem*, et canae penetralia Vestae.

AEn. 4. It portis, *jubare* exorto, delecta juventus.

Exceptio II in graecis vocibus.

A quoque, et as graecum brevè postulat incrementum:
S quoque finitum, si consona ponitur ante.
Et dropax, anthrax, Atrax cum smilace, climax:
His Atacem, panacem, colacem, styracemque, facemque,
Atque abacem, coracem, phylacem, compostaque necte.

Graeca in *a*, et *as*, ut *poema*, *stemma*, *Pallas*, *adis*, et quae consonantem habent ante s, ut *trabs*, *arabs*; item *dropax*, et reliqua in carmine enumerata incrementa habent brevia.

Juven. Sat. 8. *Stemmata* quid faciunt? quid prodest. Pontice, longo?

AEn. 2. Instar montis equum divina *Palladis* arte.

Ov. Fast. 4. Nam modo thurilegos *arabas*, modo despicit indos.

Id. Met. 4. Et crocon in parvos versum cum *smilace* fleres.

Virg. in Cyr. non *styrace* idaeo flagrantes tincta capillos.

Appendix.

Arctophylacis penultimam, quamvis Manil. l. 1. metri necessitate produxerit, rectius tamen corripies, quia simplex *phylax*, *phylacos* mediam corripit apud graecos. Contra vero mediam *Syphacis* a *Syphax* rectius cum antiquispoetis Propertio, et Ovidio produces, quam cum Claudiano corripies.

Pharnacis mediam corripit Lucan. l. 10. sed ad incrementa non pertinet: dicimus enim in recto non *Pharnax*, sed *Pharnaces*. Cic. Att. l. 11. Sicut nec *Candax*, *Candacis* dicitur, sed *Candace*, *ces* penultima correpta, ex quo accusativus *Candacem*. Plin. l. 6. c. 29.

E incrementum tertiae.

E crescens numero breviabit tertia primo:
Verum protrahitur genitivus in enis, iberque,
Ver, halex, locuples; heres, mercesque, quiesque,
Lex, vervex, halec, seps, plebs, rex: insuper adde
El peregrinum, er, es graecum, aethere, et aere demptis.

E incrementum singulare tertiae declinationis breve est, ut *grex*, *nex*, *degener*, *pulvis*, *funus*, *teres*.

Met. 4. Mille *greges* illi, totidemque armenta per herbas.

Exceptio.

Genitivus *enis* penultimam habet longam, ut *ren*, *renis*; *siren*, *sirenis*.

Item peregrina in *el*, ut *Michael*. Graeca etiam in *er*, et *es*, ut *crater*, *luter*, *soter*, *tapes*, *lebes*, praeter *aer*, *aether*. Producitur quoque *ver*, et *iberes* populi, et reliqua, quae ponuntur in carmine.

Georg. 1. *Vere* novo, gelidus canis cum montibus humor.
AEn. 1. *Crateras* magnos statuunt, et vina coronant.
Ovid. ep. 3. Viginti fulvos operoso ex aere *lebetes*.
Juv. Sat. 1. *Vervecum* in patria, crassoque sub aere nasci.

I, vel y incrementum tertiae.

Corripiet pariter crescens i tertia primo
In numero: at graecum patrium producit in inis:
Gryps, vibex, nesis, lis, dis, glis, addito samnis.

I, vel *y* incrementum singulare tertiae declinationis breve est, ut *stips*, *stipis*, *pollex*, *chlamys*, *chalybs*, *ordo*, *pugil*, *carmen*, *cespes*, *sanguis*.

Ov. Fast. 1. Dic, inquam, parva cur *stipe* quaerat opes.
Georg. 1. At *chalybes* nudi ferrum, virosaque pontus.

Exceptio I inis, vel ynis in graecis.

Genitivus *inis*, vel *ynis*, a nominibus graecis, penultimam producit, ut *delphin*, *Phorcin*, *Salamis*. Item *vibex*, *vibicis*; *glis*, *glitis*; *nesis*, *nesidis*; *gryps*, *gryphis*, *samnis*, *itis*; *lis*, *litis*; *dis*, *ditis*: quibus adde *quirites*.

Ecl. 8. Orpheus in silvis, inter *delphinas* Arion.
AEn. 8. Laomedontiadem Primum *salamina* petentem.
Pers. Sat. 4. Si puteal multa cautus *vibice* flagellas.
AEn. 9. Noctes, atque dies patet atri janua *Ditis*.

Exceptio II icis, vel ycis.

Ix produc, breviato histrix cum fornice, varix,
Coxendix choenixque, cilixque; cilix, natrixque, calixque.
Adde et Eryx, et onix, nix; pixque, salixque, silixque
Cardonychis, calycis, laricis: sit Bebrycis anceps.
Sed brevibus junges in gis cum patrius exit.
Coccyx coccygis; mastix mastigis amabit.

Nomina *ix*, vel *yx* syllaba finita penultimam genitivi habent longam, ut *felix*, *bombyx*, *bombycis*, *perdix*, *coturnix*, *matrix*, *pernix*, *lodix*.

AEn. 3. Vivite *felices*, quibus est fortuna peracta.

Excepito.

Excipitur *histrix*, *fornix*, *cilix*, *varix*, *nix*, *natrix* serpens, *nix*, *nivis*, *calix*, et *calyx*, et cet.

Luc. l. 2. Armenios, *cilicasque* feros, taurosque subegi,

Id. l. 3. Nunc *pice*, nunc liquida rapuere incendia cera.

O incrementum tertiae.

O crescens numero producimus usque priore.
O parvum in graecis brevia, producito magnum.
Corripitur genitivus oris, quem neutra dedere
Nomina; sed produc os, oris. Sit brevis arbor,
Et lepus, et pus compositum: bos, compos, et impos:
Adde his cappadocem, allobrogem cum praecoce, et obs, ops.
Verum produces cercops, hydropsque, cyclopsque.

O incrementum singulare tertiae declinationis in latinis nominibus longum est, ut *sol*, *vox*, *velox*, *celox*, *celocis*, *candor*, *unio*, *sacerdos*, *mando*, *mandonis*.

Ov. Met. 2. Regia *solis* erat sublimibus alta columnis.

Exceptio I.

Graeca in *on*, quae in obliquis habent omicron, corripiuntur; ut *Philemon*, *Palaemon*, *sindon*, *Agamemnon*, *Iason*, *Amazon*. Sic *senones*, *britones*, *lingones*, *teutones*, *vascones*, et alia usu discenda.

AEn. 11. Pulsant, et pictis bellantur *Amazones* armis.

Latini interdum n litteram omittunt, ut *macedo*, *macedonis*, *brito*, *vasco*, *saxo*, *pepo*, *Agamemno*.

Stat. Theb. 11. Conclamant danai, stimulatque *Agamemno* valentes.

Quae vero per omega scribuntur longa sunt, ut *Simon*, *spadon*, *agon*, *Sidon*, *Solon*, *lacon*, *sicyon*, *etc.* Duo variantur, *Orion*, et *AEgon*.

Exceptio II.

Genitivus in *oris* a nominibus graecis, et latinis neutris, praeter *os*, *oris*, penultimam habet brevem, ut *Nestor*,

marmor, *ebur*, *corpus*. His adduntur *memor*, *arbor*, *lepus*, et ex, ποῦς, ποδὸς composita, ut *tripus*. Item *bos*, *compos*, et *impos*.

Ov. Met. 2. Ipse sui *decoris*, qualis cum deficit orbi.
Virg. in epigr. Sic vos non vobis fertis aratra *boves*.

Neutra comparativa sequuntur masculinorum quantitatem, ut *majus*, *majoris*, *minus*, *minoris* penultima longa, sicut *major*, *majoris*; *minor*, *minoris*.

Exceptio III.

Corripiuntur etiam *cappadox*, *allobrox*, *praecox*, et quae consonantem habent ante s, ut *scrobs*, *aethiops*, *Cecrops*, *dolops*, praeter *cyclops*, *cercops*, *hydrops*.

Mart. l. 9. *Cappadocum* saevis Antistius occidis oris.
AEn. 2. Hic *dolopum* manus, hic saevus tendebat Achilles.
Ov. Met. 1. Tela reponuntur manibus fabricata *cyclopum*.
Met. 14. *Cercopum* exosus, gentisque admissa dolosae.

U crescens in tertia.

U brevia incrementa feret; sed casus in udis,
Uris, et utis ab us recto producitur; et fur,
Lux, frux, Sed brevis intercusque, pecusque, ligusque.

U incrementum tertiae declinationis breve est, ut *murmur*, *furfur*, *turtur*, *trux*, *redux*, *dux*, *tradux*.

Georg. 4. Magnanimosque *duces*, totiusque ordine gentis.

Exceptio.

Interrogandi casus *udis*, *uris*, et *utis* a nominibus in *us* penultimam habent longam; ut *palus*, *paludis*: *tellus*, *telluris*; *virtus*, *virtutis*. Item *fur*, *furis* cum ceteris obliquis: *Pollux*, *lux*, et *frugis* a nominativo *frux* inusitato. Corripiuntur vero *intercus*, *cutis*; *pecus*, *pecudis*; *ligur*, *liguris*.

Virg. Ecl. 3. Quid domini facient, audent cum talia *fures*?
Tibul. l. 2. eleg. 1. *Luce* sacra requiescat humus, requiescat arator.

CAPUT IV.

DE INCREMENTO PLURALI NOMINIS.

Penultima genitivi vel dativi pluralis numeri dicitur incrementum plurale, cum uterque casus longior est nominativo ejusdem numeri, ut *musae*, *musarum*; *ambo*, *amborum*, *ambobus*; *qui*, *quorum*, *quibus*; *res*, *rerum*, *rebus*.

A, e, i, o, u,

Pluralis casus si crescit, protrahet a, e,
Atque o: corripies i u: verum excipe bubus.

A, *e*, *o* incrementa multitudinis longa sunt, ut *quarum*, *harum*, *ambabus*: *rerum*, *rebus*; *horum*, *quorum*. Ovid. 4. de Pont. Eleg. 5.

Cum tamen a turba *rerum* requieverit *harum*.

Virg. AEn. 2. At Capys, et *quorum* melior sententia menti.

I, et *u* incrementa multitudinis corripiuntur, ut *quibus*, *tribus*, *montibus*, *lacubus*, *verubus*.

Virg. Ecl. 5. *Montibus* in nostris solus tibi certet Amyntas.

Ov. Fast. 3. Praemia de *lacubus* proxima musta tuis.

Verum *bobus*, seu *bubus* producitur.

CAPUT V.

DE VERBORUM INCREMENTO

Quid sit incrementum verborum.

I. Secunda persona singularis modi indicativi norma est, ad quam verborum incrementa diriguntur: cui si verbum sit aequale, nullum erit incrementum, ut *amat*, *amant*, quia dissyllaba sunt, sicut *amas* (quae norma et regula est incrementorum) nullum habent incrementum. Sin verbum longius sit una syllaba, unum habebit incrementum, ut *amamus*, *amatis*, quorum penultima incrementum est: nam ultima nunquam dicitur incrementum. Si duabus syllabis norma superetur, duo erunt incrementa, ut *amabitis*, *amabimus*, si tribus, tria,

ut *amaveritis*, *amaverimus*: si denique quatuor, totidem erant incrementa, ut *audiebamini*.

II. In verbis deponentibus fingenda est vox activa, ad quam verborum incrementa dirigantur.

III. Ultima syllaba, ut modo diximus, numquam est incrementum, prima vero est, si norma ipsa sit monosyllaba, ut *das*, *fles*, *damus*, *datis*, *dabam*, *dare*, et cetera dissyllaba unum habent incrementum: eodem et modo *flemus*; *fletis*, *flebam*, *flere*, et cet.

Praeceptum I. De incrementis verborum a, et e.

A crescens produc: do incremento excipe primo.
E quoque producunt verba increscentia. Verum
Corripiunt e ante r ternae duo tempora prima:
Sed reris, vel rere datur penultima longis.
Sit brevis e, quando ram, rim, ro adjuncta sequentur;
Et beris, atque bere in verbi breviato futuris.
Corripit interdum steterunt, dederuntque poeta.

A in omni verborum incremento producitur, ut *stabam*, *stares*, *properamus*, *docebamus*, *legebamus*, *audiebamini*, et cet.

Ov. Met. 10. Serius, aut citius metam *properamus* ad unam.

AEn. 2. Trojaque nunc *stares*; Priamique arx alta *maneres*.

Exceptio.

A primum dumtaxat incrementum verbi *do das* corripitur, ut *damus*, *dabunt*, *dabunt dare*: ob quam causam pronunciamus *circumdamus*, *circumdabunt*, *circumdare*; *venumdabo*, *venumdare*, et cet. penultima brevi.

AEn. 2. His lacrimis vitam *damus*, et miserescimus ultro.

AEn. 1. Vela *dabant* laeti, et spumas salis aere ruebant.

Ov. Met. 1. Jussit et ambitae *circumdare* littora terrae.

Redundamus autem, *redundabo*, *redundare*, et cet. longa sunt: non enim a *do*, *das*, *dedi* sunt, sed ab *undo*, *as*, *avi*. Sic etiam *abundare*, *exundare*, *inundare*, et cet.

E in omnibus verborum incrementis producitur, ut *flebam*, *rebar*, *lacereris*, *docerem*, *legerunt*.

Georg. 3. Ascanium; superant montes, et flumina *tranant*.

Tibul. l. 1. Me mea paupertas vitae *traducat* inerti.

II. Si vero e vocali finiatur, fere brevis est, ut *nefas*, *archetypus*, *liquefacio*, *tepefacio*, *tremefacio*, *stupefacio*, *madefacio*.

Juv. Sat. 3. Credebant hoc grande *nefas*.

Georg. 4. Eademque calor *liquefacta* remittit.

Hor. l. 1. Sat. 3. Ferrum *tepefecit* acutum.

III. Excipe *nequis*, *nequa*, *nequod*, *nequam*, *nequitia*, *nequaquam*, *nequidquam*, *nequando*, *videlicet*, *veneficus*, *venefica*.

AEn. 12. *Nequa* meis esto dictis mora. Jupiter hac stat.

Ov. ep. 4. Barbara narratur venisse *venefica* tecum.

VI. *Liquefacio*, *tepefacio* raro producuntur. Ovid. 7. Met. Thura *liqufaciunt*. Sil. l. 1. Ossa *liquefactis*. Catul. de nupt. Pel. Alta *tepefaciet*. Producit quoque Lucr. *expergefacio*, et *patefio* lib 4. *Expergefactique sequuntur*. Causa *patefiat*. *Patefacio* etiam, et *rarefacio* lib. 6. Atque *patefecit*. Id. Et *rarefecit* calido miscente vapore.

V. Si prior pars compositionis in i, vel y desinat, corripitur, ut *omnipotens*, *causidicus*, *siquidem*, *fidicen*, *lyricen*, *tubicen*, *Palinurus*, *Polydorus*.

AEn. 10. Tum Pater *omnipotens*, rerum cui summa potestas.

Mart. l. 5. Carpere *causidicus* fertur mea carmina, qui sit.

Lucan. l. 4. Hoc *siquidem* solo civilis crimine belli.

Hor. Carm. 1. Romanae *fidicen* lyrae. Gliconius est.

AEn. 5. Nudus in ignota, *Palinure*, jacebis arena.

AEn. 3. Nam *Polydorus* ego: hic confixum ferrea texit.

Exceptiones.

VI. I longum habent *ibidem*, *ubique*, *idem* pronomen virile (nam neutrum breve est) *bigae*, *quadrigae*, *siquis*, *siqua s siquod*, *sicubi*, *scilicet*, *ilicet*, *tibicen*, *meliphyllon*, *Trinacria*, *bimus*, *trimus*, *quadrimus*, *tantidem*, *quivis*, *quidam*, *quilibet*, *biduum*, *triduum* ceteraque composita ex die, ut *meridies*, *quotidie*, *pridie*, *postridie*: *quatriduum* corripitur interdum.

Mar. 12. Difficilis, facilis, jucundus, acerbus es *idem*.
Georg. 3. *Sicubi* magna Jovis antiquo robore quercus.
Hor. Art. *Tibicen* traxitque vagus per pulpita vestem.
Georg. 4. Trita *meliphylla*, et cerinthae ignobile gramen.
Mart. l. 2. Si totus tibi *triduo* legatur. Phaleucius est.
Ter Andr. act. 1. Venit Chremes *postridie* ad me clamitans: postri spondaeus est in iambico.

VIII. *Ubicumque* frequentius i habet breve.

Mart. l. 1. Qui tecum cupis esse meos *ubicumque* libellos.
Hor. l. 5. Od. 27. Sis. licet felix *ubicumque* mavis.
Ov. tamen Met. 7. produxit. Servor *ubicumque* est, etc.

VIII. *Ubivis*, *ubilibet* produci solent, quamvis *ubi* ultimam ancipitem habeat Hor. tamen corripuit l. 1. Sat. 4. Non *ubivis*, coramve quibuslibet, et cet. Auson. in Monost. produxit *matricidae* antepenultimam, repugnante analogia, cum *parricida* eamdem corripiat.

Hor. l. 3. Telegoni juga *parricidae*: parri tochaeus est.

IX. *O* in graecis dictionibus priorem compositi partem claudens corripitur, ut *Cymothoe*, *Carpophorus*, *argonauta*, *Leucopetra*.

Mart. l. 1. Saecula *Carpophorum*, Caesar, si prisca tulissent.
Idem lib. 3. Non nautas puto vos, sed *argonautas*. Phaleucius est.

Exceptio.

I. Quae per omega apud graecos scribuntur longa sunt, ut *geometra*, *minotaurus*, *lagopus*: nec plura facile invenies, quibus utantur latini.

AEn. 6. *Minotaurus* inest, Veneris monimenta nefandae.
Mart. l. 7. ep. 86. Si meus aurita gaudet *lagopode* Flaccus.

II. *O* in latinis dictionibus compositis partim producitur, ut *alioquin*, *quandoque*, *quandocumque*, *introduco*, *retroversus*: partim corripitur, ut *quandoquidem*, *hodie*, *bardocucullus*.

Hor. in Art. Indignor, *quandoque* bonus dormitat Homerus.

Prop. l. 1. *Quandocumque* igitur vitam mea fata reposcunt.

Virg. Ecl. 3. Dicite, *quandoquidem* in molli consedimus herba.

CAPUT III.

DE INCREMENTO SINGULARI NOMINIS ADMONITIO.

Quoniam quae cap. 3. 4. 5. de incrementis habentur, si per praecepta tradantur e paulo difficiliora sunt; eaque ipsa usu postea facilius addiscuntur, non videntur iis tyrones initio onerandi: nisi ubi praeceptorum generalium, quae 1. et 2. traduntur capite, atque ultimarum syllabarum, quae 6. capite continentur, cognitione optime imbuti fuerint. Quia vero incrementa vel ad primas spectant syllabas, ut *pax*, *pacis*; *das*, *damus*; vel ad medias, ut *liber*, *liberi*; *amas*, *amamus*; ultimarum syllabarum praeceptis naturae ordine praeeunt.

Quid sit incrementum nominum.

Si genitivus singularis par fuerit nominativo syllabarum numero, nullum erit incrementum, ut *musa*, *musae*; *dominus*, *domini*. Sin longior fuerit, tum penultima genitivi incrementum erit, quae in omnibus casibus utriusque numeri semper genitivi quantitatem servat, ut *sermo*, *sermonis*, *sermoni*, *sermonem*, *sermones*, *sermonum*, *sermonibus*, ubique o longum est. Praeter *bubus*, ubi o producitur, quamvis in genitivo singulari corripiatur *bovis*.

Ovid. ep. 3. Non profecturis littora *bobus* aras.

Appendix.

Iter, *supellex*, et composita ex *caput* litteris ps finita duplici augentur incremento, *itineris*, *supellectilis*, *biceps*, *bicipitis*, *triceps*, *tricipitis*, ut diximus l. 1. c. 17. in tertia declinatione.

Incrementum primae, et secundae declinationis.

Casibus obliquis vix crescit prima: secundas
Corripit incrementa; tamen producit Iberi.

A incrementum primae declinationis nullum est, nisi longum apud poetas, ut *aulai*, *pictai*.

Æn. 3. *Aulai* in medio libabant pocula Bacchi.

Æn. 6. AEthereum sensum, atque *aurai* simplicis ignem.

E, *i*, *u* incrementa secundae declinationis corripiuntur, ut *miser*, *miseri*; *vir*, *viri*; *satur*, *saturi*.

AEn. 1. Arma, *virumque* cano, Trojae qui primus ab oris.

Ibid. Non ignara mali *miseris* succurrere disco.

Pers. Sat. 1. Romulidae *saturi* quid dira poemata narrent.

Exceptio.

Iber, *Iberi* penultimam habet longam, et ex eo compositum *celtiber*, *celtiberi*.

Lucan. l. 4. Interea domitis Caesar remeabat *iberis*,

Mart. l. 1. Vir *celtiberis* non tacende gentibur. iambicus est.

Incrementum a tertiae declinationis.

Nominis a cresceus, quod flectit tertia, longum est.
Mascula corripies al, et ar finita; simulque
Par cum compositis; hepar, cum bacchare nectar,
Cum vade mas, et anas: queis junge laremque, jubarque.

A incrementum singulare tertiae declinationis longum est, ut *vectigal*. *Titan*, *pietas*, *pax*, *calcar*, et *Ajax*.

AEn. 7. Pars mihi *pacis* erit, dextram tetigisse tyranni.

AEn. 6. Seu spomantis equi foderet *calcaribus* armos.

Exceptio 1 in vocibus latinis.

Corripe masculina in *al*, et *ar*, ut *sal*, *Hannibal*, *Amilcar*; *par*, *impar*, *compar*, *dispar*, et cet. sic *lar*, *jubar*: *vas*, *vasis* longum est; *vas vadis* breve; *Nar*, *Naris*, flumen, et *cares* populi primam producunt. Sed *Nar* incerti generis est; *car* in singulari inusitatum, ac proinde non crescit in obliquis.

AEn. 1. Vela dabant laeti, et spumas *salis* aere ruebant.

Sil. l. 8. *Hannibalem*, Fabio ducam spectante, per urbem.

AEn. 5. Pergameumque *larem*, et canae penetralia Vestae.

AEn. 4. It portis, *jubare* exorto, delecta juventus.

Exceptio II in graecis vocibus.

A quoque, et as graecum brevè postulat incrementum:
S quoque finitum, si consona ponitur ante.
Et dropax, anthrax, Atrax cum smilace, climax;
His Atacem, panacem, colacem, styracemque, facemque,
Atque abacem, coracem, phylacem, compostaque necte.

Graeca in *a*, et *as*, ut *poema*, *stemma*, *Pallas*, *adis*, et quae consonantem habent ante s, ut *trabs*, *arabs*; item *dropax*, et reliqua in carmine enumerata incrementa habent brevia.

Juven. Sat. 8. *Stemmata* quid faciunt? quid prodest. Pontice, longo?

AEn. 2. Instar montis equum divina *Palladis* arte.

Ov. Fast. 4. Nam modo thurilegos *arabas*, modo despicit indos.

Id. Met. 4. Et crocon in parvos versum cum *smilace* fleres.

Virg. in Cyr. non *styrace* idaeo flagrantes tincta capillos.

Appendix.

Arctophylacis penultimam, quamvis Manil. l. 1. metri necessitate produxerit, rectius tamen corripies, quia simplex *phylax*, *phylacos* mediam corripit apud graecos. Contra vero mediam *Syphacis* a *Syphax* rectius cum antiquis poetis Propertio, et Ovidio produces, quam cum Claudiano corripies.

Pharnacis mediam corripit Lucan. l. 10. sed ad incrementa non pertinet: dicimus enim in recto non *Pharnax*, sed *Pharnaces*. Cic. Att. l. 11. Sicut nec *Candax*, *Candacis* dicitur, sed *Canduce*, *ces* penultima correpta, ex quo accusativus *Candacem*. Plin. l. 6. c. 29.

E incrementum tertiae.

E crescens numero breviabit tertia primo:
Verum protrahitur genitivus in enis, iberque,
Ver, halex, locuples; heres, mercesque, quiesque,
Lex, vervex, halec, seps, plebs, rex: insuper adde
El peregrinum, er, es graecum, aethere, et aere demptis.

E incrementum singulare tertiae declinationis breve est, ut *grex*, *nex*, *degener*, *pulvis*, *funus*, *teres*.

Met. 4. Mille *greges* illi, totidemque armenta per herbas.

Exceptio.

Genitivus *enis* penultimam habet longam, ut *ren*, *renis*; *siren*, *sirenis*.

Item peregrina in *el*, ut *Michael*. Graeca etiam in *er*, et *es*, ut *crater*, *luter*, *soter*, *tapes*, *lebes*, praeter *aer*, *aether*. Producitur quoque *ver*, et *iberes* populi, et reliqua, quae ponuntur in carmine.

Georg. 1. *Vere* novo, gelidus canis cum montibus humor.
AEn. 1. *Crateras* magnos statuunt, et vina coronant.
Ovid. ep. 3. Viginti fulvos operoso ex aere *lebetes*.
Juv. Sat. 1. *Vervecum* in patria, crassoque sub aere nasci.

I, vel y incrementum tertiae.

Corripiet pariter crescens i tertia primo
In numero: at graecum patrium producit in inis:
Gryps, vibex, nesis, lis, dis, glis, addito samnis.

I, vel *y* incrementum singulare tertiae declinationis breve est, ut *stips*, *stipis*, *pollex*, *chlamys*, *chalybs*, *ordo*, *pugil*, *carmen*, *cespes*, *sanguis*.

Ov. Fast. 1. Dic, inquam, parva cur *stipe* quaerat opes.
Georg. 1. At *chalybes* nudi ferrum, virosaque pontus.

Exceptio I inis, vel ynis in graecis.

Genitivus *inis*, vel *ynis*, a nominibus graecis, penultimam producit, ut *delphin*, *Phorcin*, *Salamis*. Item *vibex*, *vibicis*; *glis*, *glitis*; *nesis*, *nesidis*; *gryps*, *gryphis*, *samnis*, *itis*; *lis*, *litis*; *dis*, *ditis*: quibus adde *quirites*.

Ecl. 8. Orpheus in silvis, inter *delphinas* Arion.
AEn. 8. Laomedontiadem Primum *salamina* petentem.
Pers. Sat. 4. Si puteal multa cautus *vibice* flagellas.
AEn. 9. Noctes, atque dies patet atri janua *Ditis*.

Exceptio II icis, vel ycis.

Ix produc, breviato histrix cum fornice, varix,
Coxendix choenixque, cilixque; cilix, natrixque, calixque.
Adde et Eryx, et onix, nix; pixque, salixque, silixque
Cardonychis, calycis, laricis: sit Bebrycis anceps.
Sed brevibus junges in gis cum patrius exit.
Coccyx coccygis; mastix mastigis amabit.

Nomina *ix*, vel *yx* syllaba finita penultimam genitivi habent longam, ut *felix*, *bombyx*, *bombycis*, *perdix*, *coturnix*, *matrix*, *pernix*, *lodix*.

AEn. 3. Vivite *felices*, quibus est fortuna peracta.

Excepito.

Excipitur *histrix*, *fornix*, *cilix*, *varix*, *nix*, *natrix* serpens, *nix*, *nivis*, *calix*, et *calyx*, et cet.

Luc. l. 2. Armenios, *cilicasque* feros, taurosque subegi,
Id. l. 3. Nunc *pice*, nunc liquida rapuere incendia cera.

O incrementum tertiae.

O crescens numero producimus usque priore.
O parvum in graecis brevia, producito magnum.
Corripitur genitivus oris, quem neutra dedere
Nomina; sed produc os, oris. Sit brevis arbor,
Et lepus, et pus compositum: bos, compos, et impos:
Adde his cappadocem, allobrogem cum praecoce, et obs, ops.
Verum produces cercops, hydropsque, cyclopsque.

O incrementnm singulare tertiae declinationis in latinis nominibus longum est, ut *sol*, *vox*, *velox*, *celox*, *celocis*, *candor*, *unio*, *sacerdos*, *mando*, *mandonis*.

Ov. Met. 2. Regia *solis* erat sublimibus alta columnis.

Exceptio I.

Graeca in *on*, quae in obliquis habent omicron, corripiuntur; ut *Philemon*, *Palaemon*, *sindon*, *Agamemnon*, *Iason*, *Amazon*. Sic *senones*, *britones*, *lingones*, *teutones*, *vascones*, et alia usu discenda.

AEn. 11. Pulsant, et pictis bellantur *Amazones* armis.

Latini interdum n litteram omittunt, ut *macedo*, *macedonis*, *brito*, *vasco*, *saxo*, *pepo*, *Agamemno*.

Stat. Theb. 11. Conclamant danai, stimulatque *Agamemno* valentes.

Quae vero per omega scribuntur longa sunt, ut *Simon*, *spadon*, *agon*, *Sidon*, *Solon*, *lacon*, *sicyon*, *etc.* Duo variantur, *Orion*, et *AEgon*.

Exceptio II.

Genitivus in *oris* a nominibus graecis, et latinis neutris, praeter *os*, *oris*, penultimam habet brevem, ut *Nestor*,

marmor, *ebur*, *corpus*. His adduntur *memor*, *arbor*, *lepus*, et ex, πους, ποδὸς composita, ut *tripus*. Item *bos*, *compos*, et *impos*.

Ov. Met. 2. Ipse sui *decoris*, qualis cum deficit orbi.

Virg. in epigr. Sic vos non vobis fertis aratra *boves*.

Neutra comparativa sequuntur masculinorum quantitatem, ut *majus*, *majoris*, *minus*, *minoris* penultima longa, sicut *major*, *majoris*; *minor*, *minoris*.

Exceptio III.

Corripiuntur etiam *cappadox*, *allobrox*, *praecox*, et quae consonantem habent ante s, ut *scrobs*, *aethiops*, *Cecrops*, *dolops*, praeter *cyclops*, *cercops*, *hydrops*.

Mart. l. 9. *Cappadocum* saevis Antistius occidis oris.

AEn. 2. Hic *dolopum* manus, hic saevus tendebat Achilles.

Ov. Met. 1. Tela reponuntur manibus fabricata *cyclopum*.

Met. 14. *Cercopum* exosus, gentisque admissa dolosae.

U crescens in tertia.

U brevia incrementa feret; sed casus in udis,
Uris, et utis ab us recto producitur: et fur,
Lux, frux, Sed brevis intercusque, pecusque, ligusque.

U incrementum tertiae declinationis breve est, ut *murmur*, *furfur*, *turtur*, *trux*, *redux*, *dux*, *tradux*.

Georg. 4. Magnanimosque *duces*, totiusque ordine gentis.

Exceptio.

Interrogandi casus *udis*, *uris*, et *utis* a nominibus in us penultimam habent longam; ut *palus*, *paludis*: *tellus*, *telluris*; *virtus*, *virtutis*. Item *fur*, *furis* cum ceteris obliquis: *Pollux*, *lux*, et *frugis* a nominativo *frux* inusitato. Corripiuntur vero *intercus*, *cutis*; *pecus*, *pecudis*; *ligur*, *liguris*.

Virg. Ecl. 3. Quid domini facient, audent cum talia *fures*?

Tibul. l. 2. eleg. 1. *Luce* sacra requiescat humus, requiescat arator.

ut *amaveritis*, *amaverimus*: si denique quatuor, totidem erant incrementa, ut *audiebamini*.

II. In verbis deponentibus fingenda est vox activa, ad quam verborum incrementa dirigantur.

III. Ultima syllaba, ut modo diximus, numquam est incrementum, prima vero est, si norma ipsa sit monosyllaba, ut *das*, *fles*, *damus*, *datis*, *dabam*, *dare*, et cetera dissyllaba unum habent incrementum: eodem et modo *flemus*, *fletis*, *flebam*, *flere*, et cet.

Praeceptum I. De incrementis verborum a, et e.

A crescens produc: do incremento excipe primo.
E quoque producunt verba increscentia. Verum
Corripiunt e ante r ternae duo tempora prima:
Sed reris, vel rere datur penultima longis.
Sit brevis e, quando ram, rim, ro adjuncta sequentur;
Et beris, atque bere in verbi breviato futuris.
Corripit interdum steterunt, dederuntque poeta.

A in omni verborum incremento producitur, ut *stabam*, *stares*, *properamus*, *docebamus*, *legebamus*, *audiebamini*, et cet.

Ov. Met. 10. Serius, aut citius metam *properamus* ad unam.

AEn. 2. Trojaque nunc *stares*; Priamique arx alta *maneres*.

Exceptio.

A primum dumtaxat incrementum verbi *do das* corripitur, ut *damus*, *dabunt*, *dabunt dare*: ob quam causam pronunciamus *circumdamus*, *circumdabunt*, *circumdare*; *venumdabo*, *venumdare*, et cet. penultima brevi.

AEn. 2. His lacrimis vitam *damus*, et miserescimus ultro.

AEn. 1. Vela *dabant* laeti, et spumas salis aere ruebant.

Ov. Met. 1. Jussit et ambitae *circumdare* littora terrae.

Redundamus autem, *redundabo*, *redundare*, et cet. longa sunt: non enim a *do*, *das*, *dedi* sunt, sed ab *undo*, *as*, *avi*. Sic etiam *abundare*, *exundare*, *inundare*, et cet.

E in omnibus verborum incrementis producitur, ut *flebam*, *rebar*, *lacereris*, *docerem*, *legerunt*.

Ov. Fast. 1. *Flebat* Aristaeus, quod apes cum stirpe necatas.

AEn.6. Sic quidem *ducebam* animo, *rebarque* futurum.

Mar. l. 1. Daedale, lucano cum sic *lacereris* ab urso.

Exceptio I.

E ante *r* breve est in primo incremento presentis et imperfecti tertiae conjugationis, ut *cognoscerem legerem*, *legeremus*, *legeris*, vel *legere* praesens pass. *Reris* tamen, vel *rere* producitur, ut *loquereris*, *prosequerere*, et cet.

Ov. Tr. 1. Ut neque *respiceres*, neque *solarere* jacentem,
Dure, nec ex quias *prosequerere* meas?

Mart. l. 1. ep. 65. Illud, laurigeros *ageres* cum laeta triumphos.
Hoc tibi, Roma, caput, cum *loquereris* erat.

Exceptio II.

E ante *ram*, *rim*, *ro* corripitur, ut *amaveram*, *amaverim*, *amavero*; *feceram*, *fecerim*, *fecero*.

De ceteris personis idem esto judicium: *amaveris*, *amaverit*, *amaverimus*, *fecerimus*, *feceritis*.

Met. 3. *Fecerat* exiguas jam sol altissimus umbras.

Exceptio III.

Beris, et *bere* semper corripitur, ut *celebraberis*, vel *celebrabere*; *mordeberis*, vel *mordebere*.

AEn.8. Semper honore meo, semper *celebrabere* donis.

Ovid. Trist. 1. Tu cave defendas, quamvis *mordebere* dictis.

Appendix.

Poetae in praeterito indicativi e litteram ante *runt* syllabam pro suo jure interdum corripiunt.

AEn.3. Obstupui, *steteruntque* comae, et vox faucibus haesit.

Tibul. l. 2. Nec cithara, intonsae *profueruntve* comae.

Ne tamen putent novi poetae idem passim sibi licere, in brevi praesertim poemate.

Praeceptum II. De incrementis verborum i, o, et u.

Corripit i crescens verbum; producitur ivi
Praeteritum: sed imus breviatur; deme velimus,
Nolimus, simus, quaeque hinc composita dabuntur:
Et quodvis quartae incrementum i protahe primum,
Ri conjunctivi possunt variare poetae.
O incrementum produc: u corripe semper.
Cuncta sed u longum reddent ubi verba futuri.

I in quovis verborum incremento corripitur, ut *linquimus*, *inquimus*, *amabimus*, *audiebamini*.

AEn.3. *Linquimus* Ortigiae portus, pelagoque volamus.
Hor.l.1. Sat.3. Communi sensu plane caret *inquimus*, eheu.

Exceptio.

Penultima praeteriti in *ivi* longa est, ut *petivi*. Et primum incrementum quartae conjugationi, ut *audivimus*, *audite*, *audirem*. Sic *venimus*, *reperimus* praesentis temporis. Sic *imus*, *ibam*, *ibo*, *ito*, et composita. Corripitur tamen secundum incrementum, ut *audivimus*; et tertium, ut *audiveritis*.

AEn. 2. Cessi, et sublato montem genitore *petivi*.
AEn. 6. Tu ne cede malis, sed contra audentior *ito*.
AEn. 3. Jungimus hospitio dextras, et tecta *subimus*.

Haec etiam i longum habent: *nolito*, *nolite*, *nolimus*, *nolitis*, *velimus*, *velitis*; *simus*, *sitis*, et composita, ut *possimus*, *adsimus*, *prosimus*, *obsimus*, *desimus*, et cet.

Ov. Met. 1. Et documenta damus, qua *simus* origine nati.
De pont. 4. Si quis, ut in populo, qui *sitis*, et unde requirat.

Appendix I.

Imus in praeterito penultimam corripit, ut *venimus*, *reperimus*, *comperimus*.

AEn. 1. Non nos aut ferro lybicos populare penates
Venimus, aut raptas ad littora vertere praedas.

Appendix II.

Tempora conjunctivi modi syllabis *rimus*, et *ritis* finita habeantne penultimam brevem, an longam, etiam

veteres *Grammatici certant, et adhuc sub judice lis est.* Diomedes enim docet praeteritum breve esse, futurum vero longum, Probus utrumque longum esse affirmat. Quare, cum versus facies, poetas optimos imitaberis, qui ri syllabam conjunctivi modo corripiunt, modo producunt, prout versus postulat. Sin tibi aliquid recitandum erit, ne sermonem des auditoribus, regionis consuetudini servies.

O in verborum incrementis semper producitur, ut *facitote.*

Ovid. Metam. 9. Cumque loqui poterit, matrem *facitote* salutet.

U in verborum incrementis ubique corripitur, ut *sumus, possumus, volumus.*

Hor. ep. 1. Nos numerus *sumus*, et fruges consumere nati.

Ibid. Si patriae *volumus*, si nobis vivere cari.

Ab hac regula excipiuntur futura infiniti in urum: ut futurum, amaturum, docturum.

CAPUT VI.
DE ULTIMIS SYLLABIS

Syllabae, quae ultimum locum tenent, pertim positione, ut *prudens, praecox*; partim diphthongo, ut *musae*; partim privatis praeceptionibus cognoscuntur, de quibus nunc agendum est.

A in fine.

A finita dato longis, ita, postea deme,
Eia, quia, et casus omnes; sed protrahe sextum.
Productis graecos casus adiunge vocandi.

A finita longa sunt, ut *memora, contra, ultra, antea, frustra, triginta, quadraginta*; quamquam haec numeralia correpta reperiuntur interdum.

AEn. 1. Musa, mihi causas *memora*, quo numine laeso,

AEn. 3. *Triginta* capitum fetus enixa jacebit.

Juven. Sat. 2. *Ultra* sauromatas fugere hinc libet, et glacialem.

Corripe *eja, postea, quia, ita.*

Item casus omnes in *a*, ut *anchora, vela*; praeter ablativos, ut de *prora*; et vocativos graecos ab *as* sive

primae, ut o *AEnea*; sive tertiae, quorum genitivus in *antis*, ut o *Atla*, *Calcha*, *Palla*.

AEn. 11. Non *ita* me experti Bitias, et Pandarus ingens.
AEn. 3. *Anchora* de *prora* jacitur, stant littore puppes.
Ibid. Quid miserum, *AEnea*, laceras? jam parce sepulto,
AEn. 11. Non haec, o *Palla*, dederas *promissa* parenti.
Ov. Met. 4. Tempus, *Atla*, veniet, *tua* quo spoliabitur auro.

E in fine.

Corripe e: sed primae, quintaeque vocabula produc,
Atque fame, cete, tempe, fermeque, fereque.
Adde doce, similemque modum, et monosyllaba; praeter
Encliticas, ac syllabicas: nec non (male dempto,
Ac bene) produces adverbia cuncta secundae.

E littera finita corripiuntur, ut *male*, *fuge*, *pone*, *poene*, *nempe*.

AEn. 2. Heu *fuge*, *nate* Dea; teque his, ait, *eripe* flammis.
Ecl. 9. *Poene* simul tecum solatia rapta, Menalca.

Exceptio I.

Producuntur nomina primae, et quintae declinationis, ut *Anchisiades*, o *Anchisiade*; *Calliope*, *re*, *die*, et quae inde oriuntur, ut *quare*, *hodie*: quibus adde *fame*, *cete*, *tempe*, *ferme*, *fere*, *ohe*.

AEn. 6. Tros *Anchisiade*, facilis descensus Averni.
Mart. l. 10. Non venias *quare* tam longo tempore Romam.
AEn. 6. Objicit: ille *fame* rabida tria guttura pandens.
Juv. Sat. 6. Nulla *fere* causa est, in qua non foemina litem.
Id. Sat. 1. Mobilis, et varia est *ferme* natura malorum.
Mart. l. 4. *Ohe*, jam satis est, *ohe* libelle. Phaleucius est.

Exceptio II.

Item verba imperativi modi numeri singularis secundae conjugationis, ut *vide*, *habe*.

AEn. 7. Tu vatem, tu Diva *mone*: dicam horrida bella.
Mart. l. 10. Quae tua sunt tibi *habe*, quae mea redde mihi

Hor. Epod. 6. *Cave*, *cave*, namque in malos asperrimus. Senarius est.

Cave tamen saepius corripitur.

Hor. epist. 1. Vade, vide, *cave*, ne titubes, mandataque frangas.

Trist. 1. Tu *cave* defendas, quamvis mordebere dictis.

Corripiuntur interdum *vide*, *vale*, *responde*.

Pers. Auriculas, *vide* sis ne majorum tibi forte.

Ov. Trist. 1. Idque, quod ignoti faciunt, *vale* dicere saltem.

Mart. l. 3. ep. 4. Si quando veniet, dicet *responde* poeta.

Hinc et apud Manil. reperies *respondere* penult. corr.

Lib. 5. Sic etiam magno quaedam *respondere* mundo.

Sed haec jamdiu desita sunt usurpari. Multa quippe secundae conjugationis verba olim erant tertiae. Nonius verbo *fervit*.

Ter. Adel. act. 4. Cum *fervit* maxime.

AEn. 8. *Fervere* Leucaten, auroque *effulgere* fluctus.

Exceptio III.

Sunt etiam longa monosyllaba, ut *me*, *te*, *se*, exceptis conjunctionibus encliticis, *que*, *ne*, *ve*, quae *et*, *an*, *vel* significant, et syllabicis adjectionibus *pte*, *ce*, *te*: *suapte*, *hisce*, *tute*.

AEn. 1. *Tantane* vos generis tenuit fiducia vestri?

AEn. 6. O virgo, nova mi facies, *inopinave* surgit.

Hor. l. 1. Sat. *Hiscene* versiculis speras tibi posse dolores.

Lucr. l. 1. Accipe praeterea, quae corpora *tute* necesse est.

Exceptio IV.

Longa praeterea sunt adverbia a nominibus secundae declinationis profecta, ut *placide*, *valde*, *minime*; praeter *bene* et *male*; et apud Lucret. *superne*, *inferne*.

Mart. l. 9. Excipe sollicitos *placide* mea dona libellos.

Id. l. 2. Nil *bene* cum facias, facis attamen omnia belle.

Hor. in Art. Et *male* tornatos incudi reddere versus.

Lucr. l. 6. Tecta *superne* timent, metuunt *inferne* cavernas.

Ibid. Terra *superne* tremit magnis concussa ruinis.
Ibid. Ducere forte Deos manes *inferne* reamur.

Appendix.

Adjectiva tertiae declinationis, cum in adverbia transeunt, ultimam habent brevem, ut *sublime*, *suave*, *dulce*, *facile*, *difficile*.

Virg. Ecl. 9. Cantantes *sublime* ferent ad sidera cycni.
Ecl. 4. Ipse sed in pratis aries jam *suave* rubenti.

I in fine.

I produc; brevia nisi cum quasi, graecaque quintae.
Jure mihi variare, tibique, sibique solemus.
Corripies ibi, u[illegible]elius, dissyllabon et cui.

I vocali terminata longa sunt, ut *classi*, *fieri*.

AEn. 6. Sic fatur lacrimans, *classique* immittit habenas.
Mart. 8. Quam vellem *fieri* meus libellus. Phaleucius est.

Exceptio I.

Corripe *nisi*, *quasi*, et graeca quintae declinationis, quae in *i*, vel *y* exeunt, ut *Palladi*, *Daphni*, *moly*.

Ov. Pon. l. 4. Quid *nisi*, pierides, solatia frigida restant?
Stat. Achil. 1. *Palladi* littoreae celebrabat Scyros honorem.
Catul. Morte ferox Theseus qualem *Minoidi* luctum.
Idem. Luce autem canae *Tetyi* restituor.
Ecl. 9. Insere, *Daphni*, pyros, carpent tua poma nepotes.
Hor. 4. Od. 3. Dulcem quae strepitum, *Pieri*, temperas. Asclep. est.
Tibul. l. 3. Sic cecinit pro te doctus, *Minoi*, Catullus.
Ecl. 1. Mirabar, quid moesta Deos, *Amarylli*, vocares.

Pyladi autem, *Oresti*, et alia, quae veniunt a prima graecorum, producuntur.

Mart. 10. Teque putas *Pyladi*, Calliodore, parem.

Exceptio II.

Mihi, *tibi*, *sibi* ultimam habent communem.

Ibi, *ubi*, *cui*, cum dissyllabum est, frequentius corripiuntur: sic compositum *sicubi*.

Georg. 3. *Sicubi* magna Jovis antiquo robore quercus.

AEn. 5. Post *mihi* non simili poena commissa luetis.
Ecl. 10. Extremum hunc, Arethusa, *mihi* concede laborem.
Mart. l. 1. Sed norunt *cui* serviunt Icones. Phaleucius est.

O in fine.

O datur ambiguis; graeca, et monosyllaba longis,
Ergo pro causa, ternus, sextusque secundae;
Atque adeo, atque ideo, atque adverbia nomina nata.
Sed cito corripies modoque, et scio, nescio, et imo,
Et duo. Sit varium sero, et conjunctio vero.

O finita ambigua sunt, ut *ambo*, *quando*, *opto*, *nolo*, *eo*, *queo*, *vigilando*: quamquam gerundia rectius producuntur.

Mart. l. 2. ep. 45. *Nolo* boletos, ostrea *nolo*, tace.
Id. l. 4. ep. 90. *Pondero*, *poto*, *cano*, *ludo*, *lavo*, *coeno*, *quiesco*.
Juv. Sat. 3. Plurimus hic aeger moritur *vigilando*; sed illum.
Luc. l. 3. *Audendo* magnus tegitur timor, arma capessam.

Exceptio I.

I. Excipe monosyllaba, ut *o*, *do*, *sto*; dativos, et ablativos, ut *somno*, *tuo*, quae longa sunt: et graeca quae habent omega, ut *Androgeo*, *Atho*, *Clio*, *Alecto*, *Erato*, *Dido*; et similia, de quibus lib. 1. cap. 17. in 3. declin.

AEn. 2, *O* lux Dardaniae, spes *o* fidissima teucrûm.
Ibid. Invadunt urbem *somno vinoque* sepultam.
AEn. 7. *Alecto* torvam faciem, et furialia membra.

II. *Ergo* pro causa semper producitur, auctore Probo. *Ergo* conjunctio, *porro*, et *ideo*, quae passim producta leges, corripiuntur interdum.

Juv. Sat. 5. *Ergo* Deus quicumque aspexit, ridet, et odit.
Id. Sat. 2. Vester *porro* labor, fecundior historiarum.
Mart. l. 1. An *ideo* tantum veneras, ut exires?
Secundus pes jambus in scazonte.

Exceptio II.

I. Longa sunt adverbia e nominibus orta, ut *subito*, *merito*, *multo*, *adeo*, *crebro*; etiam *sedulo*, *mutuo*, *profecto*, quamvis quidam variari putent.

AEn. 1. Eripiunt *subito* nubes caelumque, diemque.

Luc. l. 8. Huc illuc jactatur aquis: *adeone* molesta.

Georg. 3. *Crebra* ferit, demissae aures, et cet. *crebra* dixit pro *crebro*, quod longum erat.

II. *Sero*, et *vero* variantur.

Tibul. l. 1. Heu *sero* revocatur amor, *seroque* juventa.

Stat. 1. Theb. *Sero* memor thalami; moestae solatia morti.

Mart. l. 5. ep. 68. *Sero* dedit poenas; discerpi noxia mater.

Georg. 2. Me *vero* primum dulces ante omnia musae.

Valer. Flac. 5. Quod petimus; sin *vero* preces, et dicta superbus.

Hoc postremum vix imitabor. Multo minus *postrèmo* corripiam: quod enim apud Juv. Sat. 2. legitur: Et Scauros, et Fabricios *postremo* Severos; codices antiqui legunt *rigidosque Severos.*

III. Corripiuntur *modo*, et composita *quomodo*, *postmodo*, *dummodo*: item *cito*, *immo*.

Mart. l. 5. Tam *subito* corvus, qui *modo* cycnus eras?

Id. l. 1. Quidquid habent amnes, accipe, *quomodo* das.

Il. l. 5. Alcide *cito* dii, sed tibi *sero* dabunt.

Id. l. 6. Non habet *ergo* aliud, non habet *immo* suum.

IV. Haec quatuor, *scio*, *nescio*, *duo*, et *ego* semper corripi Servius auctor est. 1. AEneid. cui alii adstipulantur.

AEn. 3. Hoc sat erit: *scio*, me danais e classibus unum.

Ecl. 3. *Nescio* quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

Ibid. Et nobis idem Alcimedon *duo* pocula fecit.

Ibid. Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum.

V. *Duo*, et *ego* producuntur interdum caesurae beneficio; monendi pueri, ut semper corripiant.

Ecl. 5. Ecce duas tibi, Daphni, *duoque* altaria Phoebo.

SCHOLION.

Illud minime praeterendum, non solum dativos et ablativos, sed nullum plane nominis casum in o, praeter

ego, et *duo*; nullam verbi vocem, praeter *scio*, et *nescio*, apud antiquiores poetas, ut Lucretium, et Virgilium, correptam reperiri. Quod advertit Sosipater lib. 1. cap. 2. qui addit *scio* etiam, et *nescio* apud eosdem produci, duabus syllabis in unam per synaeresim contractis, de qua cap. 11. Sic dici posset in his: AEneid. 9. *Spondeo* digna tuis, et cet. et Georg. 4. *Stellio* lucifugis, et cet. (quibus tantum locis *o* finale nominum, aut verborum apud Virgilium videtur corripi) primos pedes spondaeos esse synaeresi (cum praesertim, teste Pierio, in omnibus codicibus legatur *Stellio* et lucifugis) atque illud Lucret. 6. Verum esse ex genere hoc aliquid, quod *concio* credat, esse spondaicum. Idipsum in odis, et epistolis servat Horatius. Certe e posterioribus praestantiores poetae, quamvis in ea re minus religiosi fuerint, fuere tamen *o* in fine corripiendo parciores: quod qui elegantiae student studeant imitari.

U, b, d, t in fine.

U semper produc; b, d, t corripe semper.

U finita longa sunt, ut *manu*, *cornu*, *Panthu*.

AEn. 2. Tela *manu* miseri jactabant irrita teucri.

Ov. Met. 11. Nec mora, curvavit *cornu*, nervoque sagittam.

AEn. 2. Quo res summa loco, *Panthu*? quam prendimus arcem?

I. *B*, *d*, *t*, litteris terminata corripiuntur, ut *ab*, *quid*, *audit*.

Virg. AEn. 3. Tum pater AEneas puppi sic fatur *ab* alta.

AEn. 2. *Quidquid id* est, timeo danaos, et dona ferentes.

AEn. 7. *Audiit* et Triviae longe lacus, *audiit* amnis.

Lucr. l. 4. *Tutemet* in culpa cum sis, nec cernere possis.

II. *Obiit*, *petiit*, et similia trisyllaba semper brevia sunt. Eadem per synaeresim facta dissyllaba *obit*, *petit* produci verisimilius est; quia duae vocales in unam contrahuntur.

Juv. Sat. 5. Magnus civis *obit*, et formidatus Othoni.

Lucret. l. 1. Virtutem *irritat* animi, confringere ut arcta

Id. l. 4. Ater *init* oculos prior, et possedit apertos.

Id. l. 6. *Disturbat* urbes et terraemotus obortus.

AEn. 6. Sceptra palatini, sedemque *petit* Evandri.

Spondaicus est. Quibus locis praeteritum est pro *obiit*, *irritavit*, *iniit*, *disturbavit*, *petiit*, ut AEn. 3. *fumat* neptunia Troja, pro *fumavit* auctore Probo. Verum AEn. 2. videtur corripi. Hectore, qui *redit* exuvias indutus Achillis, pro *rediit*.

C, l, m in fine.

C longum est; varium hic pronomen: corripe donec,
Et nec; fac pariter malunt breviare poetae.
Corripe l; at produc sal, sol, nil, multaque hebraea.
M vorat ecthlipsis: prisci breviare solebant.

C littera finita longa sunt, ut *sic*, *hoc*, *hic* adverbium.

Virg. AEn. 3. *Sic* oculos, *sic* ille manus, *sic* ora ferebat.

AEn. 2. Classibus hic locus, *hic* acies certare solebant.

Exceptio.

Corripe *nec*, *donec*. *Hic* pronomen virile est anceps; *fac* tutius corripitur.

Ov. Trist. 1. Parve, *nec* invideo, sine me liber ibis in urbem.

AEn. 6. Hic vir, *hic* est tibi quem promitti saepius audis.

AEn. 9. Est *hic*, est animus lucis contemptor, et istum.

Ovid. Ep. Phylli, *fac* expectes Demophoonta tuum.

Ovid. 1. de Art. Hos *fac* armenios: *haec* est danaeia Persis.

Mart. l. 5. Signa rarius: aut semel *fac* illud. Phaleucius est.

Appendix.

Nullum latinum vocabulum f littera terminatur.

At in g *Magog* peregrina vox per ω scribitur, et longa est. In h *Joseph* pariter longa, quia per graecum γ scribitur. Tum ejusmodi voces *Achab*, *David*

Loth, *Magog*, *Joseph* ad latinam flexionem traduces, Achabus, etc. Longae sunt etiam *vah*, et *ah*, utpote particulae indeclinabiles in a.

L finita brevia sunt, ut *Asdrubal*, *semel*, *vigil*, *simul*, *nihil*.

Sil. l. 7. Vertit terga citus damnatis *Asdrubal* ausis.
Hor. ep. 1. Quo *semel* est imbuta, recens servabit odorem.
Pers. Sat. 1. De nihilo *nihil* in nihilum nil posse reverti.

Exceptio.

Sal, *sol*, *nil* contractum a *nihil* longa sunt. Item pleraque peregrina, ut *Nabal*, *Daniel*, *Saul*; quamquam *Baal*, et *Michol* rectius corripiuntur.

Stat. Syl. 4. Non *sal*, oxyporumve, caseusve.
Ov. Met. 2. Ulterius spatium medio *sol* altus habebat.
Mart. l. 10. *Nil* aliud video, quo te credamus amicum.

M finita olim corripiebantur, neque a sequente vocali ut jam fit, excipiebantur.

Enn. Annal. 10. Insignita fere tum millia *militum* octo.
Lucr. 1. *Corporum* augebit numerum, summamque sequetur.
Id. l. 2. Nam quod *fluvidum* est, e levibus, atque rotundis.
Id. l. 6. Semina, seque simul *cum* eo commiscuit ignis.

Hoc etiam nunc servatur in compositis verbis.

Juv. Quo te *circumagas?* quae prima, aut ultima ponas?

Posteri, sequente vocali, m litteram cum praecedente vocali elidendam putarunt; quod fit per figuram ecthlipsin, de qua infra cap. 11.

AEn. 3. *Italiam*, Italiam primus conclamat Achates.

N in fine.

N longum est graecis pariter, pariterque latinis.
En brevia, quod format inis breve: graeca secundae.
Jungimus, et quartum, si sit brevis ultima recti.
Forsitan, in, forsan, tamen, an, viden' adjice curtis.

I. *N* littera finita longa sunt, ut *sin*, *Titan*, *siren*, *Salamin*, *Actaeon*, et cetera tertiae declinationis, quae in on exeunt.

Virg. AEneid. 1. *Sin* absumpta salus, et te, pater optime teucrûm.

Lucan. 1: Unde venit *Titan*, et nox ubi sidera condit.

Met. 3. *Actaeon* ego sum, dominum cognoscite vestrum.

II. Item accusativus graecus nominum *as*, *es*, *e*, ut *AEnean*, *Anchisen*, *Calliopen*.

III. Graecus item genitivus multitudinis cujusvis declinationis, ut *Cimmerion*, *epigrammaton*.

AEn. 12. Et *saevum AEnean* agnovit Turnus in armis.

Ib. 3. Amitto *Anchisen*: hic me, pater optime, fessum.

Tibul. l. 4. *Cimmerion* etiam obscuras accessit ad oras.

Exceptio I.

Corripe *an*, *in*, *forsan*, *forsitan*, *tamen*, *attamen*, *viden'*, et *nostin'* apud Ov. ep. 12. *Nos in'*, *an* exciderint, etc. quod alii rectius legunt: Nescio, *an* exciderint. Sed *scin'*, *audin'*, et similia producuntur.

Item en syllaba finita, quae faciunt in genitivo inis penultima brevi, ut *nomen*, *lumen*, *flumen*.

AEn. 2. *Forsitan* et Priami fuerint quae fata requiras.

Stat. Theb. 3. Ipsa dedit: *viden'* ut jugulo consumpserit ensem.

Fast. 2. *Nomen* arionium siculas impleverat urbes.

Exceptio II.

Corripiuntur etiam graeca in on, quae ad secundam nostram declinationem spectant, ut *Pelion*, *Ilion*, *Erotion*.

Ovid. epist. 13. *Ilion*, et Tenedos, Simoisque, et Xanthus, et Ida.

Fast. 5. *Pelion* AEmoniae mons est, obversus ad austros.

Mart. l. 5. Pallida nec nigras horrescat *Erotion* umbras.

Omnes denique accusandi casus, qui a nominibus ultimam brevem habentibus profiscuntur, ut *scorpion*, *Tethyn*, *Ityn*, *Malan*, *AEginan*.

Lucan. l. 1. *Schorpion* incendis cauda, chelasque peruris.

Met. 7. Tantaque nox animi est, *Itin* huc accersite, dixit.

Stat. Theb. 7. Namque ferunt raptam patriis *AEginan* ab undis.

R in fine.

R breve: sed longum est far, par cum pignore, lar, Nar,
Cur, fur cum graecis, quibus est genitivus in eris:
Addito iber: sed cor melius breve, celtiber anceps.

R littera terminata corripiuntur, *Amilcar*, *semper*, *semivir*, *precor*, *Hector*, *turtur*.

Sil. l. 3. At senior siculis exultat *Amilcar* in armis.

Lucan. 8. Inseruisse manus impure, ac *semivir* audes?

Ecl. 1. Nec gemere aeria cessabit *turtur* ab ulmo.

Exceptio.

Producitur *cur*, *far*, *fur*, *iber*, *lar*, *Nar*, *ver*, *par*, cum compositis, ut *compar*, *dispar*, *impar*; et graeca quae faciunt in genitivo *eris*, ut *aer*, *aether*, *crater*.

Hor. in Art. *Cur* ego, si nequeo, ignoreque, poeta salutor?

Mart. l. 5. Callidus effracta nummos *fur* auferat arca.

Luc. l. 6. Si tibi durus *iber*, aut si tibi terga dedisset.

Horat. Serm. 2. Ludere *par impar*, equitare in arundine longa.

Luc. l. 5. Inde mane, inde *aer*, inde *aether* ignifer ipse.

Appendix.

Cor non ausim producere: *celtiber* anceps est.

Ov. de Pont. 1. Confiteor misero molle *cor* esse mihi.

Idem epist. 21. Sapph. Molle meum levibusque *cor* est violabile telis.

Sic enim legendum nonnulli putant.

Mart. 10. Ducit ad auriferas quod me Salo *celtiber* undas.

Catul. Scazont. Nunc *celtiber* in celtiberia terra. Sic antiqui codices. Hinc Priscian. l. 7. unicum secundae *iber*, et compositum *celtiber* produci ait, quamvis hoc loco alii legant: Nunc *celtiberus* celtiberia in terra.

As in fine.

As produc: quartum graecorum tertia casum
Corripit, et rectum, si in *ados* breve patrius exit.

As syllaba finita longa sunt, ut *AEneas*, *Pallas*, *antis*, *fas*, *nefas*, *Calchas*, *Atlas*.

AEn. 10. *AEneas* ignarus abest, ignarus et absit.
Ibid. Tela, manusque sinit: hinc *Pallas* instat, et urget.
Georg. 1. *Fas*, et jura sinunt rivos deducere nulla.

Exceptio.

I. Corripe graeca, quorum genitivus exit in *adis* penultima brevi, ut *arcas*, *arcadis*: *Pallas*, *Palladis*; *Najas*, *adis*.

II. Item accusativos plurales tertiae declinationis nominum graecorum, ut *troas*, *delphinas*, *heroas*.

Met. 6. *Pallas* anum simulat, falsosque in tempora canos.
Mart. l. 9. ep. 36. Cum quibus Alcides, et pius *Arcas* erat.
Ecl. 4. Permistos *heroas*, et ipse videbitur illis.

III. *Anas* volucris brevis est, *Anas* flumen ultimam longam habet.

Es in fine.

Es quoque produces: breviat sed tertia rectum.
Cum patrii brevis est crescens penultima. Pes hinc
Excipitur, paries, aries, abiesque, Ceresque.
Corripe et es de sum, et penes, et pluralia graeca.

Es syllaba terminata longa sunt, ut *Enchises*, *locuples*, *quoties octies*, *decies*, *tricies*, etc.

AEn. 6. *Enchises* alacris palmas utrasque tetendit.
Mart. l. 11. Orbus es, et *locuples*, et Bruto consule natus.
Item l. 10. epigr. 51. Dicere te lassum *quoties* ego credo Quirino.
Id. l. 8. Uno nasceris *octies* in anno. Phaleucius est.

Exceptio I.

Corripe nomina tertiae declicationis, quae crescunt in obliquis penultima brevi, ut *dives*, *eques*, *hospes*, *miles*, *pedes*, *dites*.

AEn. 2. Insula *dives* opum, Priami dum regna manebant.

AEn. 6. Obvius armato, seu cum *pedes* iret in hostem.

II. Praeter *abies*, *aries*, *Ceres*, *paries*, *pes* cum compositis, ut *compes*, *sonipes*, *tripes*.

Ecl. 7. Populus in fluviis, *abies* in montibus altis.
Luc. l. 8. Non *aries* illis, non ulla est machina belli.
Georg. 1. Flava *Ceres* alto nequicquam spectat Olympo.
Met. 6. Nec *pes* ire potest, intra quoque viscera saxum est.
AEn. 4. Stant *sonipes*, ac frena ferox spumantia mandit.

Exceptio II.

Es a verbo sum breve est, et ex eo composita. ut *potes*, *ades*; item *penes*: graeca neutra in *es*, ut *cacoethes*. Praeterea nominandi, vocandique casus graecorum, ut *daemones*, *rhetores*, *Amazones*, *troes*, *arcades*.

AEn. 2. Quisquis *es*, amissos jam hinc obliviscere grajos.
Mart. l. 8. Tu *potes* et patriae *miles*, et esse decus.
Hor. in Art. Quem *penes* arbitrium est, et jus, et norma loquendi.
Juv. Sat. 1. Scribendi *cacoethes*, et aegro in corde senescit.
Virg. Ecl. 7. Ambo florentes aetatibus, *arcades* ambo.
AEn. 1. Egressi optata potiuntur *troes* arena.

Is, vel *ys* in fine.

Corripias is, et ys: plurales excipe casus,
Glis, sis, vis verbum, ac nomen, nolisque, velisque,
Audis cum sociis: quorum et genitivus in inis;
Entisve, aut itis longum, producito semper.

Is, vel *ys* finita corripiuntur, ut *opis*, *inquis*, *ais*, *Thetis*, *Tethys*, *Itys*.

Met. 13. Non *apis* inde tulit collectos sedula flores.
Stat. Ach. 1. Jamdudum tacito lustrat *Tethis* omnia visu.
Fast. 5. *Tethys*, et extremo saepe recepta loco est.
Ecl. 4. Alter erit tum *Tiphys*, et altera, quae vehat Argo.
Mart. l. 5. Non est, *inquis*, idem; multo plus esse probabo.

Exceptio I.

I. Excipe casus omnes multitudinis, ut *viris*, *armis*, *musis*, *nobis*, *vobis*; item *queis* pro *quibus*: et accusandi casus *omneis*, *urbeis*, *civeis*, quos aliqui scribunt *omnis*, *urbis*, *civis*, etc.

II. Item *glis*, *vis* nomen, et verbum, *sis* cum compositis *quamvis*, *velis*, *nolis*.

III. Et secundas personas numeri singularis modi indicativi quartae conjugationis, ut *audis*, *nescis*, *sentis*.

AEn. 1. Praesentemque *viris* intentant omnia mortem.
Ibid. *Quaeis* ante ora patrum Trojae sub moenibus altis.
Ibid. Non ea *vis* animo, nec tanta superbia *victis*.
Mart. l. 9. Jam satis est: non *vis*, Aser, avere? vale.
Id. l. 1. *Nescis*, heu *nescis* dominae fastidia Romae.

Exceptio II.

Longa praeterea sunt quorum genitivus exit in *inis*, *entis*, *itis* penultima longa, ut *Salamis*, *Simois*, *Samnis*, *lis*.

Ov. ep. 1. Hac ibat *Simois*, hic est sigeia tellus.
Hor. Art. Grammatici certant, et adhuc sub judice *lis* est.
Petron. Et *pictis* anas innovata pennis. Phaleucius.

Os in fine.

Vult os produci: compos breviatur, et impos;
Osque, ossis: graecorum et neutra: et cuncta secundae
Addicta ausonidum: graecus genitivus et omnis.

Os finita longa sunt, ut *os*, *oris*, *dominos*, *tros*, *Minos*, *heros*, *Athos*, *Androgeos*, et cetera quae per omega scribuntur a graecis.

Met. 1. *Os* homini sublime dedit, caelumque tueri.
AEn. 6. *Tros* Anchisiade, facilis descensus Averni.
AEn. 2. *Androgeos* offert nobis socia agmina credens.

Exceptio.

Corripe *os*, *ossis*; *compos*; et *impos*; et graeca neutra, ut *chaos*, *melos*, *Argos*.

Luc. 3. *Exos*, et exsanguis tumidos perfluctuat artus.

Ovid. Insequere, et voti postmodo *compos* eris.

AEn 6. Et *Ahaos*, et Phlegethon, loca nocte silentia late.

II. Item os finita, quae a graecis ad secundam latinorum declinationem transeunt, ut *Tiros*, *Arctos*, *Ilios*.

Luc. l. 3. Et *Tyros* instabilis, pretiosaque murice Sidon.

Mart. l. 9. Nescia nec nostri nominis *Arctos* erat.

Ovid. ep. 1. *Ilios*, et murus quod fuit ante, solum.

III. Omnes denique interrogandi casus a quibuscumque rectis proficiscantur, ut *arcados*, *Pallados*, *Typhoeos*, *Tethyos*, *Tereos*.

Met. 1. *Arcados* hinc sedes, et inhospita tecta tyranni.

Fast. 8. Alta jacet vasti super ora *Typhoeos* AEtna.

Lucan. l. 1. *Tethyos* unda vagae lunaribus aestuet horis.

Us in fine.

Us breve ponatur: produc monosyllaba, quaeque
Casibus increscunt longis: et nomina quartae,
Excepto recto, et quinto: et quibus exit in untis
Patrius: et conflata e pus, contractaque graeca
In recto, et patrio: et venerandum nomen JESUS.

Us syllaba terminata brevia sunt, ut *Deus*, *littus*, *intus*. Et nominandi, vocandique casus singulares, et dativi, atque ablativi plurales quartae declinationis, ut *manus*, *sensibus*.

AEn. 3. Heu fuge crudeles terras, fuge *littus* avarum.

AEn. 2. Hic dolopum *manus*, hic saevus tendebat Achilles.

Ecl. 3. *Sensibus* haec imis, res est non parva, reponas.

Exceptio I.

Excipe monosyllaba, ut *plus*, *rus*, *tus*, *mus*.

Lucan. 1. *Plus* illa vobis acie, quam creditis, actum est.

II. Et quae crescunt in obliquis penultima longa, ut *salus*, *tellus*, *palus*, *udus*. Et nomina quartae declinationis, praeter casus antedictos, ut *aditus*, *vultus*.

Met. 1. Mox etiam fruges *tellus* inarata ferebat.

Met. 11. Juncta *palus* huic est densis obsessa salictis.

Mart. l. 11. Hos *aditus* urbem Martis habere decet.

III. *Palus* tamen ab Horatio in Arte semel corripitur: Regis opus, sterilisque diu *palus*, aptaque remi*.

Exceptio.

Denique produc graeca nomina, quorum genitivus exit in *untis*, ut Opus, Amathus: et quae ex πους, ποδὸς componuntur, ut *tripus*, *Melampus*. Quaeque ex *oos* contrahuntur, ut *Pantus* ex *Panthoos*. Item genitivos in *us* a foemininis in *o*, ut *Manto*, *Mantus*; *Clio*, *Clius*, etc. quae etiam ex *oos* contrahuntur.

AEn. 10. Est *Amathus*, est celsa mihi Paphos, atque Cythera.

AEn. 2. *Panthus* Otriades arcis, Phoebique sacerdos

AEn. 10. Fatidicae *Mantus*, et thusci filius amnis.

Huc etiam *Jesus* sacrosantum domini, atque redemptoris nostri nomen spectat.

IV. *Us* finita non contracta ab *os* syllaba profecta corripiuntur, ut *Pamphagus*, *Oribasus*, *Polypus*; quorum ultimum aeoles per *os* scribun πολύπος; quare a latinis per us effertur ultima brevi.

Metam. 3. *Pamphagus*, et *Dorceus*, et *Oribasus* arcades omnes.

Hor. Epod. 12. *Polypus*, an gravis hirsutis cubet hircus in alis.

Id. l. 1. Sat. 3. Delectant: veluti Balbinum *polypus* aguae.

CAPUT VII.

DE SYLLABA COMMUNI

Communis syllaba, ut supra diximus, est, quae modo brevis, modo longa apud poetas reperitur.

Praeceptum I.

Et diphthongus, et vocalis longa communes fiunt, cum vocalem diversae ditionis praecedunt.

Breves.

AEn. 3. *Insulae Jonio* in magno, quas dira Celaeno.

AEn. 5. Victor apud rapidum Simoenta sub *Ilio alto*.
Ecl. 8. Credimus, an *qui amant*, ipsi sibi somnia fingunt?
Prop. l. 2. Tu quoque, o *Eurition*, vino Centaure peristi.

Longae

Georg. 1. Ante tibi *eoae Atlantides* abscondantur.
AEn. 4. Lamentis, gemituque, et *foemineo ululatu*.
Ecl. 4. Et succus *pecori et* lac subducitur agnis.
Ov. ep. 1. *O ultimam* tum, cum Lacedaemona classe petebat.

Breves, et longae in eodem versu.

Georg. 1. *Glauco*, *Panopeae*, et *Inoo* Melicertae.
Ibid. Ter sunt conati imponere *Pelio Ossam*.
Ecl. 6. Clamassent, ut littus Hyla, Hyla omne sonaret.

Praeceptum II.

Monosyllaba brevia interdum a poetis, more graecorum, producuntur.

AEn. 3. *Liminaque*, laurosque Dei, totusque moveri.
Juven. Sat. 6. *Et* animam, et mentem, cum qua dii nocte loquuntur.

Praeceptum III.

Syllaba brevis post quatuor primos pedes, praesertim secundum, et tertium, relicta nonnunquam a poetis producitur: quam grammatici caesuram vocant.

Brevis post primum pedem producta.

AEn. 4. *Pectoribus* inhians spirantia consulit exta.
AEn. 11. *Oratis*? equidem et vivis concedere vellem.
Juv. Quis *nescit*? aut quis non vidit vulnera pali?
Mart. l. 6. Meque *sinus* omnis, me manus omnis habet.

Post secundum.

AEn. 2. Nostrorum *obruimur*, oriturque miserrima caedes.

AEn. 5. Emicat *Eurialus*, et munere victor amici.
AEn. 10. Nam tibi, Thymbre, *caput* evandrius abstulit ensis.
Mart. 14. Det tunicam *dives*, ego te praecingere possum.

Post tertium.

AEn. 5. Ostentans artem *pariter*, arcumque sonantem
AEn. 3. Dona dehinc auro *gravia*, sectoque elephanto.
AEn. 12. Congredior, fer sacra *pater*, et concipe foedus.
Stat. Ach. l. 2. Nequa det indignos *Thetidi* captiva nepotes.

Post quartum.

Georg. 2. Muneribus tibi pampineo *gravidus* autumno.
AEn. 10. Grajus homo infectos linquens *profugus* hymenaeos.
Ecl. 6. Ille latus niveum molli *fultus* hyacintho.

Verum his duobus postremis versibus nonnulli h consonantis munere fungi putant, ut diximus cap. 1.

His tribus praeceptionibus non in suis componendis, sed metiendis veterum poetarum carminibus utantur tyrones.

Praeceptum IV.

Vocalis suapte natura brevis ante mutam, et liquidam ejusdem dictionis communis est in carmine, quamvis in soluta oratione semper corripiatur, ut *Atlas*, *volucris*, *Cleopatra*, *Patroclus*, *lugubris*, *funebris*, *celebris*. Quae vero natura sua longa est, nunquam corripitur; ut c. 2. hujus libri diximus.

AEn. 4. Cum tacet omnis ager, pecudes, pictaeque *volucres*.
AEn. 7. Assuetae ripis *volucres*, et fluminis alveo.
Met. 14. Et primo similis *volucri*, mox vera *volucris*.

Praeceptum V.

Ultima versus syllaba communis est, siquidem brevis pro longa ponitur.

AEn. 1. Posthabita coluisse Samo; hic illius *arma*,
Hic currus fuit; hoc regnum Dea gentibus *esse*,
Si qua fata sinant, jam tum tenditque, *fovetque*.

Ultimus pes in singulis his versibus choreus est pro spondaeo, quem ratio versus poscit.

Aut contra longa pro brevi ponitur.

Mart. l. 9. Nobis non licet esse tam *disertis*,
Qui musas colimus *severiores*.

Ultimus pes in utroque spondaeus est, cum phaleucii pes ultimus choreus sit, qui ex longa constat, et brevi. Cic. in Orat. Postrema syllaba brevis, an longa sit, ne in versu quidem refert.

CAPUT VIII.

DE NECESSITATE METRICA ET LICENTIA POETICA.

I. Lex necessitasque metri cogit poetas breves interdum per ectasim producere: velut cum sunt tres breves continuae in carmine heroico; quod in *Italia*, *Priamides*, *Arabia*, aliisque id genus usuvenit.

AEn. 3. Ibitis *Italiam*, portusque intrare licebit.

AEn. 6. Atque hic *Priamidem* laniatum corpore toto.

Prop. lib. 2. el. 10. Et domus intactae te tremit *Arabiae*.

II. Aut contra longas per systolen corripere; ut cum brevis inter duas longas est in heroico.

Prop. l. 2. el. 3. Haec tibi *contulerunt* caelestia munera Divi.

Tib. l. 2. el. 3. Nec cithara, intonsae *profueruntve* comae.

Lucr. 3. *Prodiderunt*, vitare Acherusia templa petentes.

Ibid. *Transtulerunt*, proprioque tuo res nomine egebat.

Ibid. *Occiderunt*, magnis qui regibus imperitarunt.

Id. l. 6. *Dediderunt* quondam praeclaro nomine Athenas.

Et l. 4. *Excierunt* ne forte animas Acheronte reamur.

Juv. Sat. 2. *Stoicidae*, quid enim falsi Latonia? sed quid.

Sil.l. 8. *Terruerunt* pavidos accensa Ceraunia nautas.

Quamquam tribus hisce postremis pes primus spondaeus videatur, facta synaeresi in *ie*, *oi*, *ue*, de qua cap. 11.

III. Interdum vero poetae, ut quibus quidlil u-dendi semper potestas fuit, abutuntur syllabis, .que corripiunt nulla necessitate coacti, ut

Ecl. 4. Matri longa decem *tulerunt* fastidia menses.

AEn. 8. Obstupui, *steteruntque* comae, et vox faucibus haesit.

Tib. l. 4. Servitium et *dederunt* tecta superba tibi.

Lucr. l. 6. Et primae *dederunt* solatia dulcia vitae.

Prop.l.2.el.8.At Thebae *steterunt*, altaque Troja fuit.

Ter.Eu.Menandri eunuchum postquam *aediles emerunt*.

Tib. lib. 9. èl. 5. Haec *fuerunt* olim: sed tu jam mitis Apollo.

Quamquam huic postremo synaeresis videatur esse, de qua dicemus cap. 11.

CAPUT IX.

DE PEDIBUS

Quoniam de syllabis tum brevibus, tum longis, tum communibus dictum est, superest, ut de pedibus, qui ex ipsis syllabis, et de versu, qui ex pedibus constat, breviter dicamus.

Quid sit pes.

Pes est pars versus certo syllabarum numero, atque ordine definita.

Pedes dissyllabi quatuor.

Spondaeus constat ex duabus syllabis longis, ut *omnes*, *possunt*.

Pyrrhichius, seu corius ex duabus brevibus, ut *furor*, *age*.

Choreus, seu, ut alii vocant, trochaeus ex longa, et brevi, ut *arma*, *vincor*.

jambus ex brevi, et longa, ut *viros*, *rogas*.

Aedes trisyllabi octo.

Molossus ex tribus longis, ut *AEneas*, *conténdunt*.

Tribrachys, qui trochaeus a Cicerone, et a Quintiliano dicitur, ex tribus brevibus, ut *tumidus*, *facere*.

Dactylus ex longa, et duabus brevibus, ut *corpora*, *traximus*.

Anapaestus ex duabus brevibus, et longa, ut *animos*, *cupiunt*.

Bacchius ex brevi, et duabus longis, ut *dolores parabunt*.

Antibacchius ex duabus longis, et brevi, ut *maturus*, *audisse*.

Creticus, seu amphimacer ex longa, brevi, et longa, ut *maximos*, *audiunt*.

Amphibrachys, sive scolius ex brevi, longa, et brevi, ut *poema*, *cadebat*.

ADMONITIO

Ceteri pedes ex his compositi sunt, et oratorum magis sunt proprii, quam poetarum. Quoniam tamen ab auctore sunt positi, visum est in hac editione reponere. Porro prudens magister viderit, an sint initio tyronibus proponendi.

Pedes quadrisyllabi sexdecim.

Dispondaeus constat ex duobus spondaeis, ut *oratores*, *contendebant*.

Proceleusmaticus ex duobus pyrrichiis, ut *abiete*, *retulerat*.

Dichoreus ex duobus choreis, ut *civitate*, *dimicare*.

Dijambus ex duobus jambis, ut *propinquitas*, *quiescerer*.

Choriambus ex choreo, et jambo, ut *nobilitas*, *distulerunt*.

Antipaestus, vel antipastus ex jambo, et choreo, ut *amatole*, *recusare*.

Jonicus a majore e spondaeo, et pyrrhichio, ut *calcaribus*, *cantabimus*.

Jonicus a minore ex pyrrichio, et spondaeo, ut *Diomedes*, *fugiendos.*

Poeones et epitriti.

Paeones quatuor sunt: omnes ex tribus brevibus, et una longa constant hac lege, ut primus primam habeat longam, secundus secundam, tertius tertiam, quartus quartam. Quamquam Cicero, et alii duos tantum videntur agnoscere; quorum prior primam habeat longam, posterior ultimam.

Paeon I. Ex choreo, et pyrrhichio, ut *temporibus*, *aspicite.* II. Ex jambo, et pyrrhichio, ut *potentia*, *docebimus.* III. Ex pyrrhichio, et choreo, ut *animatus*, *moriatur.* IV. Ex pyrrhichio, et jambo, ut *calamitas*, *obierant.*

Epitriti, seu hippii totidem sunt, sed paeonibus contrarii. I. ex jambo, et spondaeo, ut *repentinos*, *repugnarunt.* II. Ex choreo, et spondaeo, ut *conditores*, *comprobarunt.* III. Ex spondaeo, et jambo, ut *discordiae*, *clamaveras.* IV. Ex spondaeo, et choreo, ut *fortunatus*, *pugnabamus.*

Pedes quinque syllabarum.

Quinque syllabarum pedes inusitati sunt, praeter dochimum oratoriae compositioni maxime appositum. Constat ex jambo, et cretico, ut *reipubblicae*, *perhorrescerent.*

CAPUT X.

DE VERSU

Versus est oratio certo genere, numero, atque ordine pedum alligata. Cujus praecipua genera haec sunt.

Hexametrum, sive heroicum carmen.

Hexametrum carmen constat sex pedibus, quorum quintus dactylus est, sextus spondaeus; reliqui promiscue dactyli, vel spondaei.

AEn. 2. Urbs antiqua ruit multos dominata per annos.

Appendix.

Quintus pes nonnunquam spondaeus est: unde versus spondaicus appellatur; quo vel rei alicujus gravitas, et amplitudo, vel ingens moeror, animique angor, vel aliud simile declaratur.

Ecl. 4. Cara deum soboles, magnum Jovis *incrementum.*

AEn. 2. Constitit, atque oculis phrygia agmina *circumspexit.*

Pentametrum.

Pentametrum carmen, quod fere hexametrum comitatur, quinque pedes habet; quorum duo primi dactyli, vel spondaei pro cujusque arbitrio sunt, adjuncta syllaba longa, quae caesura, vel semipes dicitur; ceteri duo perpetuo sunt dactyli, quibus semipes itidem adjungitur; ut ex utroque semipede quintus pes fiat. Vel tertio loco est spondaeus, qui alterius verbi fine, alterius initio constat; deinde duo anapaesti.

Ov. de Pon. 4. Et subito casu, quae valuere, ruunt.

Appendix.

Posterior ratio metiendi pentametrum Quintiliano probatur l. 9. c. 4. Et quidem, inquit, optime est sibi junctus anapaestus, ut qui sit pentametri finis. Ib. Est quoddam in ipsa divisione verborum latens tempus, ut in pentametri medio spondaeo, qui nisi alterius verbi fine, alterius initio constet, versum non efficit. Terentianus utramque metiendi rationem cognoscit. Priorem his versibus:

Scandunt pentametrum, duo sint quasi commata, quidam;
Ut pedibus bini semipede superent.

Posteriorem his:

At quidam in medio spondaeum reddere malunt,
Semipedem et primum cum capite alterius.

Glyconium.

Glyconium carmen constat spondaeo, et duobus dactylis; vel spondaeo, choriambo, et pyrrhychio, quo Seneca interdum choros scribit, ut in Thyeste

Tandem regia nobilis
Fratrum composuit minas.

Semel apud Hor. l. 1. Od. 14. choreum primo loco invenies. *Ignis iliacas domos.* Alibi apud hunc, aliosve

poetas classicos non invenies, qui Catulli hac in re licentiam, quam usurpat in epithalamio *Collis o heliconii*, sibi interdixerunt.

Asclepiadeum.

Asclepiadeum carmen constat spondaeo, duobus choriambis, et pyrrhichio, vel spondaeo, dactylo, et syllaba longa, deinde duobus dactylis.

Hor. Carm. l. 1. Od. 1. Maecenas, atavis edite regibus.

Phaleucium hendecasyllabum.

Phaleucium carmen quinque pedibus constat: spondaeo, dactylo, deinde tribus choreis.

Mart. l. 1. Commendo tibi, Quintiane, nostros:
Nostros dicere si tamen libellos
Possum, quos recitat tuus poeta.

Phaleucii pedibus abutitur Catullus; primae enim sedi jambum quoque, et choreum attribuit, et
Arida modo pumice expolitum?
Corneli, tibi: namque tu solebas
Meas esse aliquid putare nugas.

Quibus pedibus Statius, Martialis, ac ceteri abstinent, quos malim imitari.

Sapphicum hendecasyllabum.

Versus sapphicus quinque pedes hoc ordine admittit; choreum, spondaeum, dactylum, deinde duos choreos. Tertio cuique carmini fere nectitur adonius, qui ex dactylo, et spondaeo constat. Hor. Carm. 1. Od. 22.

Integer vitae, scelerisque purus
Non eget mauris jaculis, neque arcu,
Nec venenatis gravida sagittis,
Fusce, pharetra.

Anapaesticum dimetrum.

Anapaesticum carmen, quo frequenter in choris utitur Seneca, constat quatuor pedibus, qui fere sunt dactyli, vel spondaei permixtis anapaestis: ita tamen, ut secundo, et quarto loco absit dactylus, secundus vero pes dictionem terminet, qui frequentissime est spondaeus.

Ovid. Insequere, et voti postmodo *compos* eris.

AEn 6. Et *Ahaos*, et Phlegethon, loca nocte silentia late.

II. Item *os* finita, quae a graecis ad secundam latinorum declinationem transeunt, ut *Tiros*, *Arctos*, *Ilios*.

Luc. l. 3. Et *Tyros* instabilis, pretiosaque murice Sidon.

Mart. l. 9. Nescia nec nostri nominis *Arctos* erat.

Ovid. ep. 1. *Ilios*, et murus quod fuit ante, solum.

III. Omnes denique interrogandi casus a quibuscumque rectis proficiscantur, ut *arcados*, *Pallados*, *Typhoeos*, *Tethyos*, *Tereos*.

Met. 1. *Arcados* hinc sedes, et inhospita tecta tyranni.

Fast. 8. Alta jacet vasti super ora *Typhoeos* AEtna.

Lucan. l. 1. *Tethyos* unda vagae lunaribus aestuet horis.

Us in fine.

Us breve ponatur: produc monosyllaba, quaeque
Casibus increscunt longis: et nomina quartae,
Excepto recto, et quinto: et quibus exit in untis
Patrius: et conflata e pus, contractaque graeca
In recto, et patrio: et venerandum nomen JESUS.

Us syllaba terminata brevia sunt, ut *Deus*, *littus*, *intus*. Et nominandi, vocandique casus singulares, et dativi, atque ablativi plurales quartae declinationis, ut *manus*, *sensibus*.

AEn. 3. Heu fuge crudeles terras, fuge *littus* avarum.

AEn. 2. Hic dolopum *manus*, hic saevus tendebat Achilles.

Ecl. 3. *Sensibus* haec imis, res est non parva, reponas.

Exceptio I.

Excipe monosyllaba, ut *plus*, *rus*, *tus*, *mus*.

Lucan. 1. *Plus* illa vobis acie, quam creditis, actum est.

II. Et quae crescunt in obliquis penultima longa, ut *salus*, *tellus*, *palus*, *udus*. Et nomina quartae declinationis, praeter casus antedictos, ut *aditus*, *vultus*.

Met. 1. Mox etiam fruges *tellus* inarata ferebat.

Met. 11. Juncta *palus* huic est densis obsessa salictis.

Mart. l. 11. Hos *aditus* urbem Martis habere decet.

III. *Palus* tamen ab Horatio in Arte semel corripitur: Regis opus, sterilisque diu *palus*, aptaque remis.

Exceptio.

Denique produc graeca nomina, quorum genitivus exit in *untis*, ut Opus, Amathus: et quae ex πους, ποδὸς componuntur, ut *tripus*, *Melampus*. Quaeque ex *oos* contrahuntur, ut *Pantus* ex *Panthoos*. Item genitivos in *us* a foemininis in *o*, ut *Manto*, *Mantus*; *Clio*, *Clius*, etc. quae etiam ex *oos* contrahuntur.

AEn. 10. Est *Amathus*, est celsa mihi Paphos, atque Cythera.

AEn. 2. *Panthus* Otriades arcis, Phoebique sacerdos

AEn. 10. Fatidicae *Mantus*, et thusci filius amnis.

Huc etiam JESUS sacrosantum domini, atque redemptoris nostri nomen spectat.

IV. *Us* finita non contracta ab *os* syllaba profecta corripiuntur, ut *Pamphagus*, *Oribasus*, *Polypus*; quorum ultimum aeoles per *os* scribun πολύπος; quare a latinis per us effertur ultima brevi.

Metam. 3. *Pamphagus*, et *Dorceus*, et *Oribasus* arcades omnes.

Hor. Epod. 12. *Polypus*, an gravis hirsutis cubet hircus in alis.

Id. l. 1. Sat. 3. Delectant: veluti Balbinum *polypus* aguae.

CAPUT VII.

DE SYLLABA COMMUNI

Communis syllaba, ut supra diximus, est, quae modo brevis, modo longa apud poetas reperitur.

Praeceptum I.

Et diphthongus, et vocalis longa communes fiunt, cum vocalem diversae ditionis praecedunt.

Breves.

AEn. 3. *Insulae Jonio* in magno, quas dira Celaeno.

AEn. 5. Victor apud rapidum Simoenta sub *Ilio alto*.
Ecl. 8. Credimus, an *qui amant*, ipsi sibi somnia fingunt?
Prop. l. 2. Tu quoque, o *Eurition*, vino Centaure peristi.

Longae

Georg. 1. Ante tibi *eoae Atlantides* abscondantur.
AEn. 4. Lamentis, gemituque, et *foemineo ululatu*.
Ecl. 4. Et succus *pecori et* lac subducitur agnis.
Ov. ep. 1. *O ultimam* tum, cum Lacedaemona classe petebat.

Breves, et longae in eodem versu.

Georg. 1. *Glauco*, *Panopeae*, et *Inoo* Melicertae.
Ibid. Ter sunt conati imponere *Pelio Ossam*.
Ecl. 6. Clamassent, ut littus Hyla, Hyla omne sonaret.

Praeceptum II.

Monosyllaba brevia interdum a poetis, more graecorum, producuntur.

AEn. 3. *Liminaque*, laurosque Dei, totusque moveri.
Juven. Sat. 6. *Et* animam, et mentem, cum qua dii nocte loquuntur.

Praeceptum III.

Syllaba brevis post quatuor primos pedes, praesertim secundum, et tertium, relicta nonnunquam a poetis producitur: quam grammatici caesuram vocant.

Brevis post primum pedem producta.

AEn. 4. *Pectoribus* inhians spirantia consulit exta.
AEn. 11. *Oratis*? equidem et vivis concedere vellem.
Juv. Quis *nescit*? aut quis non vidit vulnera pali?
Mart. l. 6. Meque *sinus* omnis, me manus omnis habet.

Post secundum.

AEn. 2. Nostrorum *obruimur*, oriturque miserrima caedes.

AEn. 5. Emicat *Eurialus*, et munere victor amici.
AEn. 10. Nam tibi, Thymbre, *caput* evandrius abstulit ensis..
Mart. 14. Det tunicam *dives*, ego te praecingere possum.

Post tertium.

AEn.5.Ostentans artem *pariter*, arcumque sonantem
AEn.3.Dona dehinc auro *gravia*, sectoque elephanto.
AEn. 12. Congredior, fer sacra *pater*, et concipe foedus.
Stat. Ach. l. 2. Nequa det indignos *Thetidi* captiva nepotes.

Post quartum.

Georg.2.Muneribus tibi pampineo *gravidus* autumno.
AEn. 10. Grajus homo infectos linquens *profugus* hymenaeos.
Ecl. 6. Ille latus niveum molli *fultus* hyacintho.

Verum his duobus postremis versibus nonnulli h consonantis munere fungi putant, ut diximus cap. 1.

His tribus praeceptionibus non in suis componendis, sed metiendis veterum poetarum carminibus utantur tyrones.

Praeceptum IV.

Vocalis suapte natura brevis ante mutam, et liquidam ejusdem dictionis communis est in carmine, quamvis in soluta oratione semper corripiatur, ut *Atlas*, *volucris*, *Cleopatra*, *Patroclus*, *lugubris*, *funebris*, *celebris*. Quae vero natura sua longa est, nunquam corripitur; ut c. 2. hujus libri diximus.

AEn. 4. Cum tacet omnis ager, pecudes, pictaeque *volucres*.
AEn. 7. Assuetae ripis *volucres*, et fluminis alveo.
Met.14. Et primo similis *volucri*, mox vera *volucris*.

Praeceptum V.

Ultima versus syllaba communis est, siquidem brevis pro longa ponitur.

AEn. 1. Posthabita coluisse Samo; hic illius *arma*,
Hic currus fuit; hoc regnum Dea gentibus *esse*,
Si qua fata sinant, jam tum tenditque, *fovetque*.

Ultimus pes in singulis his versibus choreus est pro spondaeo, quem ratio versus poscit.

Aut contra longa pro brevi ponitur.

Mart. l. 9. Nobis non licet esse tam *disertis*,
Qui musas colimus *severiores*.

Ultimus pes in utroque spondaeus est, cum phaleucii pes ultimus choreus sit, qui ex longa constat, et brevi. Cic. in Orat. Postrema syllaba brevis, an longa sit, ne in versu quidem refert.

CAPUT VIII.

DE NECESSITATE METRICA ET LICENTIA POETICA.

I. Lex necessitasque metri cogit poetas breves interdum per ectasim producere: velut cum sunt tres breves continuae in carmine heroico; quod in *Italia*, *Priamides*; *Arabia*, aliisque id genus usuvenit.

AEn. 3. Ibitis *Italiam*, portusque intrare licebit.

AEn. 6. Atque hic *Priamidem* laniatum corpore toto.

Prop. lib. 2. el. 10. Et domus intactae te tremit *Arabiae*.

II. Aut contra longas per systolen corripere; ut cum brevis inter duas longas est in heroico.

Prop. l. 2. el. 3. Haec tibi *contulerunt* caelestia munera Divi.

Tib. l. 2. el. 3. Nec cithara, intonsae *profueruntve* comae.

Lucr. 3. *Prodiderunt*, vitare Acherusia templa petentes.

Ibid. *Transtulerunt*, proprioque tuo res nomine egebat.

Ibid. *Occiderunt*, magnis qui regibus imperitarunt.

Id. l. 6. *Dediderunt* quondam praeclaro nomine Athenas.

Et l. 4. *Excierunt* ne forte animas Acheronte reamur.

Juv. Sat. 2. *Stoicidae*, quid enim falsi Laionia? sed quid.

Sil.l. 8. *Terruerunt* pavidos accensa Ceraunia nautas.

Quamquam tribus hisce postremis pes primus spondaeus videatur, facta synaeresi in *ie*, *oi*, *ue*, de qua cap. 11.

III. Interdum vero poetae, ut quibus quidlil .udendi semper potestas fuit, abutuntur syllabis, .que corripiunt nulla necessitate coacti, ut

Ecl. 4. Matri longa decem *tulerunt* fastidia menses.
AEn. 8. Obstupui, *steteruntque* comae, et vox faucibus haesit.
Tib. l. 4. Servitium et *dederunt* tecta superba tibi.
Lucr. l. 6. Et primae *dederunt* solatia dulcia vitae.
Prop.l.2.el.8.At Thebae *steterunt*, altaque Troja fuit.
Ter.Eu.Menandri eunuchum postquam *aediles emerunt*.
Tib. lib. 9. el. 5. Haec *fuerunt* olim: sed tu jam mitis Apollo.

Quamquam huic postremo synaeresis videatur esse, de qua dicemus cap. 11.

CAPUT IX.

DE PEDIBUS

Quoniam de syllabis tum brevibus, tum longis, tum communibus dictum est, superest, ut de pedibus, qui ex ipsis syllabis, et de versu, qui ex pedibus constat, breviter dicamus.

Quid sit pes.

Pes est pars versus certo syllabarum numero, atque ordine definita.

Pedes dissyllabi quatuor.

Spondaeus constat ex duabus syllabis longis, ut *omnes*, *possunt*.

Pyrrhichius, seu corius ex duabus brevibus, ut *furor*, *age*.

Choreus, seu, ut alii vocant, trochaeus ex longa, et brevi, ut *arma*, *vincor*.

jambus ex brevi, et longa, ut *viros*, *rogas*.

Aedes trisyllabi octo.

Molossus ex tribus longis, ut *AEneas*, *contendunt*.

Tribrachys, qui trochaeus a Cicerone, et a Quintiliano dicitur, ex tribus brevibus, ut *tumidus*, *facere*.

Dactylus ex longa, et duabus brevibus, ut *corpora*, *traximus*.

Anapaestus ex duabus brevibus, et longa, ut *animos*, *cupiunt*.

Bacchius ex brevi, et duabus longis, ut *dolores parabunt*.

Antibacchius ex duabus longis, et brevi, ut *maturus*, *audisse*.

Creticus, seu amphimacer ex longa, brevi, et longa, ut *maximos*, *audiunt*.

Amphibrachys, sive scolius ex brevi, longa, et brevi, ut *poema*, *cadebat*.

ADMONITIO

Ceteri pedes ex his compositi sunt, et oratorum magis sunt proprii, quam poetarum. Quoniam tamen ab auctore sunt positi, visum est in hac editione reponere. Porro prudens magister viderit, an sint initio tyronibus proponendi.

Pedes quadrisyllabi sexdecim.

Dispondaeus constat ex duobus spondaeis, ut *oratores*, *contendebant*.

Proceleusmaticus ex duobus pyrrichiis, ut *abiete*, *retulerat*.

Dichoreus ex duobus choreis, ut *civitate*, *dimicare*.

Dijambus ex duobus jambis, ut *propinquitas*, *quiescerer*.

Choriambus ex choreo, et jambo, ut *nobilitas*, *distulerunt*.

Antipaestus, vel antipastus ex jambo, et choreo, ut *amatote*, *recusare*.

Jonicus a majore e spondaeo, et pyrrhichio, ut *calcaribus*, *cantabimus*.

Jonicus a minore ex pyrrichio, et spondaeo, ut *Diomedes*, *fugiendos*.

Poeones et epitriti.

Paeones quatuor sunt: omnes ex tribus brevibus, et una longa constant hac lege, ut primus primam habeat longam, secundus secundam, tertius tertiam, quartus quartam. Quamquam Cicero, et alii duos tantum videntur agnoscere; quoram prior primam habeat longam, posterior ultimam.

Paeon I. Ex choreo, et pyrrhichio, ut *temporibus*, *aspicite*. II. Ex jambo, et pyrrhichio, ut *potentia*, *docebimus*. III. Ex pyrrhichio, et choreo, ut *animatus*, *moriatur*. IV. Ex pyrrhichio, et jambo, ut *calamitas*, *obierant*.

Epitriti, seu hippii totidem sunt, sed paeonibus contrarii. I. ex jambo, et spondaeo, ut *repentinos*, *repugnarunt*. II. Ex choreo, et spondaeo, ut *conditores*, *comprobarunt*. III. Ex spondaeo, et jambo, ut *discordiae*, *clamaveras*. IV. Ex spondaeo, et choreo, ut *fortunatus*, *pugnabamus*.

Pedes quinque syllabarum.

Quinque syllabarum pedes inusitati sunt, praeter dochimum oratoriae compositioni maxime appositum. Constat ex jambo, et cretico, ut *reipubblicae*, *perhorrescerent*.

CAPUT X.

DE VERSU

Versus est oratio certo genere, numero, atque ordine pedum alligata. Cujus praecipua genera haec sunt.

Hexametrum, sive heroicum carmen.

Hexametrum carmen constat sex pedibus, quorum quintus dactylus est, sextus spondaeus; reliqui promiscue dactyli, vel spondaei.

AEn. 2. Urbs antiqua ruit multos dominata per annos.

Appendix.

Quintus pes nonnunquam spondaeus est: unde versus spondaicus appellatur; quo vel rei alicujus gravitas, et amplitudo, vel ingens moeror, animique angor, vel aliud simile declaratur.

Ecl. 4. Cara deum soboles, magnum Jovis *incrementum.*
AEn. 2. Constitit, atque oculis phrygia agmina *circumspexit.*

Pentametrum.

Pentametrum carmen, quod fere hexametrum comitatur, quinque pedes habet; quorum duo primi dactyli, vel spondaei pro cujusque arbitrio sunt, adjuncta syllaba longa, quae caesura, vel semipes dicitur; ceteri duo perpetuo sunt dactyli, quibus semipes itidem adjungitur; ut ex utroque semipede quintus pes fiat. Vel tertio loco est spondaeus, qui alterius verbi fine, alterius initio constat; deinde duo anapaesti.

Ov. de Pon. 4. Et subito casu, quae valuere, ruunt.

Appendix.

Posterior ratio metiendi pentametrum Quintiliano probatur l. 9. c. 4. Et quidem, inquit, optime est sibi junctus anapaestus, ut qui sit pentametri finis. Ib. Est quoddam in ipsa divisione verborum latens tempus, ut in pentametri medio spondaeo, qui nisi alterius verbi fine, alterius initio constet, versum non efficit. Terentianus utramque metiendi rationem cognoscit. Priorem his versibus:

Scandunt pentametrum, duo sint quasi commata, quidam;
Ut pedibus bini semipede superent.

Posteriorem his:

At quidam in medio spondaeum reddere malunt,
Semipedem et primum cum capite alterius.

Glyconium.

Glyconium carmen constat spondaeo, et duobus dactylis; vel spondaeo, choriambo, et pyrrhychio, quo Seneca interdum choros scribit, ut in Thyeste

Tandem regia nobilis
Fratrum composuit minas.

Semel apud Hor. l. 1. Od. 14. choreum primo loco invenies. *Ignis iliacas domos.* Alibi apud hunc, aliosve

poetas classicos non invenies, qui Catulli hac in re licentiam, quam usurpat in epithalamio *Collis o heliconii*, sibi iuterdixerunt.

Asclepiadeum.

Asclepiadeum carmen constat spondaeo, duobus choriambis, et pyrrhichio, vel spondaeo, dactylo, et syllaba longa, deinde duobus dactylis.

Hor. Carm. l. 1. Od. 1. Maecenas, atavis edite regibus.

Phaleucium hendecasyllabum.

Phaleucium carmen quinque pedibus constat: spondaeo, dactylo, deinde tribus choreis.

Mart. l. 1. Commendo tibi, Quintiane, nostros:
Nostros dicere si tamen libellos
Possum, quos recitat tuus poeta.

Phaleucii pedibus abutitur Catullus; primae enim sedi jambum quoque, et choreum attribuit, et
Arida modo pumice expolitum?
Corneli, tibi: namque tu solebas
Meas esse aliquid putare nugas.

Quibus pedibus Statius, Martialis, ac ceteri abstinent, quos malim imitari.

Sapphicum hendecasyllabum.

Versus sapphicus quinque pedes hoc ordine admittit: choreum, spondaeum, dactylum, deinde duos choreos. Tertio cuique carmini fere nectitur adonius, qui ex dactylo, et spondaeo constat. Hor. Carm. 1. Od. 22.

Integer vitae, scelerisque purus
Non eget mauris jaculis, neque arcu,
Nec venenatis gravida sagittis,
Fusce, pharetra.

Anapaesticum dimetrum.

Anapaesticum carmen, quo frequenter in choris utitur Seneca, constat quatuor pedibus, qui fere sunt dactyli, vel spondaei permixtis anapaestis: ita tamen, ut secundo, et quarto loco absit dactylus, secundus vero pes dictionem terminet, qui frequentissime est spondaeus.

Sen. Herc. Fur. Lugeat aether, magnusque parens
AEtheris alti, tellusque ferox,
Et vaga ponti mobilis unda.

Neque enim raro anapaesticus anapaestum habet nullum, quod tertius hic versiculus aperte docet.

Interserit Seneca dimetris anapaesticis saepe monometros, sive ex duobus anapaestis, ut *Leviore manu*; sive ex duobus spondaeis, ut *Nudent sylvas*; sive e spondaeo, et anapaesto, ut *Et diva favet*; sive frequentissime e dactylo, et spondaeo, ut *Potat Araxem.*

Jambicum et trochaicum, eorumque leges ac genera.

Duplicatis metimur pedibus carmina jambica, et trochaica, quibus anapaestica nonnulli addunt. Idcirco tum jambicum, tum trochaicum quaternarium dicimus dimetrum, senarium, trimetrum, octonarium, tetrametrum.

Ex his quaedam dicuntur *acatalectica*, idest justa et suis numeris absoluta, in quibus nihil desit, nihil superfluat: quaedam *catalecta*, quibus desit syllaba: quaedam *brachycatalecta* in quibus desideretur pes integer: quaedam denique *hypercatalecta*, in quibus syllaba, vel pes redundet.

Horum omnia prima lex est, ut nec jambicus trochaeum, nec trochaicus jambum ne in liberiore quidem terentiana commoedia unquam admittat.

Secunda lex, semper ultima sedes, etiam apud comicos, in jambico jambo, in trochaica debetur trochaeo. Raro apud hos haec tribrachym, aliosve pedes admittit. Catalectici ultima sedes censetur illa, quae syllabam ultimam deficientis pedis proxime antecedit.

Tertia lex. Jambum jambicus, et trochaeum trochaicus quovis in loco recipit: censenturque jambici elegantissimi qui solis jambis constant, quos sinceros Diomedes appellat. Quamquam apud tragicos, ut majus pondus habeat versus, pedes quoque alii semper innectuntur.

Quarta lex. Praeter jambum jambicus in locis paribus, praeter ultimum, qui semper debetur jambo, admittit apud tragicos *tribrachym*: in imparibus vero, praeter hos *spondaeum* ejusque dissolutiones *dactylum*, et *anapaestum*, interdum *proceleusmaticum*. Apud Senecam

tertia in sede vix anapaestum, in quinta vix jambum, dactilumve reperies; in qua tamen fere semper aut spondaeum, aut anapaestum invenies. Hos omnes pedes Plautus, ac Terentius ad pares quoque locos adsciscunt, praeter ultimum, qui semper est jambus. Apud lyricos, et hymnographos in locis paribus, praeter jambum, raro tribrachys; in imparibus, praeter jambum, aut spondaeum, raro pedes trisyllabi.

Quinta lex. Trochaicus e contrario in tragoedia, praeter trochaeum, admittit in imparibus etiam tribrachym, in ultima sede solum trochaeum, ut diximus. Ultima vero catalectici, trochaici, dimetri, seu quaternarii sedes est tertia: tetrametri, sive octonarii septima: hos enim pedes postrema deficientis pedis excipit syllaba. In locis vero paribus, praeter hos, admittit *spondeum*, ejusque dissolutiones *dactylum*, et *anapaestum*, nec respuit *proceleusmaticum*. Comoedia hos omnes pedes ad sedes etiam impares recipit. Apud lyricos, praesertim hymnographos, ad trochaeum, qui solus est in locis imparibus, spondaeus frequenter in locis paribus adhibetur, at raro pedes trisyllabi. Exemplis id totum fiet illustrius

Jambici dimetri, seu quaternarii acatalectici.

Perunxit hoc Jasonem
Inarsit aestuosius. } Hor. e solis jambis.

Ut prisca gens mortalium.
Videre properantes domum. } Hor. mixti aliis pedibus.

Trisyllabos pedes in hoc genere carminis apud Horatium vix invenies; raro apud alios, ut

Qui virus herculeum bibit. Sen.
Quid Brutus, aut rigidus Cato? Boet.
Vigilate, jam sum proximus.
Speculator adstat desuper. } In hymnis sacris.

Jambici dimetri, seu quaternarii catalectici.

Ad quartum pedem desideratur syllaba: tertio loco jambus est, post quem syllaba. In ceteris jambici leges sequuntur, ut

Quonam cruenta Maenas,
Praeceps amore saevo. } Sen.

Suavissimi hoc in genere sunt anacreontici illi, qui primo loco semper praeferunt anapaestos.

Habet omnis hoc voluptas : } Boet.
Stimulis agit furentes.
Apumque par volantum, et cet.

Jambici trimetri, seu senarii acatalectici.

Paratus omne Caesaris periculum. Hor.
Phaselus ille, quem videtis hospites. Catull.
Quis hoc potest videre, quis potest pati? Idem.

Hi sinceri ex solis jambis admiscentur, et apud Horatium alii pedes; sed trisyllabi raro admodum, ut

Pecusve calabris ante sidus fervidum,
Aut amite levi rara rendit retia.
Pavidumque leporem, et advenam laqueo gruem.

Apud Senecam trisyllabi quoque pedes saepissime, ut

Et templa summi vidua deserui aetheris.
Hinc clara gemini signa Tyndaridae micant.
Et Terent. Obsequium amicos, veritas odium parit.

Verum apud hunc plurimi sunt, in quibus praeter ultimum, nullus est jambus ex licentia comica, ut

Nunc quam rem vitio dent, quaeso, animum advertite.
Nam, si illum objurges, vitae qui auxilium tulit :
Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum?

Interdum apud hunc omnes spondaei, praeter ultimum, ut

Nullum est jam dictum, quod non dictum sit prius.

Jambici scazontes, seu choliambici.

Hi quoque sunt jambici trimetri acatalectici; sed quinto loco jambum habent, sexto spondaeum, in ceteris consentiunt cum jambico. Dicitur *scazon*, idest claudicans, sive *choliambus*, idest claudus jambus, quia, deturbato e sexta sede jambo, et substituto spondaeo, videtur quasi claudicare, ut

Cur in theatrum, Cato severe, venisti? } Mart.
An ideo tantum veneras, ut exires?
Nam risu inepto res ineptior nulla est. Catull.

Jambici trimetri, seu senarii catalectici.

Ad sextum pedem desideratur syllaba, quinto loco jambum habent, postremo syllabam: in ceteris jambici sunt, ut

Trahuntque siccas machinae carinas.
Mea renidet in domo lacunar. } Hor.
Sensere terrae Zedacum feroces. Sen. OEdip.

Jambici tetrametri, sive octonarii acatalectici.

Duos dimetros in unum conjungunt; ideoque fere semper distrahi in duos possunt, ut apud Senecam

Instant sorores squalidae; sanguineae jactant verbera.
Fert laeva semustas faces; ardentque pallentes genae.
Et apud Terent. Andr. act. 1. sc. 2.
Dum tempus ad eam rem tulit, sivi, animum ut expleret suum.
Nunc haec dies aliam vitam affert, alios mores postulat.
Ibid. sc. 3. Quo jure, quaque injuria praecipitem me in pristinum dabit.

Jambici tetrametri, sive octonarii catalectici.

Ad octavum pedem desideratur syllaba: septimo loco jambum habent, quam excipit postrema syllaba. cetera in his exige ad jambicorum normam, ut

Cum diva mater alites ostendit occinentes. Catull.
Nam si remittent quidpiam Philumenae dolores. Ter.
Male metuo ne Philumenae magis morbus aggravescat. Id.

Primo hujus postremi versus loco proceleusmaticus est, in quinto anapaestus, elisa s littera. Apud Ter. saepe postrema sede non solum tribrachym pro jambo habet, sed et spondaeum, ac si esset catalecticus scazon, immo et interdum dactylum: de qua re alibi.

Ad trochaicos accedamus, in quibus vix in usu sunt alii praeter catalecticos tum dimetros, tum tetrametros.

Trochaici dimetri, sive quaternarii catalectici.

Ad quartum pedem desideratur syllaba: tertio loco

trochaeus est, deinde syllaba: in ceteris trochaici leges servant, ut

Non ebur, neque aurum. Truditur dies die.	Hor. puri trochaei.
Fata, si liceat mihi. Quidquid excessit modum. Pendet instabilis loco.	Sen. mixtis aliis pedibus.

Trochaici tetrametri, sive octonarii catalectici.

Ad pedem octavum desideratur syllaba: pes septimus trochaeus, post quem syllaba: in ceteris trochaicorum sequuntur normam. Hi adstrictiores sunt apud hymnographos, ut apud Prudentium

Corde natus ex parentis ante mundi exordium.
Quidquid est virtutis usquam, psallat in laudem Dei.

Non adeo apud tragicos, ut

Pallidi fauces averni, usque taenarei specus. Seneca.

Sexto loco dactylus est. Idem

Impium rapite, atque mersum premite perpetuis malis.

In primo, tertio, et septimo locis imparibus trochaeus. in quinto tribrachys, in secundo, et sexto dactylus, in quarto spondaeus, omnia ex trochaicorum legibus. Liberrimi iidem apud comicos, ut apud Terentium

Audivi Achillis jamdudum, Lesbiam adduci jubes.
Dii boni, boni quid porto? sed ubi inveniam Pamphilum?
Audin' tu illum, toto me oppido exanimatum quaerere?

In versu primo, et tertio primi, tertiique pedes spondaei; in secundo versu quintus pes anapaestus: in tertio dactylus: id totum ex comica libertate. Hi enim pedes in tragaedia locis imparibus non admittuntur.

I. Porro in jambicis acatalecticis dimetri frequentes sunt apud lyricos, praesertim hymnographos: trimetris acatalacticis omnes paene tragoediae, et commoediae conscriptae sunt: tetrametri acatalectici in comoedia satis usitati: in tragoediis his semel, ac paucis utitur Seneca Lyrici, praesertim hymnographi, in duos dimetros eos dissolvunt.

II. *Catalectici* vero haud raro sunt jambici, sive trimetri, ut Hor. Trahuntque siccas machinae carinas. Sive tetrametri, ut Ter. Hecyr. act. 2.

Laches, et diligentiam vestram, et benignitatem.
Novi, et quae dicis, omnia esse, ut dicis, in animum
induco.

Prior est tetrameter catalecticus rectus, posterior catalecticus scazon; ille in postrema sede, quae ultimam syllabam antecedit, jambum habet, hic spondaeum: in voce *dicis* posteriore eliditur 's cum vocali praecedente, nisi sit proceleusmaticus.

III. In trochaicis acatalectici non sunt in usu. Catalectici non raro sunt dimetri. Hor. Non ebur, neque aurum. Sen. Daedalus librans iter, nube sub media stetit. Frequentissimi sunt trochaici tetrametri catalectici tum apud comicos: Ter. Andr. act. 2. Quid igitur sibi vult pater? cur simulat? ego dicam tibi. Si id succenseat nunc, quia non det tibi uxorem, Chremes. Tum apud tragicos: Sen. Torpor insidet per artus, frigidus sanguis coit. Tum apud hymnographos, ut Pange lingua gloriosi praelium certaminis.

IV. Trochaicos trimetros catalecticos vix invenies. Ejus tamen generis videntur nonnulli, qui multos torserunt, apud Ter. Andr. act. 4. sc. 1. ut

Hocci ne cre dibile est, aut memo rabil e,
Tanta vecor dia inna ta cui quam ut si et,
Ut malis gau deant, at que ex in commo dis
Alteri us sua compar ent ut commo da? ah.

Primi versus pes secundus spondaeus est: ubi *ne* enclitica positione sequentis dictionis producitur. In secundo *vecor* spondaeus quoque est. Ov. 12. Met. Quae te vecordia, Theseu: et in Ibin. Mens quoque si furiis *vecors* agitetur. *Dia inna* spondaeus etiam est: ex *dia* eliditur primo a per synaloephem; deinde *di* in unam syllabam *dii* contrahitur; ut iidem, Dii, et alia. In tertio versu *deant at* spondaeus est, *deant* syllabis in unam contractis. Vide c. 11. de synaeresi. Donatus ait legi etiam *gaudeat*; et tunc *deat at* anapaestus erit. Verior est prior lectio. In eodem versu aliqui legunt: Ut malis gaudeant alienis: sed vox *alienis* glossema est: nam nec legitur apud Donatum, et versum corrumpit, et satis intelligitur in voce *alterius* sequentis versus.

V. Brachycatalecticorum, et hypercatalecticorum perquam rara sunt exempla, eaque ex comicis fere petenda. Verum apud Horatium jambicus est dimeter hypercatalecticus: Silvae laborantes, geluque. Cujus generis apud ipsum plurimi. Cui ut pondus adderet, tertio loco perpetuo spondaeum attribuit.

Verum haec tyronibus satis, qui nonnisi in hexametris, et pentametris, et nonnullis lyricis initio exercendi sunt.

CAPUT XI.

DE FIGURIS QUAE SPECTANTUR IN CARMINUM DIMENSIONE

Versus metimur pedibus, quibus metiendis non parum prodest syllabae communis, necessitatis metricae, licentiae poeticae, figurarumque cognitio. De tribus primis cap. 7. et 8. diximus, superest ut de figuris dicamus quae in dimensione carminum observandae sunt.

Figurae in metri dimensione observandae.

Syllaba de gemina facta una, synaeresis esto:
Distrahit in geminam huic adversa diaeresis unam.
M ecthlipsis, vocalem haurit synaloepha priorem.
Ectasis extendet, rapiet sed systola vocem.

SYNAERESIS

Synaeresis, quae et episynaloephe, et synecphonesis appellatur, est syllabarum duarum in unam contractio, Quod fit, cum duae vocales, ut *ai*, *au*, *ea*, *ee*, *ei*, *eo*, *eu*, *ia*, *ie*, *ii*, *io*, *iu*. *oa*, *oe*, *oi*, *oo*, *ou*, *ua*, *ue*, *ui*, *uo*, *uu*, aut si quae sunt aliae, in unam syllabam contrahuntur.

I. Ai Ter. Andr. act. 2. sc. 7. *Ait* nimium parce facete sumptum. S. Me ne? D. Te. *Ait nimi* dactylus est in senario. Et act. 5. sc. 3. *Ain'* tandem, civis, Glycerium est? P. Ita praedicant. Senarius est.

II. Au Terent. Eun. act. 4. *Hau*, obsecro mea Pythias, quid istucnam monstri fuit? jambicus est. Sic *aut*, et *haud* passim; nisi quis malit has esse dipthongos.

III. Ea Georg. 4. *Alvearia* vimine texta. AEn. 1. *Aurea* composuit sponda. AEn. 10. Una, *eademque* via. Lucr. lib. 3 Quid *respondeamus*, si justam intendere litem, Ibid. Corpore qui nostro rarus magis *eam* cohibescit. Ecl. 7. Miratur et Ismarus *Orphea*. Met. 3. Dejecerat igne *Typhoea*. Hor. l. 2. Sat. 3. Vitiis, albumque nec *ostrea*. Mart. l. 2 Tumidique *anteambulo* regis. Sic *antehac*, *usqueadeo*, et cet.

IV. Ee AEn. 7. Trojaeve opulentia *deerit*. Lucr. l. 1. Communi *desse* saluti. Ib. Uvescunt *eaedem* dispansae. AEn. 12. *Comprehensamque* tenet. Catul. epigr. 25. *Deprehensa* navis in mari: jambicus est. Hor. l. 2. ep. 2. *Vehemens*, et liquidus, puroque simillimus amni. Cic. Arato. Gestit: jam vero clinata est ungula *vehemens*. Lucr. l. 3. Verum ubi *vehementi* magis est commota metu mens. Ecl. 7. Vir gregis ipse caper *deerraverat*.

V. Ei AEn. 2. *Hei* mihi qualis erat? AEn. 1. Pendent lychni laquearibus *aureis*. AEn. 6. *Ferreique* Eumenidum thalami. AEn. 12. Clype; mora profuit *aerei*. AEn. 1. Furias Ajacis *Oilei*. Sic *Ulyssei*, *Achllei*, *Terei*, *Psomethei*, *Ilionei*, et cet. Stat. l. 1. *Dehinc* sociare choros. AEn. 5. Cedere *deinde* jubet. Lucr. l. 2. Nunc age jam *deinceps*. AEn. 2. Qui splendore nives *anteirent*. Lucr. l. 4. Vel *aranei* tenuia fila. Hor. l. 2. Od. 7. *Pompei*, meorum prime sodalium. Idem lib. 1. ep. 7. Durus ait *Vultei* nimis, et cet. Ecl. 3. A flumine *rejice* capellas. Lucr. l. 3. Non radicitus e vita se tollit, et *ejicit*. His postremis ei contrahitur, eliso prius i altero a verbis *rejice*, et *ejicit*. Lucill. apud Lact. l. 6. c. 3. Virtus quaerendae finem *rei* scire modum.

VI. Eo AEn. 7. Assuetae ripis volucres, et fluminis *alveo*: sic *aureo*, et similia. AEn. 12. Uno, *eodemque* tulit partu. Ecl. 7. Uno, *eodemque* igni. Prop. lib. 2. El. 8. Hoc *eodem* ferro. Idem l. 4. El. 7. *Eosdem* habuit secum. AEn. 5. Sergesto, *Mnestheoque*. AEn. 9. Imposta *Typhoeo* Sic *Orpheo*, *Tereo*, *Enipeo*, et cet. Luc. l. 1. Corporis officium est, quoniam premere omnia *deorsum*. Catull. ep. 20. Manumque *seorsum* habebis, hoc tibi expedit: jambicus est. Luc. l. 3. Ne calor, et ventus *seorsum seorsumque* potestas. Idem

lib. 4. *Seorsus* item sapor oris habet vim, *seorsus* odores.

VII. Eu Æn. 6. *Heu* pietas, *heu* prisca fides; semper contrahitur, quamvis duae sint syllabae, quia graece ευ

VIII. Ia AEn. 6. Bis patriae cecidere manus, quin protinus *omnia* Perlegerent, et cet. sic legunr Macrob. et Prisc. Nec dactylus sexta in sede est, ut nec Ecl. 7. Miratur et Ismarus *Orphea*. nec Met 7. Dejecerat igne *Typhoea*. Hor. l. 1. Sat. 7. *Vindemiator*, et invictus cui saepe viator. AEn. 4. *Sidonias* ostentat opes. Primus pes in his duobus extremis versibus est spondaeus: quia *vindemia*, et *Sidonis* secundam producunt. AEn. 11. *Semianimes* volvuntur equi.

IX. Ie Æn. 5. Haerent *parietibus* scalae. AEn. 9. *Abietibus* juvenes patriis. AEn. 11. Transverberat *abiete* pectus. AEn. 12. Pulsabant *ariete* muros Sil. l. 3. *Arietat* in primos. Prop. l. 3. el. 18. Induit *abiegno*. Id. l. 4. el. 1. Laeserat *abiegni*. Lucr. l. 4. *Excierunt*, ne forte animas Acheronte reamur. Idem lib. 5. Ignis enim superavit, et *ambiens* multa perussit. Hor. l. 2. Sat. 8. Ut *Nasidieni* juvit te coena beati. Terent. Andr. act. 1. Propterea quod *serviebas* liberaliter; *servie* spondaeus est quod postea scribi coeptum est *servibas*. Hinc illa *audibant*, *nutribant*, *lenibant*, et similia, de quibus lib. 1. c. 9. schol. 1. ab *andiebant*, *nutriebant*, *leniebant*.

X. Ii Tib. l. 4. Incipe, non *iidem* tibi sunt. Sic *iisdem*, etc. AEn. 3. *Dii* maris, et terrae. Sic *Diis*. Luc. l. 1. Nil igitur fieri de *nihilo* posse putandum est. Ibid. Haud igitur possunt ad *nihilum* quaeque reverti. Idem lib. 4. Ut quod *aliis* cibus est, aliis fuit acre venenum. Priore loco *aliis* bisyllabum est. Mart. l. 7. *Denariis* tribus invitas. AEn. 3. *Connubiis*, arvisque novis. Primi pedes spondaei sunt, quia *denarius*, et *connubium* secundam producunt. Hor. l. 3. Od. 8. Vis *consilii* expers mole ruit sua. Luc. l. 2. Ut primum fortuna *rediit*. Luc. l. 6. Peulatim quasi quid pugno, *brachiique* superne. Prop. l. 4. el. 1. Tunc animi venere *Decii*, Brutique secures. Luc. l. 1. de Fin. Municipem *Pontii*, *Titii*, *Annii*, centurionum.

Sic *peculi*, *oti*, *auxili*, et similia per synaeresim sunt ab integris *peculii*, etc. Sic plerique scribunt *Di*, et *Dis* pro *Dii*, et *Diis*. Vide Pierium. Virg. Ecl. 5. Pauperis et *tuguri*. AEn. Ille urbem *Patavi*.

XI. Io AEn. 1. *Connubio* jungam stabili: *connubium*, ut diximus, secundam producit. AEn. 8. *Semihominis* Caci. Georg. 4. *Stellio*, et lucifugis. Sic in omnibus codicibus legi testatur Pierius. Nec tamen, ut ipse putat, pes primus creticus est, sed spondaeus synaeresi.

XII. Iu Hor. l. 3. Od. 4. Vos lene *consilium* et datis, et dato, etc. Ibid. ~~Od.~~ 6. Hinc omne *principium*. huc refer exitum. In his *consilium*, et *principium* voces sunt trisyllabae producuntque secundam, quia in ea syllaba fit caesura. Georg. 4. Magnanimosque duces, *totiusque* ex ordine gentis. Haec est antiqua, et verior lectio. AEn. 3. Enceladi *semiustum* fulmine corpus. Lucr. lib. 5. Imbecillorum esse aequum misererier *omnium*. Id lib. 2. Denique caelesti sumus omnes semine *oriundi*. Catul. Flos *veronensium* depereunt juvenum.

XIII. Oa Lucr. lib. 2. Tandem *coaluerint* ea, quae, etc. Lib. 5. Et simul, ecquae sit finis, *quoad* moenia mundi. Hor. lib. 2. Sat. 3. Heredes voluit, *quoad* vixit.

XIV. Oe Ter. Heaut. *Ohe*, jam desine Deos, uxor, gratulando obtundere. *Ohe jam* spondaeus est in trochaico.

XV. Oi AEn. 11. *Proinde* tona eloquio. Lucr. l. 1. Nam sive est aliquid, quod *prohibeat* officiatque. Juv. Sat. 2. *Stoicida*, quid enim falsi, etc. Primus pes spondaeus est, cum *stoicida* producat penultimam.

XVI. Oo Lucr. l. 5. per terras omnes, atque oppida *cooperuisse*. Id. l. 6. *Cooperiant* maria.

XVII. Ou Hor. lib. 2. Sat. 6. Pasco libatis dapibus, *prout* cuique libido est.

XVIII. Ua AEn. 9. *Suadet* enim vesana fames AEn. 6. Et metus, et *malesuada* fames. Lucr. lib. 2. *Suave* mari magno. Sic *suaviter*, *suavior*, *suaviloquens*, *suavidicus*, etc. AEneid. 5. *Genua* labant. Lucr. l. 4. Atque

aliis *extenuatur*. Sil. l. 6. Cetera *sinuatis* glomerat sub pectore gyris. Id. l. 10. *Sinuatur*, coxaque sedet munimen utraque: *sinuatis*, et *sinuatur* trisyllaba sunt, et primam positione producunt, quia v consonans est: alioqui quadrisyllaba primam corripiunt, etim *sinus*.

XIX. Ue Lucr. lib. 2. Lanigerae pecudes, et equorum *duellica* proles. Tibul. l. 2. el. 5. Haec *fuerunt* olim. Sil. l. 8. *Terruerunt* pavidos. Georg. 2. *Miscueruntque* herbas. Hor. l. 1. Sat. ult. Virg. *Annuerunt*. Georg. 4. Precibus *mansuescere* corda. Ovid. Trist. 3. Fiat *mansuetior* ira. Lucr. l. 4. *Tenuem* animi naturam intus. AEn. 3. Cursu succedere *sueti*. Ecl.5. Candidus *insuetum*. Georg. 3. Servitio *assuerint*. Sic *assuetus*, *consuesco*, *consuetus*, *desuetus*, etc.

XX. Ui Hor. l. 1. Sat. 2. Nec magis *huic* inter niveos. Tib. l.2. *Cui* decorant sanctas. Id. l. 4. Quam nudasse *alicui* sit mihi fama magis. Sic composita alia, ut *cuiquam*, *cuiquam*, *cuicumque*, etc. Hor. lib. 1. ep. 1. Praecipue sanus, nisi cum *pituita* molesta est: *pituita* primam producit Catul. in phaleucio, Mucusque, et mala *pituita* nasi. Luc. 1. de Fin. *Maluisti* dici. Georg. 1. *Tenuia* nec lanae. Lib. 2. *Tenuis* ubi argilla. Dactylum primo loco, quam proceleusmaticum malo; nec in heroico peregrinos pedes agnosco: alioqui anapaestuis fuerit in hoc Lucr. lib. 3. Namque movetur aqua, et tantillo nomine *fluitat*. Et lib. 4. Quippe etiam ventus subtili corpore *tenuis*. Ibid. Atque aliis *extenuatar*, tabetque vicissim. Sic in *abiete*, *parietibus*, *ariete*, ac similibus dactylos agnosco potius, quam proceleusmaticos, ne anapaestum admittam in his quoque. Prop. lib. 3. Induit *abignae*; et lib. 4. Laeserat *abiegni*, etc. Sicut enim consonantes j, et v fiunt interdum vocales per diaeresim, ut *subiectus*, *dissoluo*, ut mox dicemus. ita cum vocales sunt, fiunt per synaeresim consonantes.

XXI. Uo Cic. 1. de Div. *Duos* consanguineos arietes inde elegi. Senarius est. Lact. de Phoen. *Duodecies* undis irrigat omne nemus.

XXII. Uu Mart. lib. 2. Sed duo sunt, quae nos distinguunt millia *passuum*. AEneid. 6. Per campos

pascuntur equi, quae gratia *curruum*. Nisi forte in hoc *um* a sequentis versus vocali *armorumque* absorbeatur.

XXIII. Liberiores in contractionibus comici. In solo prologo, hae praeterea voces multa ex supra positis, et scena prima Andriae, praeterea contrahuntur, *spei fuisse*, *fuit*, *mihi*, *eo pacto*, *liberius*, *eorum*, *ejusmodi*, *scias*, *sua*, *nuptiis*, *nihil*, *tuum*. Aliis in locis innumerabiles.

XXIV. In superiorum contractione et auctoritate opus est, et deletu. In his, quoniam apud poetas passim obvia sunt, contractione omnibus uti licet: *aut*, *haud*, *antehac*, *anteire* *usqueadeo*, *deest*, etc. *prehendo*, *comprehendo*. etc. *hei*, *dein*, *dehinc*, *deinde*, *deinceps*, *deorsum*, *seorsum*, *mansuetus*, *mansuesco*, etc. *heu*, *ii*, *iis*, *iidem*, *iisdem*, *Dii*, *Diis*, *semianimis*, *semihomo*, *semiustus*, *proinde*, *suadeo*, *persuadeo*, etc. *suavis*, et cognatis *suetus*, etc. et compositis *insuetus*, etc. *huic*, *cui*, *cuique*, ceterisque compositis.

XXV Quamquam ex his nonnulla non contracta reperiuntur. AEneid. 12. Frenisque adversa *prehendit*. AEn. 5. Visa *dehinc* caelo. Lucr. lib. 2. Quin vacuum per inane *deorsum* cuncta ferantur. Et l. 3. Docui divisa *seorsum*. Catul. ep. 4. Nec ulla vota littoralibus *Diis*. Idem ep. 20. *Proin* viator hunc Deum vereberis Virg. epigr. Olus. *Suave*, multiplex herbae genus. Jambici tres sunt. Lucr. l. 4. Atque alios alii irrident; Veneremque *suadent*. Hor. l. 1. Sat. 7. Furesque, feraequae *suetae*. Luc. 1. Appellare *suemus*. Mart. l. 2. Sed norunt *cui*, serviunt leones. Phaleucius est. Manil. l. 4. Sic erit et sedes fugienda, petenda *cuique*. Et alia.

Diaeresis, *sive dialysis.*

Diaeresis est syllabae unius in duas divisio, ut *aurai* trisyllabum pro aurae dissyllabo: *silu ae*, *evoluam*, *evolu isse*, *dis soluo*; *per solu endus*; *subi ecta*; *Tro ia*; *iam* dissyllabum apud comicos, pro silvae. evolvam. evolvisse, dissolvo, persolvendus, subjecta. Trojae. jam. et alia.

AEn. 6. AEthereum sensum, atque *aurai* simplicis ignem.

Hor.epod. 13. Nivesque deducunt Jovem. Nunc mare, nunc *sylu ae.*

Catull. Condita cum vere pectoris *evolu am.*

Ov. in ep Debuerant fusos *evolu isse* suos.

Catul. de Coma. Pristina vota novo munere *dissolu o.*

Ov. Heroid. ep. 5. Nunc quoque, te salvo, *per solu-enda* mihi.

Sen. Hipp. Si qua ferventi *subi ecta* cancro est.

Id. Troad. Misit infestos *Tra ia* ruinis. Sapphici sunt.

Plaut. Asin. Prol. Hoc agite sultis, spectatores, nunc *i am.*

Id. act. 1. sc. 21. Qui mihi auscultabant facient obsequelam, *i am.* Senarii sunt.

Ter. Andr. act. 2. Profer, dum proficiscor aliquo, ne videam.

Pl. Audi *nunc i am.* Trochaicus est tetrameter catalecticus constans e spondaeo, dactylo, trochaeo, anapaesto, dactylo, spondaeo, trochaeo, et syllaba.

SYNALOEPHE

Synaloephae est figura qua vocalis, aut diphthongus praecedentis dictionis a sequenti excipitur, et quodammodo absorbetur.

AEn. 2. *Conticuere* omnes, *intentique* ora tenebant.

AEn. 10. *Dardanidae* e muris, spes addita suscitat iras.

Exceptio.

O, et *heu*, sequente vocali, aut diphthongo, integra manent. Sic etiam *ah*, *hei*, *hui*, *cui* contractum non videntur elidi, sequente vocali.

AEn. 10. O pater, *o* hominum, Divûmque aeterna potestas.

Stat. Theb. 5. *Heu* ubi siderei vultus, ubi verba ligatis.

Appendix I.

Interdum nec vocalis, nec diphthongus a sequenti vocali excipitur.

Georg. *Glauco*, et Panopoeae et Inoo Melicertae.

AEn. 1. Posthabita coluisse *Lamo*, hic illius arma.

Quo tamen loco, aliisque multis quidam h habere vim consonantis putant, ut supra diximus.

Sed id multo rarius accidit, si vocalis brevis sit.

Æn. 1. Et vera incessu patuit *Dea*: ille ubi matrem.

Appendix II.

Synaloephe non solum in eodem carmine, sed in diversis etiam locum habet.

Georg. 3. Et spumas miscent argenti, vivaque *sulphura*, Idaeasque pices.

Georg. 2. Inseritur vero ex fetu nucis arbutus *horrida*:
Et steriles platani malos gessere valentes.

In his, ac similibus locis ultima vocalis praecedentis versus excipitur atque absorbetur a prima sequentis.

ECTHLIPSIS.

Ecthlipsis est figura, qua m littera simul cum vocali praecedenti eliditur ob sequentem vocalem.

Æn. 3. *Italiam*: Italiam primus conclamat Achates.

Pers. sat. 1. O curas *hominum*, o *quantum* est in rebus inane!

Appendix I.

Prisci m litteram cum vocali correpta servabant.

Lucr. l. 1. *Corporum*, atque loci, res in quo quaeque gerantur.

De qua re supra diximus, cum de m in fine ageremus.

Appendix II.

Ecthlipsis etiam in diversis carminibus locum habet.

Æn. 7. Jamque iter emensi turres, ac tecta *latinorum*
Ardua cernebant juvenes, murosque subibant.

Georg. 1. Aut dulcis musti Vulcano decoquit *humorem*,
Et foliis undam tepidi despumat aheni.

Appendix III.

Prisci poetae s litteram passim, etiam sequente consonante, elidebant: quod si deinde concurrerent vocales, prior a posteriore per synaloepham excipiebatur.

En. Ann. 7. *Doctus* fidelis, suavis homo, *facundus*, suoque
Contentus, atque beatus, *scitus*, secunda loquens in
Tempore, commodus, et verborum vir paucorum.

Doctu' si, cundu' su dactyli sunt. In secundo versu ex primo verbo exteritur s, deinde fit synaloepha sic, *Content' atque beatus*. Rarissime apud posteriores poetas videas hanc litteram extritam.

Cic. in Arat. Delphinus jacet haud nimio *lustratus* nitore.

Alcinous. Longe erit a primo *quisquis* secundus erit. Lustratu', et quisqu' amittunt s.

SYSTOLE.

I. Systole est, cum syllaba natura longa corripitur.

Æn.6. Illae autem, paribus quas *fulgere* cernis in armis.

Æn.8. *Fervere* Leucaten, auroque *effulgere* fluctus.

Huc spectant illa *steterunt*, *tulerunt*, *profuerunt*, *prodiderunt*, *occiderunt*, et similia correpta saepe penultima, ut diximus cap. 5. de incremento e in verbis: et cap. 8. de necessitate metrica.

II. Aut positione longa, sed altera consonante extrita, ut *obicis* pro objicis; *abici* pro abjici.

Luc.l.8. Cur *obicis* magno tumulum, manesque vagantes?

Ov. de Pont. 2. Eleg. 3. Turpe putas *abici*, quia sit miserandus, amicum. Vide cap. 2. praecepto 3. de positione.

ECTASIS SIVE DIASTOLE.

I. Ectasis est, cum syllaba natura brevis simpliciter producitur.

Æn. 1. *Italiam* fato profugus, lavinaque venit.

II. Aut cum eadem consonans geminatur, ut *relligio*, *relliquiae*, *repperit*, *rettulit*.

Æn.2. *Relligione* patrum multos servata per annos.

Æn.1. Troas *relliquias* danaûm, atque immitis Achillis.

Idem. Vir bonus, et sapiens, qualem vix *repperit* unum.

Hor. l. 2. ep. 1. *Rettulit* acceptos, regale numisma, Philippos.

Luc.l.1. *Reppulit* a libycis immensum syrtibus aequor.

III. Durius illud vix imitandum apud Lucr. lib. 1. *Redducit* Venus, aut *redductum* daedala tellus.

Hor.l.1. Sat.3. Dii tibi dent capta classem *redducere* Troja.

Duriora et illa, quae interdum sunt apud Luc. *Reccidere*, *reffugisse*, *rellatum*, *remmota*, et cet.

CAPUT XII.

DE CÆSURA

I. Si pedes, praesertim versus heroici, e singulis verbis constent, ineptum et insulsum fit carmen, ut Aurea scribis carmina, Juli, maxime vatum.

II. Contra si verba connectantur, ita ut mutuo amplexu pedes alii ex aliis pendeant, pulcherrimus efficitur versus.

Ibid. Non ignara mali miseris succurrere disco.

Ibid. Justitiaque dedit gentes frenare superbas.

III. Syllaba, quae ex dictione caeditur, ac post quemvis pedem relinquitur, vulgo caesura dicitur: cujus tanta vis est, ut ejus beneficio brevis syllaba producatur. Est enim quoddam in ipsa divisione verborum latens tempus: nam dum moramur, atque ad alia transimus, versus intervallum unum. spatiumque lucratur.

Ecl. 4. *Terrasque*, tractusque maris, caelumque profundum.

Ecl. 1. Tityrus hinc *aberat*; ipsae te, Tityre, pinus.

Æn. 10. Una, eademque via *sanguis*, animusque sequuntur.

Ecl. 10. Ulla moram fecere, neque *aonia* Aganippe.

Vides, ut syllabae natura breves post primum, secundum, tertium, et quartum pedem producantur: hoc caesurae acceptum referri debet.

Appendix.

Anapaestici versus optimi putantur, si pedes singuli e singulis fiant verbis.

Sen. Thyest. Tertia misit buccina signum.

Idem ibid. Nondum serae nuncius horae.

Idem ibid. Curvo brevius limite currens.

De pentemimeri, hephthemimeri, et cet.

I. Veteres grammatici versum heroicum in quatuor partes secant, quas sectiones sive caesuras appellant:

pentemimerim, trochaicam, hephthemimerim, et bucolicam, sive tetrapodiam.

II. Pentemimeris, latine semiquinaria, constat ex duobus pedibus, et syllaba, quae dictionem claudat.

AEn. 1. Arma, virumque cano.

III. Trochaica post duos pedes habet trochaeum, qui dictionem terminet, ut

AEn. 1. Quidve dolens regina: et Insignem pietate.

IV. Hephthemimeris, latine semiseptenaria, continet tres pedes, et syllabam, quae dictionem finiat, ut

AEn. 1. Ast ego, quae Divûm incedo.

V. Bucolica, seu tetrapodia fit, si semiseptenariae duas breves adjunxeris, ut

AEn. 1. Inferretque Deos Latio: genus.

Quae quamvis propria sit bucolici carminis, eaque Theocritus frequentissime utatur, tamen Virg. non solum in bucolicis haud raro utitur, ut Namque erit ille mihi semper Deus: sed etiam in AEn. 1. ut Quam Juno fertur terris magis. Hic currus fuit: hoc regnum Dea. Vela dabant laeti, et spumas satis. Talia flammato secum Dea. Verum bucolici carminis magis proprius est quartus pes dactylus integra dictione constans, ut cernere est apud Theocritum: quale illud Virgilii. Nos patriae fines, et dulcia. Nos patriam fugimus, tu Tityre.

Appendix.

Versus, qui heroico nomine digni censentur, modo caesuram unam habent, e. g. Hinc Drepani me portus, et illaetabilis ora. Panditur interea domus omnipotentis Olympi. Turnus ut infractos adverso Marte latinos. Omnes solam semiquinariam habent.

Modo duas, ut Non omnes arbusta juvant, humilesque myricae. Infandum, regina, jubes renovare dolorem. Excutiens cervice toros, fixumque latronis. Omnes trochaica, et semiseptenaria constant.

Modo tres, ut Priamides Helenus multis comitantibus affert. Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa. Terram inter fluctus aperit, furit aestus arenis. Omnes et semiquinariam, et semiseptenariam, et bucolicam habent.

CAPUT XIII.

DE PATRONYMICIS NOMINIBUS.

I. Propria poetarum sunt quae grammaticis patronymica vocantur, quod a patrum, majorumque nominibus facta filium, aut filiam, nepotem, aut neptem, aut ex posteris aliquem significent. Haec fere a graecis nominibus fiunt, atque in *des*, vel *as*, vel *is*, vel *ne* exeunt.

II. Prima in *des* masculina sunt, et primae declinationis, ut *Pelides*, Achilles Pelei filius.

Ov. in Epist. *Pelides* utinam vitasset Apollinis arcus.

AEacides, Achilles idem AEaci nepos.

AEn. 1. Saevus ubi *AEacidae* telo jacet Hector, ubi ingens.

AEacides etiam Pyrrhus epirotarum rex ab AEaco originem trahens.

AEn.6.Ipsumque *AEacidem* genus armipotentis Achillei.

Tria reliqua foeminina sunt. Et quidem duo in *as*, et in *is* quintae apud graecos, tertiae apud latinos declinationis sunt. Ultima in *ne* secundae apud graecos, primae apud latinos, ut *Thestias*, Althaea Thestii filia.

Met. 8. *Thestias* haud aliter dubiis affectibus errat.

Thaumantias, Iris Thaumantis filia.

AEn.9.Ad quem sic roseo *Thaumantias* ore locuta est.

AEolis, *idis*, Alcyone AEoli filia.

Met. 11. *AEolis* interea tantorum ignara malorum.

Atlantis, *idis*, Electra Atlantis filia.

AEn.8. Electra, ut grai perhibent, *Atlantide* cretus.

Nerine, *Nerines*, Galatea filia Nerei.

Ecl.7. *Nerine* Galatea, thymo mihi dulcior Hyblae.

Appendix I.

I. Patronymica non solum a patribus, avis, proavis, abavis, atavis, tritavis, aliisque majoribus deducuntur, sed etiam a matribus, ut Iliades, Romulus ab Ilia: *Philyrides*, Chiron centaurus o Philyra: *Lathois*, *idis*, vel *idos*, Diana a Latona.

Met.14. Clauserat *Iliades*, unam tamen ipsa reclusit.

Met 7. *Phylirides* puerum cithara perfecit Achillem.

Met.8. Praeteritas cessasse ferunt *Latoidos* aras.

II. Item a fratribus, ut *Phoronis*, Io, seu Isis Phoronei soror: *Phaethontias*, soror Phaethontis.

Met. 1. Nec superûm rector mala tanta *Phoronidos* ultra.

Ecl.6. Tum *Phaethontiadas* musco circumdat amara.

III. A regibus praeterea, et conditoribus, ut *romulidae*, romani a Romulo: *dardanidae*, trojani a Dardano: *aeneadae*, ab AEnea: *cecropidae*, athenienses a Cecrope: iidem *thesidae*, a Theseo.

Pers. *Romulidae* saturi. quid dia poemata narrent.

AEn. 5. *Dardanidae* magni, genus alto a sanguine Divûm.

AEn.3. *AEneadesque* meo nomen de nomine fingo.

Met.7. *Cecropidas* duxit, cum queis simul ipse resedit.

Georg. 2. *Thesidae* posuere, atque inter pocula laeti.

Appendix II.

IV. Multa a regionibus, urbibus, montibus, fontibus, fluviis, aliisque rebus fiunt, quae formam quidem patronymicam habent, re autem vera gentilia sunt, aut pro possessivis, adjectivisque nominibus ponuntur, ut *Asis*, *Italis*, *Libystis*, *Ausonis*, *Sarmatis*, *Sithonis*, *Colchis*, *Thessalis*, *Sicelis*, *Sidonis*, *Ilias*, *Troas*, *Erymanthis*, *Moenalis*, *Pieris*, *Tritonis*, *Pegasis*, *Phasis*, *Phoebas*, *dos*, fatidica Phoebi sacerdos.

Ov. Met 9. AEgeas metiris aquas, et in *Aside* terra.

Sil. l. 7. Ad quem Cymodoce, nympharum maxima natu *Italidum*, et cet.

AEn.5. Horridus in jaculis, et pelle *Libystidis* ursae.

Fast.2. Captaque erat lyricis *Ausonis* ora sonis.

Trist. 1. *Sarmatis* est tellus, quam mea vela petunt.

Id. ep. Nec vehit actaeas *Sithonis* unda rates.

Hor. epod 16. Neque impudica *Colchis* intulit pedem.

AEn. 1. Crinibus *Iliades* passis, peplumque ferebant.

Met.13. *Troades* exclamant, obmutuit ille dolore.

Trist.3. Cumque truci Borea *Moenalis* ursa videt.

Id. ep. *Pegasis* OEnone phrygiis celeberrima silvis.

Id. Fast. Credulus immerita *Phasida* fovit ope.
Lucan. l. 1. Limine terrifico metuens consistere *Phoebas.*

Patronymica masculina quo pacto formentur.

Praeceptum I.

Nomina *a* finita assumunt *des* syllabam, ut Ilia, *Iliades*: *as* terminata assumunt *de* syllabam ante *s*, ut AEneas, *Æneades*; Pheraetias, *Pheroetiades.*

Met. 8. Cumque *Pheroetiade*, et hyantaeo Jolao.

Exceptio.

A finita nonnunquam ipsum a mutant in i, ut Philyra, *Philyrides. As* terminata interdum i ante a assumunt, Amyntas, *Amyntiades*, Philippus Amyntae filius.

Ov. in Ibin. Aut ut *Amyndiatem* turpi dilectus amore. *Æneides*, Julus AEnae filius fit a graeco A'ινείας sublato a, ut AEneades, *AEneides.*

Virg. AEn. 9. Sit satis, *AEneide*, telis impune Romanum.

Praeceptum II.

Es finita mutat *es* in *ades*, ut Hippotes, *Hippotades*, AEolus Hippotae filius.

Met. 4. Clauserat *Hippotades* aeterno carcere ventos.

Exceptio.

Haec saepe i ante a admittunt, ut Anchises, *Anchisiades*; Laertes, *Laertiades.*

AEn. 8. AEneas *Anchisiades*, et fidus Achates.

Met. 13. Saxa moves gemitu, *Laertiademque* precaris.

Praeceptum III.

Nomina secundae declinationis *us* finita in genitivo assumunt *des* syllabam penultima brevi, ut Æacus, Æaci, *Æacides*: sic *Priamides*, *Æolides*, *Tantalides* a Priamo, AEolo, Tantalo.

Met. 13. *Priamidemque* Helenum rapta cum Pallade captum.

Æn.6 Misenum *Æolidem*, quo non praestantior alter.

Ov. in Ibin. *Tantalides* tu sis, tu tereique puer.

Exceptio I.

Nonnulla penultimam habet longam, ut *Belides*, *Lycurgides*, *Amphiaraides*.

Æn. 2. *Belidae* nomen Palamedis, et inclita fama.

In Ibin. Quique *Lycurgiden* laceravit ab arbore natum.

Fest. 2. *Amphiaraides* naupactaeo Acheloo.

Exceptio II.

Quae a nominibus secundae declinationis fiunt, interdum etiam ante *des* syllabam a litteram recipiunt, ut Battus, *Battiades*: Asopus, *Asopiades*. Si vero in *ius* exeunt, posterius i genitivi in a mutant, ut Menoetius, Menoetii, *Menoetiades*; Thestius, *Thestiades*; Nauplius, *Naupliades*.

Ov. in Ibin. Nunc quo *Battiades* inimicum devovet Ibin.

Met. 7. Huic *Asopiades* petis irrita, dixit, et urbi.

Ep. 1. Sive *Menoetiadem* falsis cecidisse sub armis.

Met. 8. *Thestiadae* clamant, nec te fiducia formae.

Met. 14. Sed neque *Naupliades* facinus defendere tantum.

Japetionides ab Japeto, pro *Japetides* longius a norma recessit.

Met. 4. *Japetionides* Atlas fuit, ultima tellus.

Praeceptum IV.

Genitivus nominum in *eus* assumit *des* syllabam penultima longa. E enim, et i vocales in i longum, vel ei diphthongum contrahuntur, vel ει more graecorum, ut a plerisque scribitur: e. g. Atreus, Atrei, *Atrides*, sive *Atreides*. Sic *Pelides*, *Alcides*, *Achillides*, *Thesides*, *Tydides*, et sexcenta alia.

Met. 13. Convocat *Atrides* socios terrore paventes.

Æn. 10. Te precor, *Alcide*, coeptis ingentibus adsis.

Ov. ep. Pyrrhus *Achillides*, animosus imagine patris.

Appendix.

Haec rarus a ante *d s* syllabam habent.

Æn. 2. Panthus *Otriades* arcis, Phoebique sacerdos.

Praeceptum V.

Si nomina sint tertiae declinationis, patronymica fiunt a dativo addita *des* syllaba, ut Agenor, Agenoris, Agenori, *Agenorides*, Cadmus filius Agenoris: *Thestorides*, Calchas filius Thestoris: *Actorides*, Patroclus nepos Actoris: *AEsonides*, Jason filius Æsonis.

Met.3 Donec *Agenorides* conjectum in guttura ferrum.
Ib. 12. *Thestorides*, vincemus, ait: gaudete pelasgi.
Ib. 13. Reppulit *Actorides* sub imagine tutus Achillis.
Flac. l. 6. Advolat *AEsonides*, mortemque cadentis acervat.

Exceptio.

I. Nomina *as* finita, quorum genitivus exit in *antis*, a litteram ante *des* syllabam petunt, ut Abas, Abantis, Abanti, *Abantiades*. Sic *Atlantiades*, *Poeantiades*: *Ahamantiades*, *Dryantiades*, et alia.

Met. 5. Victor *Abantiades* patrios cum conjuge muros.
Ib. 8. Venit *Atlantiades* positis caducifer alis.

II. Eodem fere modo formantur quae a nominibus in *on* fiunt, ut Telamon, Telamonis, Telamoni, *Telamoniades*, *Amphitryoniades*, *Laomedontiades*, et cet.

III. A Scipione tamen non *Scipioniades*, sed *Scipiades* imminuto verbo nascitur.

Met. 13. Nec *Telamoniades* etiam nunc hiscere quidquam.
Æn.8. *Amphytroniades* armenta, abitumque pararet.
Ibid. *Laomedontiadem* Priamum Salamina petentem.
Georg. 2. *Scipiadas* duros bello, et te, maxime Caesar.

Patronymica foeminina unde formentur.

Praeceptum I.

Patronymica foeminina, quae in *as*, et *is* exeunt, fiunt a masculinis *de* syllaba sublata, ut Thestiades, *Thestias*,

Testiedis : Æ tiades, *AEtias*: Thaumantiades, *Thaumantias*: Phaetontiades, *Phaethontias* : Æolides, *AEolis*, *dis*: Tantalides, *Tantalis* : OEbalides, *OEbalis* : Latoides, *Latois*: Dardanides, *Dardanis*, *idis* : Cecropides, *Cecropis* : Belides, *Belis*, *idis* : et alias.

Met. 7. Concepti interea validos *AEtias* ignes.
Ib. 11. Talibus *AEolidis* dictis, lacrimisque movetu.
Idem ep. Aut ego Tantalidae *Tantalis* uxor ero.
Met. 4. Assidue repetunt, quas perdant *Belides* undas.

At Pelides patronymicum masculinum poetae, interjecto a' per epenthesim, dicunt *Peliades* ; ex quo foemininum patronomycum *Pelias*, *Peliades*.

Ov. ep. 3. Transeat hectoreum *Pelias* hasta latus.

Appendix I.

Quaedam tum in *as*, tum in *is* exeunt, ut *Æetias*, et *AEetis* : *Atlantias*, et *Atlantis*.

Flac. 6. Protinus atque ignes *AEtida* perculit horror.
Met. 7. Sidera cum rapido fallax *AEtias* igni.
Georg. 1. Ante tibi eoae *Atlandites* abscondantur.
Sil. l. 16. Vixque *Atlantiadum* rubefecerat ora sororem.

Appendix II.

Foeminina, quae a masculinis fiunt penultima longa, in *eis* desinunt soluta diphthongo, atque e brevi in longum verso, ut Æneides, *Aeneis*, *idos* : Achilleides, *Achilleis*, *idos* : Theseides, *Theseis*, *idos*, vel *idis*, etc.

Ovid. Trist. 2. Et tamen ille tuae felix *AEneidos* auctor.
Juv. Sat. 1. Vexatus toties rauci *Theseide* Codri.

Nonunquam penultima manet brevis.

Ov. de Pont. 3. *AEneidos* vati grande fuisset onus.

Potius hic primus pes spondaeus videtur per synaeresim.

Praeceptum II.

Ne finita a genitivo fiunt addita *ne* syllaba penultima longa, ut Neptunus, Neptuni, *Neptunine*. Sic *Adrastine*, *Nerine* a genitivis Adrasti, Nerei e, et i mutatis in i longum. Quod si primigenium i ante *os* habeat, mutabitur *os* in *one* penultima producta, ut Acrisios, *Acrisione*, Danae Acrisii filia.

Catul. de Nup. Tene Thetis tenuit pulcherrima *Neptunine*?

Appendix I.

A muliebri Acrisione finxit Ovidius virile *Acrisioniades.*

Met. 5. *Acrisioniades*, adigitque in pectus; at ille. *Poeantiadem* invenies Met. 13. *Athamantiadem*, et *Dryantiadem* apud eumdem in Ibin.

Appendix II.

Oratores raro patronymicis utuntur. Cic. Off. 1. Regalis sane, et digna *AEeidarum* genere sententia.

CAPUT XIV.

DE METAPLASMO ET FIGURIS QUIBUSDAM POETARUM

Proprium itidem poetarum est verbis, quibus oratores utuntur, aliquid interdum addere, vel detrahere; nonnunquam litteras alias aliis permutare; aliquando e proprio loco in alienum transferre. Quod quidem cum in soluta oratione vitium sit, et barbarismus nominetur, in carmine tamen non barbarismus, sed metaplasmus appellatur: datur enim venia poetis, quia plerumque coguntur metro servire. Metaplasmus vero dicitur, quod vetus verborum forma, vel necessitate metri, vel ornandi poematis causa, a poetis in novam figuram faciemque sermonis mutetur.

Apponit prothesis caput id, quod aphaeresis aufert:
Syncopa de medio tollit, quod epenthesis addit:
Apocope demit finem, quem dat paragoge:
Tmesis verba secat: meta sed thesis ordine verso
Transfert litterulam: antithesis sano ordine mutat.

PROTHESIS ET APHAERESIS

I. Littera, vel syllaba principio dictionis addita vocatur prothesis, ut *gnatus*, pro natus; *tetulissem*, pro tulissem.

Ter. Andr. act. 1. Eo pacto et *gnati* vitam, et consilium meum cognosces.

Idem ibid. Nam pol, si id scissem, nunquam huc *tetulissem* pedem.

II. Littera, vel syllaba principio dictionis subtracta aphaeresis appellatur, ut *ruo*, pro eruo; *temno*, pro contemno; *pono*, pro depono. Hinc

Virg. 1. AEn. *Ponuntque* ferocia poeni Corda.

Idem l. 5. Pone *animos*. Ibid. *Ruet* omnia late..

EPENTHESIS ET SYNCOPE

I. Epenthesis est, cum medio dictionis littera, aut syllaba interjicitur, ut *relliquiae*, pro reliquiae; *Mavors*, pro Mars; *navita*, pro nauta; *induperator*, pro imperator; *cinctutus*, pro cinctus.

AEn. 1. Troas *relliquias* danaûm, atque immitis Achillei.

Ib. 6. Fecerat et viridi fetam *Mavortis* in antro.

Georg. 1. *Navita* tum stellis numeros, et nomina fecit.

II. Syncope litteram, vel syllabam e medio dictionis subtrahit, ut *gubernaclo*, pro gubernaculo; *periclis*, pro periculis; *vixet*, pro vixisset; *extinsem*, pro extinxissem; *Divum*, pro Divorum.

AEn. 5. Cumque *gubernaclo* liquidas projecit in undas.

Ib. 3. Deseris: heu tantis nequicquam erepte *periclis*.

Ib. 11. *Vixet*, cui vitam Deus, aut dextra dedisset.

Ib. 4. Cum genere *extinsem*; memet super ipsa dedissem.

PARAGOGE ET APOCOPE

Paragoge, seu proparalepsis dicitur cum extremo syllabae aliquid adjungitur, ut *deludier*, pro deludi *admittier*, pro admitti.

Ter. Andr. Ubivis facilius passus sim, quam in hac re me *deludier*. Jambicus est octonarius.

AEn. 9. Euryalus, confestim alacres *admittier* orant.

II. Apocope fini dictionis aliquid detrahit, ut *tuguri*, pro tugurii; *oti*, pro otii.

Ecl. 1. Pauperis et *tuguri* congestum cespite culmen.

Georg. 4. Parthenope studiis florentem ignobilis *oti*.

Quidam tugurii, otii, et similia scribere malunt, ut sit synaeresis, ut diximus cap. 11. De quo late Pierius in ecl. 1. Pauperis et *tuguri*: et in AEn. 1. Ille urbem *Patavi.*

TMESIS

Tmesis dividit verbo alio interposito, ut *in*que *ligatus*, pro illigatusque; *qui* te *cumque*, pro quicumque te; *in*que *salutatus*, pro insalutatusque; *hac* trojana *tenus*; *septem* subjecta *trioni*, pro hactenus, septemtrioni.

AEn. 10. Ille pedem referens, et inutilis, *in*que *ligatus.*
Ibid. 9 *In*que *salutatam* linquo, nex et tua testis.
Ibid. 2. *Qui* te *cumque* manent isto certamine casus.

ANTITHESIS ET METATHESIS

Antithesis est litterae commutatio, ut *olli*, pro illi. AEn. 5. *Olli* caeruleus supra caput adstitit imber.

Metathesis est litterarum ordo immutatus, ut *Thymbre*, pro Thymber.

AEn. 10. Nam tibi, *Thymbre*; caput evandrius abstulit ensis.

Nisi quis putet nominandi casu tum Thymber, tum Thymbrus dici, ut Evander, et Evandrus.

Appendix.

Synaloephe, episynaloephe, diaeresis, ecthlipsis, systole, diastole sunt etiam metaplasmi species, de quibus supra egimus c. 11.

CAPUT XV.

DE PROSODIA SIVE ACCENTU

Graeci tonos, vel prosodias, latini tenores, grammatici accentus, Cicero voces appellat.

II. Accentus rector est, ac moderator pronunciationis: eo enim vel attollitur, vel dejicitur vox; vel partim attollitur, partim dejicitur. Quocirca ipsum non immerito quidam vocis animam appellarunt.

ACCENTUS TRES

I. Tres sunt tenores, acutus, gravis, circumflexus. Acuto attollitur syllaba, gravi deprimitur, ut *populus*; antepenultima acuitur, penultima vero, et ultima deprimuntur, gradatimque descendunt. Acuti nota e sinistra in dexteram oblique ascendit: gravis a summo in dexteram oblique descendit.

II. Accentu circumflexo partim attollitur, partim dejicitur syllaba, ut *romanus*. Ejus nota ex acuto, et gravi constat. Sonus hodie incertus est, siquidem latinae linguae hospites, veterisque pronunciationis ignari eodem plane sono tum acutas, cum flexas voces efferimus.

III. Acutus in penultima, vel antepenultima locum habet; circumflexus in penultima tantum; gravis ubi uterque abest. Nullum autem verbum est sine acuto accentu, aut circumflexo. Verum simul cum usu latini sermonis etiam antiquam pronunciationem amisimus.

IV. Atque olim quidem monosyllaba natura longa, aut positione simul, et natura inflectebantur; ut *mos*, *res*, *lux*. In dissyllabis, et polysyllabis penultima inflectebatur si esset natura longa, aut positione simul et natura, modo esset brevis ultima; ut *caecus*, *aestus*, *romanus*, *palaestra*: alioquin acuebatur, ut *aestas*, *arma*, *victores*.

DE DISSYLLABIS

Praeceptum I.

I. In dissyllabis (nam in monosyllabis accentus hodie non agnoscitur) prior acuitur sive longa sit; sive brevis; ut *Roma*, *mores*, *arma*, *virum*.

Appendix.

II. Nullius verbi latini ultima syllaba auctore Quint. l. 1. c. 3. et l. 12. c. 10. aut acuitur, aut circumflectitur. Et Serv. ecl. 1. Ut in ultima: inquit, syllaba accentus sit, latinitas vetat. Quare *palam*, *una*, *alias*, *porro*, *sane*, *certe*, et cetera id genus adverbia prima acuta sunt pronuncianda. Nam si suscipimus, quod

nonnulli grammatici tradunt, discriminis causa horum verborum postremam syllabam esse acuendam, serpet res latius quam volumus. Idem enim erit faciendum in *vero*, *sero*, *crebrò*, *modo*, *adeo*, et aliis innumerabilibus, quae nomina, et adverbia, vel nomina, et verba esse possunt. Neque te moveat, quod ultima saepe a typographis gravi accentu notetur: id enim tantum fit, ut adverbia esse intelligas.

III. Si tamen quempiam adverbia *pone*, *una*, et similia ultima acuta pronunciantem audiveris, ne continuo damnes insciliae. Quint. l. 1. c. 5. Scio, inquit, quosdam eruditos, nonnullos etiam grammaticos sic docere, ac loqui, ut propter quaedam vocum discrimina, verbum acuto sono finiant, ut in illis.

Quae *circum* littora, *circum*, et cet.

ne si gravem posuerint secundam, *circus* dici videatur.

IV. Nec illa quidem acuam postrema syllaba, *illic*, *istic*, *illuc*, *donec*, *adhuc*, *reduc*, et horum similia: neque illa *ex n*, *dein*, *proin*, etiamsi quidam grammatici, quod sit abscissa, acui velint. Multo minus dicam *quicum*, *mecum*, *nobiscum* postrema acuta, negante Quintiliano ultimam syllabam acui in verbo latino, ut paulo ante docuimus.

V. Conjunctiones quae encliticae, seu inclinativae dicuntur, *que*, *ve*, *ne*, a multis ita pronunciantur, ut accentum in praecedentis vocis postremam syllabam rejiciant, et inclinent more graecorum hoc modo: *terrasque*, *tractusque*, *armaque*, *hominesne*, *feraeve*. Verum hoc translativum a graecis est. Elegantior aliis illa ratio videtur, et latinorum propria, ut hae conjunctiones nihil accentum immutent, *terrasque*, *tractusque*, et cet. nimirum, ut tamquam duae dictiones pronuncientur, quarum suum quaeque accentum habeat. Nam quod versus non tam jucunde sonat, si ita pronuncies, nihil ad rem esse ajunt: quippe ne Homeri quidem versus admodum jucundum habent sonum. Utraque ratio probabilis est, neutra reprehendenda: prior tamen illa jam videtur usitatior, ac certe in soluta etiam oratione numerosior.

DE POLYSYLLABIS

Praeceptum II.

I. In polysyllabis penultima, si longa est, acuitur, ut *mortalis*, *sollicitudo*: quod si penultima brevis est, acuitur antepenultima, ut *gemitus*, *sollicitus*.

Appendix.

II. Saepe evenit, ut metri conditio, ut ait Quintilianus, mutet accentum, ut *pecudes*, *pictaeque volucres*; nam *volucres* media acuta dicam: quia, etsi natura brevis, tamen positione longa fit a poeta.

III. Non desunt qui vocandi casu dici velint penultima acuta *Valeri*, *Virgili*, *Mercuri*, *Ovidi*, *Ambrosi*, et alia hujusmodi, quae habent penultimam brevem. Sane hunc morem sua aetate viguisse docet Gell. l. 13. c. 24. hodie viri docti non pauci retinent. Alii malunt antepenultimam acuere, ut praecipit communis illa regula de polysyllabis; quam pronunciationem A. Gellio antiquiorem fuisse ipsemet declarat eodem loco, cum ita pronunciandum Nigidium praecepisse commemoret.

IV. Fuerunt olim, qui in compositis acui antepenultimam vellent, etiamsi penultima longa esset. Itaque pronunciari jubebant antepenultima acuta *aliquando*, *siquando*, *deinde*, *exinde*, *dumtaxat*, *deorsum*, *exadversum*, *enimvero*, *quapropter*, *quinimmo*, *nimirum*, *quamobrem*, et alia eodem modo. In hac sententia fuit Servius ad 6. Æn. Ammianus, et Probus apud A. Gell. l. 7. c. 7. nostra quoque aetate nonnulli viri docti. Quocirca propter tantorum virorum auctoritatem non videtur haec pronunciatio explodenda; cum praesertim in graecis quoque verbis compositis idem factitari videamus. Alii, quod haec ratio a grammaticis illis ex graecorum similitudine inducta sit potius quam veterum latinorum usu comprobata, malunt communem illam polysyllaborum regulam sequi, et *aliquando*, *deinde*, *enimvero*, et reliqua dicere penultima acuta; praesertim cum Gellius ipse illum pronunciandi morem ibi improbare videatur. Haec sententia, quam usus doctorum fere omnium confirmavit, probabilior videtur.

V. Sunt etiam, qui pronunciari jubeant *calefac*, *frigefac*, *introduc*, *arpinas* ultima acuta, ut habeatur ratio abscissionis, quod olim calefacе, frigefacе, introducе, arpinatis diceretur. Verum id gratis videtur dici, cum id neque probabili ratione, neque veterum, quod sci m, auctoritate nitatur: quin potius repugnet Quintilianus qui, ut saepe jam diximus, negat in latinis verbis ultimam syllabam acui. Fuit omnino plane simplex apud veteres latinos, et, ut Quintiliani verbis utar, rectissima, ac brevissima ratio gravium, acutarumque vocum: ineptiae grammaticorum eam et longam, et multiplicem, et variam, et obscuram reddiderunt.

DE GRÆCIS VOCIBUS

Praeceptum III.

I. Verba plane graeca graeco accentu pronunciantur, ut παραλειπομένων paralipomenon penultima acuta, λιθόστρωτος lithostrotos acuta antepenultima, κύριε kyrie eadem acuta, ἐλέησον eleison verbum est quatuor syllabarum, cujus non ultima, sed antepenultima acuitur.

II. Sin latine inflectantur, ad latinorum normam dirigenda sunt. Itaque *Penelope*, *Rhodope*, *Hecate*, *Antiope*, *Calliope*, *rhetorice*, *grammatice*, et alia ejusmodi antepenultimam acuunt, quia penultima brevis. *Caesarea*, *Laodicea*, *Thessalonica*, *idolum*, et alia hujusmodi acuunt penultimam, quia longa est.

Appendix.

I. *Atreus*, *Theseus*, *Orpheus*, *Tereus*, *Phalereus*, et alia hujusmodi, si solvant diphthongum, acuunt antepenultimam; itemque in ceteris casibus latinis *Terei*, *Ulyssei*, *Orpheo*, *Phalereo*, *Atreum*, *Teseum*, et cet. Virg. in Culice diphthongum solvit. Tantum non *Orpheus* Hebrum: nisi versus spondaicus sit. Accusativus graecus *Atrea*, *Terea*, et alii ejusmodi videntur nonnullis accentum quoque graecorum retinere posse penultima acuta, quia graece Ἀτρέα, Τηρέα. Qua ratione *Orpheos* etiam gignendi casu acuenda esset penultima, in qua est graecus accentus. Verum quantitatis potius latinis

habenda ratio. Quod si interdum horum nominum producatur a latinis penultima, vel id erit, si substantiva sint, ab ionum dialecto, qui per *νος* ea flectunt. Æn. 1. *Ilionea* petit. Æn. 3. *Idomenea* ducem. Vel si adjectiva sunt, fiunt a diphthongo *ει*. Ov. 1. Trist. O mihi *thesea* pectora juncta fide. Mart. Amphit. Quidquid in *orpheo* Rhodope spectasse theatro.

II. In *philosophia*, *theologia*, *prosodia*, *symphonia*, *euphonia*, *categoria*, *homilia*, *etymologia*, *Maria*, *Lucia*, *Archias*, *Matthias*, *Ananias*, et ejusmodi aliis; *idea* quoque *Andreas*, et similibus, quae penultimam apud graecos acuunt, eamdem in soluta oratione, neque enim de versu nunc agimus, acuunt latini, quamvis brevis sit. Contra in vocibus *comoedia*, *tragoedia*, *Urania*, *ecclesia*, *Graecia*, *Lysias*, et similibus, quamvis parem et quantitatem, et accentum sortitae sint apud graecos, antepenultima tamen acuta potius latine efferri placuit: tantum usus potest et consuetudo.

III. In *Alexandria*, *Nicomedia*, *Antiochia*, *Seleucia*, *latria*, *idololatria*, *litania*, et similibus doctis viris placet juxta quantitatem acui latine penultimam, magis quam graeco accentu antepenultimam. Alioqui, si accentum graecum sequi velimus, sicut nominandi, et accusandi casu acuitur graeco more antepenultima, ita gignendi, et dandi casu acuenda esset penultima, quae variatio latinis auribus inaudita est. Et vero *Nicomedia*, et ejusmodi nomina sunt quasi adjectiva possessiva, subintelligitur enim *πολις*, ut sit Νικομήδεια πόλις, urbs nicomediensis, seu a Nicomede condita: quae nomina et per *i* productum apud poetas invenies. Stat. Theb. Huic parere dati, quos fertilis *Amphigeniae*. Prop. l. 3. el. 10. Noxia *Alexandria* dolis aptissima tellus. Et per e longum, sicut *Caesarea*, *Laodicea*, *Cytherea*, *Medea*, quae etiam per *ει* scribuntur. Hor. l. 4. Od. 14. Portus *Alexandria* supplex: ubi *andri* spondaeus est.

IV. Sic *Protagoras*, *Pythagoras*, *Anaxagoras*, *Hermagoras*, *Athenagoras*, etsi graeco more penultimam acuant, latini tamen, quia brevis est, acuere malunt antepenultimam. Ceterum in his omnibus consuetudini regionum serviendum est. Consuetudinem vocamus, ut in vita bonorum, sic in sermone eruditorum. Quint. l. 2. c. 6.

DE HEBRÆIS VOCIBUS.

Praeceptum IV.

Quae hebraea omnino sunt, neque latinitate donata hebraeo tono pronunciari licet, ut *amen*, *Jerusalem*, *Israel*, *Jacob*, *cherubin*, *seraphin* ultima acuta, ut pleraque hebraea pronunciantur. In his tamen ipsis regionum videtur consuetudo servanda. Verum si latine flectantur, latine pronuncianda sunt, ut *Sara*, *Moses*, *Elias*, *Eliseus*, et cet. quae per casus flectuntur, nam apud hebraeos indeclinabilia sunt.

Appendix.

I. *Abel*, *Cain*, *Lamech*, *Noe*, *Abigail*, *Baal*, *Edom*, *Ephrata*, *Ephraim*, *Gomor*, *Isboseth*, *Phase*, *Sibboleth*, et quae in hezer, sedec, melech, ai exeunt, ut *Elihezer*, *Melchisedech*, *Abimelech*, *Sarai*, *Sinai*, *Abisai*, et alia quaedam penultima acuta pronunciantur apud hebraeos: quocirca is accentus servari potest a latinis, cum indeclinate usurpantur. Nam si declinari possunt Abigail, Abigailis, Ephrata, Ephratae, Melchisedech, Melchisedecis, satius videtur accentu latino pronunciare acuta antepenultima in nominativo. Quin etiam tum haec, tum cetera, quamvis non declinata, complures viri docti latino accentu efferre non dubitant.

II. Si qua erit vel in hebraeis vocibus, vel in graecis, cujus verus accentus, propter insolentiam, vulgi aures graviter offendat; in vulgi conventu satius videtur (id quod fecisse se Cicero dicit in oratore) scientiam sibi reservare, usum populo concedere. Quocirca *Melchisedech*, et *antiphona* antepenultima acuta dicam potius quam penultima, ut hebraea, vel graeca pronunciatio postulat. Quamquam de voce *antiphona* sunt qui sentiant jure acui antepenultimam graeco more; neque esse a recto singulari foeminino ἡ ἀντιφώνη, sed potius a neutro plurali τὰ ἀντίφωνα, quasi dicas *contra sonantia*, seu *contrariae voci respondentia*; nam et in graecis officiis ἀντίφωνον est, non ἀντιφώνη. At *Barabbas* penultima acuta potius latino more, quam Barabbas ultima inflexa,

ut graeci scribunt evangelistae Βαραββᾶς, et syriaci accentus ratio postulat. Jesus quoque penultima acuta latino more potius, quam ultima inflexa more graecorum. Cui videlicet salutis nostrae parenti hosce qualescumque labores offerimus ac dicamus.

CAPUT XVI.

CALENDÆ, NONÆ, IDUS.

I. Ad latinorum scriptorum calendas, nonas, idus intelligendas hos versus edisce quibus, quot dies quivis mensis habeat, explicatur.

Junius, Aprilis, Septemque, Novemque tricenos
Adde unum reliquis. Viginti Februus octo:
Quod si bissextus fuerit, superadditur unus:
Et tunc bis sexto Martis dic rite calendas.

II. Rursum hos qui, quot nonae, idus, calendae quovis mense sint, docent.

Principio mensis dices cujusque calendis;
Majus sex nonas, October, Julius, et Mars;
Quatuor at reliqui. Dabit idus quilibet octo,
Post quas, quot luces, totidem numerato calendas,
Hisque diem primum mensis superadde sequentis.

III. Primo igitur cujusvis mensis die *calendis* dicimus. Mox in mensibus sex nonarum Martio, Majo, Julio, Octobri secundo die mensis dicimus *sexto nonas*, id est sexto die ante nonas; est enim concisa locutio, deinde *quinto*, *quarto*, *tertio*, *pridie nonas*, *nonis*. In mensibus reliquis quatuor nonarum die secundo mensis dicimus *quarto nonas*, mox *tertio*, *pridie nonas*, *nonis*.

IV. Post nonas in mensibus sex nonarum die octavo, in reliquis mensibus die sexto dices *octavo idus*, idest octavo die ante idus; mox *septimo*, *sexto*, *quinto*, *quarto*, *tertio*, *pridie idus*, *idibus*. Qui dies in supradictis quatuor mensibus quintusdecimus dies mensis est; in reliquis tertiusdecimus.

V. Post idus, quia menses alii aliis longiores sunt, in quatuor illis mensibus sex nonarum die sextodecimo dices *decimoseptimo calendas*, sequentem mensem nominando; totidem enim dies sunt usque ad calendas

insequentis mensis, calendis ipsis inter hos computatis. Dehinc *decimosexto*, *decimoquinto*, et cet. retrorsum numerando usque ad *pridie calendas*, qui semper est ultimus mensis dies. In mensibus vero Januario, Augusto, Decembri die quartadecima dices *decimonono calendas*, sequentem mensem pronunciando, mox *decimoctavo*, *decimoseptimo*, et cet. retrorsum numerando. In mensibus Aprili, Junio, Septembri, Novembri die quartadecima dices *decimooctavo calendas*, sequentem mensem appellando. Deinceps *decimoseptimo*, *decimosexto*, et cet. retrorsum numerando.

VI. Denique mense Februario sive communis sit annus, sive intercalaris, semper die quartadecima dices *sextodecimo calendas Martii*, vel *martias*: mox *decimoquinto*, *decimoquarto*, et cet. Sed in anno communi semel tantum, neque vicesima quarta die, dices *sexto calendas Martii*. Si vero annus sit intercalaris, qui quarto quoque anno recurrit, bis dicimus *sexto calendas Martii*, seu *martias*, nempe vicesimoquarto, et vicesimoquinto Februarii, duobus diebus in unum computatis; ex quo etiam intercalaris ille annus bissexti nomen obtinuit.

VII. Non dicimus autem *secundo nonus*, *idus*, *calendas*, sed *pridie*, idest priore die ante; est enim pridie *priore die*: Gell. lib. 1. cap. 24. Dicimus quoque *quinto*, *quarto*, *tertio*, *pridie*, et cet. *calendas*, *nonas*, *idus Januarii*, seu *januarias*, *Februarii*, seu *februarias*, et cet. et *nonis*, *idibus*, *calendis Aprilis*, vel *aprilibus*, *Septembris*, vel *septembribus*: sic in reliquis.

VIII. Neque solum dicimus *decimo*, vel *nono calendas*, et cet. sed etiam *ad decimum*, et cet. sic de nonis, et idibus eadem prorsus significatione. Cic. ad Att. lib. 1. ep. 5. Pater nobis decessit *ad* VIII. *cal. Decem.* Plin. l. 3. cap. 5. Angeronae sacrificatur *ad diem* XII. *cal. Jan.* Non igitur semper significat *circiter*, neque enim credibile est aut Ciceronem ignorasse certum diem, quo sibi pater decesserat, aut Plinium, quo die Angeronae sacrificaretur. Idem Att. lib. 3. epist. 23. cum certum expressisset diem: *scribis* inquit, *te eas literas eo ipso die dedisse*: statim certum hunc diem sic explicat: *ad IV. cal. Nov.*

IX. Praeterea *ante diem IV.* vel *III.* et cet. *nonas*, seu *idus*, seu *calendas* idem est ac quarto, seu tertio, et cet. die ante nonas, seu quarto nonas, et cet. Cic. lib. 16. ad Tir. ep. 5. *Ante diem VIII. idus Nov.* has litteras dedimus. Gell. l. 15. c. 28. *Ante diem III. nonas Januarii* M. Cicero natus est.

X. Dicimus etiam *ex ad*, idest *ex ante diem X.* vel *IX.* et cet. *cal. martias*, idest ex die, qui est ante diem X. vel IX. cal. Martii. Varr. lib. 1. de re rust. *Ex ad VIII. id. Febr.* Liv. l. 45. Supplicatio pro concione populi indicata est *ex V. id. Octob.* Cic. ad Att. ep. 17. et l. 13. ep. 1. et alibi. Sed consilium non est omnes in hoc genere loquendi formulas persequi.

XI. Menses porro Julius, Augustus, quibus C. Julius dictator, et Augustus imperator dedere nomen, aetate Ciceronis, et supra Quintilis, et Sextilis appellabantur. Cic. ad Att. l. 3. ep. 10. Vale, inquit, XIV. cal. *Sextilis* Thessalonicae.

XII. Porro *calendae* dictae sunt a verbo graeco καλεῖν, quod est vocare; quia prima cujusque mensis die hi, quibus curae sacra erant populum ad fastos, nefastosque dies cognoscendos advocabant. Quare et *kalendas* graeca littera scribere malunt. *Nonae* vero dictae, quod a nonis, quae in quintum, septimumve incidunt mensis diem; usque ad idus novem numerantur dies. Denique *idus*, *iduum* foeminino genere dictae sunt ab antiquo verbo *iduare*, quod est dividere, propterea quod mensem in duas partes propemodum aequales dividunt.

TABELLA
Calendarum, Nonarum, Iduum.

Dies.	Januar. August. Decemb.	Martius. Maj. Jul. Octob.	Apr. Jun. Septemb. Novemb.	Februar. Interc.	Februar. Commun.
1	Calend.	Calend.	Calend.	Calend.	Calend.
2	4 Non.	6 Non.	4 Non.	4 Non.	4 Non.
3	3 Non.	5 Non.	3 Non.	3 Non.	3 Non.
4	Pr. Non.	4 Non.	Pr. Non.	Pr. Non.	Pr. Non.
5	Nonis	3 Non.	Nonis.	Nonis.	Nonis.
6	8 Idus.	Pr. Non.	8 Idus.	8 Idus,	8 Idus.
7	7 Idus.	Nonis.	7 Idus.	7 Idus.	7 Idus
8	6 Idus.	8 Idus.	6 Idus.	6 Idus.	6 Idus.
9	5 Idus.	7 Idus	5 Idus.	5 Idus.	5 Idus.
10	4 Idus.	6 Idus.	4 Idus.	4 Idus.	4 Idus.
11	3 Idus.	5 Idus.	3 Idus.	3 Idus.	3 Idus.
12	Pr. Idus.	4 Idus.	Pr. Idus.	Pr. Idus.	Pr. Idus.
13	Idibus.	3 Idus.	Idibus.	Idibus.	Idibus.
14	19 Cal.	Pr. Idus	18 Cal.	16 Cal.	16 Cal.
15	18 Cal.	Idibus.	17 Cal.	15 Cal.	15 Cal.
16	17 Cal.	17 Cal.	16 Cal.	14 Cal.	14 Cal.
17	16 Cal.	16 Cal.	15 Cal.	13 Cal.	13 Cal.
18	15 Cal.	15 Cal.	14 Cal.	12 Cal.	12 Cal.
19	14 Cal.	14 Cal.	13 Cal.	11 Cal.	11 Cal.
20	13 Cal.	13 Cal.	12 Cal.	10 Cal.	10 Cal.
21	12 Cal.	12 Cal.	11 Cal.	9 Cal.	9 Cal.
22	11 Cal.	11 Cal,	10 Cal.	8 Cal.	8 Cal.
23	10 Cal.	10 Cal.	9 Cal.	7 Cal.	7 Cal.
24	9 Cal.	9 Cal.	8 Cal.	6 Cal.	6 Cal.
25	8 Cal.	8 Cal.	7 Cal.	6 Cal.	5 Cal.
26	7 Cal.	7 Cal.	6 Cal.	5 Cal.	4 Cal.
27	6 Cal.	6 Cal.	5 Cal.	4 Cal.	3 Cal.
28	5 Cal.	5 Cal.	4 Cal.	3 Cal.	Pr. Cal.
29	4 Cal.	4 Cal.	3 Cal.	Pr. Cal.	
30	3 Cal.	3 Cal.	Pr. Cal.		
31	Pr. Cal.	Pr. Cal.			

CAPUT XVII.
DE NEXU CONSONANTIUM ET RECTA SYLLABARUM DIVISIONE

Ad rectam scribendi rationem, quae dicitur orthographia, conducit plurimum nosse, quae consonantes inter se nectantur; aut si inter duas vocales sint, num ad sequentem, an ad praecedentem spectent. De qua re vide Cassiod. lib. de orthogr. cap. 2. de divisione syllab. nonnihil Ter. lib. de syllabis: Quintil. lib. 1. cap. 17.

Praeceptum I.

Consonans eadem nunquam ab initio, aut in fine dictionis geminatur. Si geminetur in medio, sive simplex, sive composita sit vox, altera ad praecedentem, altera ad sequentem spectat vocalem. Sic igitur has voces divide: *an-nus*, *intel-ligo*, *mit-to*, *neces-sitas*, et sexcenta ejusmodi. Cassiod.

Praeceptum II.

In voce composita consonantes sive una, sive plures sint praepositionis componentis vocali praecedenti adscribito, ut *ab-eo*, *ex-oro*, *ob-ruo*, *dis-puto*, *trans-eo trans-fero*; quia ex praepositionibus *ab*, *ex*, *ob*, *dis*, *trans* constant: sic in aliis compositis. Idcirco Quint. lib. 1. cap. 7. in voce *haruspex*, quia pars ejus posterior a spectando est, *s* litteram tertiae deberi syllabae censet hoc pacto: *haru-spex*; in *abstemius* vero, quia ex abstinentia, et temeto composita vox est, deberi primae syllabae sic: *abs-temius*.

Praeceptum III.

In voce simplici consonans unica inter duas vocales posita sequenti adnectitur. Cassiod. ut *fi-lius*, *e-xemplum*, *u-ti-li-tas*. In voce autem composita ad praecedentem vocalem spectat, ut paulo ante diximus. Idcirco scribere *ab-undo*, *ad-oso*, *per-uro*, et in graecis vocibus *syn-agoga*, *syn-odus*, *ex-odus*, et similibus.

Praeceptum IV.

Apud peritos graecae, latinaeque linguae receptum est, cum duae, pluresve in media dictione consonantes junguntur, sequenti vocali adscribenda esse, si eaedem ipsae in graecae alicujus, aut latinae vocis initio junctae vel semel reperiantur; alioqui dissociandas. Hoc praeceptum in plura dispertiendum est.

Praeceptum V.

Littera *s* nunquam mediae dictionis syllabam claudit, nisi vel geminetur, vel vox sit composita; alioquin ipsa una cum sequente consonante posteriori vocali adhaeret. Sic igitur sequentes syllabas divide: *a-sbestus*, *a-sbothus*, *a-scia*, *e-sca*, *di-sco*, *o-scito*, *hetruscus*, *a-sphaltites*, *I-smarus*, *I-smenus*, *a-sper*, *a-spis*, *he-sperus*, *hi-spidus*, *hi-spanus*, *ho-spes*, *a-strum*, *vestis*, *i-ste*; *o-stendo*, *no-ster*, *u-stus*, *i-sthmus*, quia vel apud graecos, vel apud latinos a litteris sb, sc, sph, sm, sp, st, sth, voces aliquae initium sumunt, ut σβέννυμι extinguo, *scamnum*, *scio*, *sphaera*, *sphinx*, *smaragdus*, *spatium*, *spero*, *studium*, *strideo*, *struo*, *studium*, σθένος potentia. Adscribere libet hoc loco elegantes hac de re Terentiani trochaicos.

Nestorisque forte nomen dividendum incurrerit,
N, et e versus prioris obtinebunt extimum:
Sigma versus insequentis, atque tau exordium.

Id. Cassiod. *Potestas*, inquit, novissima syllaba *stas* erit, *noster*, *ster*. Sic ubi tres sunt, *plaustrum*, *strum*, *lustrant*, *strant*, et cet.

Si forte litteras alias *s* praecedat, disjungendae sunt, ut *As-drubal*, *Uris-lavia*, *Is-rael*, quia nullius graecae aut latinae vocis sd, sl, sr initium sunt. Semper tamen excipe et hic, et in sequentibus voces compositas, et nisi eadem littera geminetur. Scribe igitur *as-sis*, *es-se*, *abs-cedo*, *abs-condo*, *abs-temius*, *abs-tineo*, *dis-curro*, *dis-traho*, *trans-eo*: et in graecis *is-agoge*, *pros-odia*: sic *quis-piam*, *us-piam*; si cui forte vox haec posterior composita videatur.

Praeceptum VI.

Duplices x, z, et liquidae quatuor l, m, n, r cum vel ipsae geminantur, vel cum consonantem aliam media dictione praecedunt, distrahendae sunt, et antecedentes ad antecedentem, sequentes ad sequentem vocalem trahendae, ut *alma*; quia nunquam consonantem ullam initio dictionis antecedunt: nisi *m*, quae interdum ante *n* est, ut *mna*, *Mnestheus*, *mnasylus*. Has igitur jungito, ut *o-mnis*, *so-mnus*, *Agame-mnon*, *Clytemnestra*, ac similes. Certe Sosipater l. 1. cap. de syllab. in voce *a-mnis*, litteras *mn* non ad praecedentem *a*, sed ad sequentem syllabam pertinere docet. Reliquas liquidas, ac duplices, cum in media praeeunt dictione, dispescito, ut *al-ma.*

Praeceptum VII.

Mutae nec unquam ipsae geminatae, neque cum aliis mutis, aut semivocalibus initio dictionis conjunguntur nisi cum his: *bd*, *dl*, *br*, *gl*, *cm*, *cn*, *cr*, *ct*, *dm*, *dn*, *dr*, *fl*, *phn*, *fr*, *phth*, *cl*, *gn*, *gr*, *pl*, *pn*, *pr*, *ps*, *pt*, *tl*, *tm*, *tr*, ut videre est in his, aliisque vocibus: *bdellium*, *blandus*, *brachium*, *brevis*, *clarus* κμητός, idest elaboratus, *Cneus*, κνάω, idest scalpo, *creo*, *Creon*, *reare*, *Ctesiphon*, *Ctesippus*, δμάω, δμητος, domo, domitus, δνόφερος tenebrosus, *draco*, *Drepanum*, *dromo*, *flagito*, φρῦ vox avium apud Aristophanem; *frater*, *frango*, φθίω corrumpo; *gloria*, *glans*, *gnarus*, *gratia*, *placeo*, *plaudo*, πνέω, πνεῦμα; spiro, spiritus, *pratum*, *psallo*, *ptisana*, *pterygium*, *Tlepolemus*, *Tmolus*, *tmesis*, *trabs*, *traho.*

Si igitur in media voce hae quoque cohaereant, sejungendae non sunt. Quare scribes *a-bdomen*, *A-bdera*, *he-bdomas*, *hy-bla*, *e-brius*, *so-brius*, *a-clides*, *Acmon*, *Pyra-cmon*, *Al-cmena*, *o-cnus*, *cy-cnus*, *a-cris*, *o-crea*, *di-ctum*, *do-ctor*, *mul-cta*, *tra-cto*, *profe-cto*, *Ca-dmus*, *A-dmetus*, *Aria-dne*, *A-dria*, *A-drastus*, *cathe-dra*, *Pa-phlagonia*, *Da-phne*, *a-phractus*, *A-frica*, *A-phthonius*, *A-glaja*, *AE-gle*, *a-gnus*, *i-gnis*, *a-grestis*, *A-grippa*, *hexa-pla*, *du-plum*, *thera-pnaeus*, *a-pricus*,

a-psis , *Hy-psipyle* , *scr-psi*, *sum-psi* , *aptus* , *ade-ptus* *praece-ptum*. *prom-ptus*, *scri-ptum*, *volu-ptas*, *sce-ptrum*, *A-tlas* , *a-trium* , *a-tramentum* , et alias ejus generis. Cassiod. *coepto* , inquit , novissima syllaba *pto* erit. Cavendum autem ne nos fallant voces compositae ; non enim scribes *a-bdo* , *a-bluo* , *a-brumpo* , sed *ab-do* , *ab-luo* , *ab-rumpo* , aliasque id genus voces compositas.

Praeceptum VIII.

Quacumque tandem alia ratione vel mutae , vel semivocales in medio coeant , ad diversas vocales revocandae sunt. Quamquam in aliquibus viri docti dissentiunt. Scribendum enim censent *a-bsinthium* , *a-gmen* , *sti-gma* , *phle-gma*, et similia graeca verbalia *o-gdolapi* , *ma-gdalena* ; cum tamen juxta praecepta tradita sejungendae essent litterae , et scribendum *absinthium* , et cet. quia *bs* , *gm* , *gd* nullius graecae , aut latinae vocis initiales sunt. Quibus si quis assentiatur , tueri fortasse hac ratione se poterit, quod αψινθιον graece una littera duplici ψ scribitur : quae interdum apud latinos in *bs*, migrat, ut λιψ , χαλυψ , libs, chalybs: hinc fieri ut *bs* litterae, et *ps*, quae multas voces inchoant , ad sequentem vocalem trahantur. Jam vero *g* media , *c* tenui, sicut *d* media , tenui affinitate junguntur. Nil mirum igitur si ut sono , sic scriptura *gm* , *gd* perinde nectantur , ac si essen *cm* , *ct* , et alioqui voce *agmen*, *tegmen* , *fragmen* a littera *c* oriuntur : ut enim *tegmen*, *fragmen* sunt a *tectum* , *fractum* : sic *agmen* ab *actum*, hoc est ab agendo, sive impellendo. Sed haec subtilius prresequendi non est hic locus.

CAPUT XVIII.
DE INTERPUNCTIONE

I. Quemadmodum interspiratione orationem loquendo distinguimus : ita interpunctione , sive interductus significamus nodos quosdam, quibus eadem oratio scribendo distinguatur. Quare , ut interpunctionis discrimina cognoscantur , orationis veluti partes cognoscendae sunt.

II. Circuitus, sive ambitus, graece periodus, est apte conclusa verborum comprehensio, quae duabus praecipue

partibus constat: quarum altera graece pro-hesis, latine propositio, altera apodosis, quasi redditio dicitur.

III. Utraque pars tum propositio, tum redditio constare potest pluribus membris, et incisis: atque illa quidem graece κῶλα; haec vero κόμματα nominantur.

IV. Inter membrum autem, et incisum illud interest, quod membrum longiusculum est, et aliquid affirmat, vel negat: incisum est breve, et saepe nihil affirmat, aut negat.

V. Interductus igitur, vel interpunctio inter prothesin, seu propositionem, et apodosin, sive redditionemi erit punctum semicirculo, seu inversae lineae impositum (;) quae tamen interpunctio semper videtur adhibenda cum ita membrum a consequenti pendet, ut nullò modo possit in illo consistere; id quod ipsa etiam voce suspendendum significamus.

VI. Inter membra, praesertim si paulo majora sint, bina puncta collocantur sic (:) incisa, et minora quaedam membra fere inversa lineola distinguuntur, quam virgulam alii, alii comma vocant sic (,) quin etiam minima incisa, et quae pronunciando nulla solent in terspiratione distingui, ea ne scribendo quidem ulla interpunctione disjungemus. Inter periodos denique, sive comprehensiones ipsas punctum collocamus sic (.)

VII. Quae comprehensiones novam periocham inchoaverint, eae primam litteram habebunt majusculam. At si erunt in eadem sententia, in qua superiores comprehensiones, nullum erit litterarum discrimen, nominibus propriis tamen exceptis, quae majuscula semper inchoantur.

VIII. Est autem periocha certae cujuspiam rei, vel negotii perfecta complexio, quae per se consistere, atque a ceteris disjungi potest.

IX. Quod si periocha argumentum valde dissimile complectatur, aliquo etiam relicto spatio a superioribus secerni solet.

X. Exempla horum passim suppeditantur a M. Tullio: nos uno contenti simus ex lib.7.ep.Fam. ad Trebatium. Ego, si foris coenitarem, Cn. Octavio familiari non defuissem; cui tamen dixi, cum me aliquoties in-

vitaret; oro te, quis es tu? sed mehercule extra jocum: homo bellus est, vellem eum tecum abduxisses. Quid agatis, et ecquid in Italiam venturi sitis hac hieme, fac plane sciam.

XI. Interdum oratio tota ita membratim, caesimque contexitur, ut saepe inter ipsa membra vel incisa punctum collocetur. Cic. Tir. l. 16. ep. 6. Nunc te nihil impedit: omnia depone: corpori servi, quantam diligentiam, et cet.

XII. Interrogandi nota constat linea inflexa puncto supposito (?) Cic. Papirio l. 9. epist. 15. *Quid simile?*

XIII. In dolore, et admiratione alii putant lineam rectam esse oportere, ut *o miserum*! et *quam magna est domus Domini*! Alii punctum satis esse opinantur, ut *o tempora, o mores*.

XIV. Parenthesis de qua dictum est l. 2. c. 22. cum de speciebus hyperbati ageremus, quae latine fortasse dici potest interposito, sententiam omnino diversam in mediam conjicit comprehensionem, ac duobus majusculis semicirculis se mutuo aspicientibus indicatur ( ). Cic. Torquato l. 6. epist. 2. Quae vis insit in his paucis verbis (plura enim committenda epistolae non erant) si attendes, quod facis, profecto etiam sine meis litteris intelliges, te aliquid habere, quod speres, etc.

XV. At si non omnino sit diversa sententia, satis videtur illam minoribus semicirculis, sive lineolis inversis distinguere :. idemque servandum, si geminae tantum, ternaeve interserantur voces: quales illae sunt *ut opinor*, *nisi fallor*, et similes.

XVI. Apostropho raro latini scriptores utuntur. Est autem apostrophus semicirculus aversus supra litteram positus, quo significamus vel vocalem rejectam esse, ut *adeon'*, *men'*, *tun'* pro *adeone*, *mene*, *tune*; vel litteram *s*, ut *sati'*, *magi'*, *virtu'* pro satis, magis, virtus; quod apud veteres poetas frequens erat: vel vocalem simul, et *s* litteram desiderari, ut *audin'*, *viden'*, *opust'* pro audisne? videsne? opus est: quae apud Terentium, Plautumque crebra sunt.

XVII. Neque tamen sumus nescii, alios aliam interpungendi rationem sequi. Nos hanc optimam ducimus, neque tamen alias reprehendimus.

PRÆTERITA ET SUPINA VERBORUM

QUAE ET FREQUENTIUS IN USUM SUNT ET TYRONIBUS DIFFICULTATIS ALIQUID INJICERE POSSUNT

OPERA HORATII TURSELLINI

ACCEDUNT REGULAE QUAEDAM DE VERBIS COMPOSITIS NUNC PRIMUM LATIO DONATAE.

Abnuo,	is,	nui,		*far cenno di no.*
Abscondo,	is,	condi,	ditum,	*nascondere..*
Adipiscor,	sceris,	adeptus	sum,	*acquistare.*
Adolesco,	scis,	adolevi,	dultum,	*crescere in età.*
Affligo,	gis,	xi,	ctum,	*spingere, urtare, dar travaglio.*
Ago,	is,	egi,	actum,	*condurre, operare.*
Ajo,	is,			*dire.*
Alo,	is,	alui,	altum,	*nutrire.*
Algeo,	ges,	alsi,		*aver freddo.*
Allicio,	cis,	lexi,	ctum,	*allettare.*
Allido,	is,	si,	isum,	*ammaccare, o rompere.*
Amicio,	is,	cui,	ctum,	*coprire, vestire.*
Ango,	is,	xi,		*stringere, soffocare.*
Annuo,	is,	nui,		*far cenno di sì.*
Aperio,	is,	ui,	ertum,	*aprire.*
Arceo,	es,	cui,		*tener lontano, vietare l'avvicinarsi.*
Arguo,	is,	ui,	utum,	*incolpare.*
Aspicio,	is,	spexi,	spectum,	*guardare.*
Aveo,	es,			*bramare.*
Augeo,	es,	xi,	ctum,	*accrescere, ingrandire.*
Bibo,	bis,	bi,	bitum,	*bere.*
Cado,	is,	cecidi,	casum,	*cadere.*
Caedo,	is,	cecidi,	caesum,	*tagliare, ferire, uccidere.*

Caleo,	es,	calui,	calitum,	*aver caldo.*
Cano,	is,	cecini,	cantum,	*cantare.*
Capio,	is,	cepi,	captum,	*pigliare.*
Careo,	es,	rui,	ritum,	*esser privo, star senza.*
Carpo,	is,	psi,	ptum,	*carpire.*
Caveo,	es,	cavi,	cautum,	*guardare, schivare.*
Cedo,	is,	cessi,	cessum,	*cedere, dar luogo.*
Censeo,	es,	sui,	censum,	*giudicare, esser di parere.*
Cerno,	is,	crevi,	cretum,	*vegliare, vedere, giudicare, combattere.*
Circumdo,	as,	dedi,	datum,	*circondare.*
Claudo,	is,	clausi,	clausum,	*serrare.*
Cludo,	is,	clusi,	clusum,	*rinchiudere.*
Coalesco,	scis,	alui,	litum,	*unirsi, attaccarsi, crescere.*
Coeno,	as,	avi,	atum,	*cenare.*
Coerceo,	es,	cui,	citum,	*abbracciare, rinserrare, reprimere, punire.*
Collido,	is,	si,	sum,	*ammaccare, percuotere una cosa con un' altra.*
Colo,	is,	colui,	cultum,	*coltivare, ossequiare, servire.*
Comminiscor,	sceris,	commentus sum,		*inventare pensando, fantasticare.*
Como,	is,	compsi,	comptum,	*acconciare la chioma, abbellire, ripulire.*
Comperio,	is,	comperi,	pertum,	*trovare.*
Compesco,	scis,	scui,		*raffrenare.*
Compingo,	is,	pegi,	pactum,	*cacciare, spingere, e congiungere.*
Concresco,	scis,	crevi,	tum,	*rappigliarsi, agghiacciarsi.*

Condio,	is,	ivi,	itum,	*condire.*
Condo,	is,	didi,	ditum,	*nascondere, fabbricare, comporre.*
Confligo,	gis,	xi,	ctum,	*percuotere una cosa ad un' altra, combattere.*
Congruo,	is,	ui,		*convenire.*
Consto, as,	stiti,	stitum,	et statum,	*stare insieme.*
Consulo,	is,	lui,	tum,	*domandare consiglio, provvedere, deliberare.*
Consumo,	is,	sumpsi,	ptum,	*consumare.*
Contingo,	is,	tigi,	tactum,	*toccare.*
Coquo,	is,	xi,	ctum,	*cuocere.*
Credo,	is,	didi,	itum,	*credere, consegnare, fidarsi.*
Crepo,	as,	pui,	pitum,	*fare strepito, crepare, rompersi.*
Cresco,	scis,	crevi,	cretum,	*crescere.*
Cubo,	bas,	bui,	bitum,	*giacere.*
Cudo,	is,	di,	cusum,	*battere.*
Cupio,	is,	pivi,	pitum,	*desiderare.*
Curro,	is,	cucurri,	cursum,	*correre.*
Decerno,	is,	crevi,	cretum,	*determinare.*
Defervesco,	is,	fervi,	vel ferbui,	*raffreddarsi.*
Deleo,	les,	levi,	letum,	*cancellare.*
Demo,	is,	mpsi,	mptum,	*tor via.*
Desino,	is,	sivi, vel sii,	situm,	*lasciare, cessare.*
Diligo,	is,	lexi,	lectum,	*voler bene.*
Dirimo,	is,	emi,	emptum,	*spartire.*
Diripio,	is,	pui,	reptum,	*stracciare, lacerare, saccheggiare.*
Diruo,	is,	rui,	rutum,	*rovinare.*
Disco,	scis,	didici,		*imparare.*
Divido,	is,	si,	sum,	*dividere, o separare.*
Doleo,	es,	lui,	litum,	*dolersi,*

Desisto,	is,	destiti,	titum,	*cessare, fermarsi*
Domo,	as,	mui,	mitum,	*domare, soggiogare*
Duco,	cis,	xi,	ctum,	*tirare, guidare.*
Edo,	is,	edi, esum	vel estum,	*mangiare, consumare.*
Elicio,	is,	cui,	citum,	*cavare, trar fuori.*
Elido,	is,	si,	sum,	*fracassare, strozzare.*
Eligo,	gis,	legi,	lectum,	*scegliere.*
Eluceo,	es,	xi,		*risplendere, comparire.*
Emo,	is,	mi,	mptum,	*comperare.*
Emungo,	is,	nxi,	nctum,	*nettare il naso, spogliare.*
Eneco,	cas, cui, ctum, et avi, atum,			*uccidere.*
Eruo,	is,	rui,	rutum,	*scavare, tirar fuori.*
Evado,	is,	si,	sum,	*schivare, fuggire, diventare.*
Excello,	is,	lui,		*alzarsi, sorpassare.*
Expergiscor,	ris,	rectus sum,		*destarsi.*
Explodo,	is,	si,	sum,	*cacciare, disapprovare.*
Exprimo,	is,	pressi,	pressum,	*spremere, cavare, rappresentare.*
Exsero,	is,	rui,	rtum,	*metter fuori.*
Exsilio,	is,	lui, vel ivi,	ii, ultum,	*saltare, balzar fuori, scaturire.*
Fallo,	is,	fefelli,	falsum,	*ingannare.*
Farcio,	is,	si,	fartum,	*riempire alla rinfusa, cacciar dentro.*
Fateor,	eris,	fassus sum,		*confessare, mostrare.*

Faveo,	es,	vi,	fautum,	*favorire, favoreggiare.*
Ferio,	is,			*ferire, battere, toccare.*
Fero,	fers,	tuli,	latum,	*portare, annunziare.*
Fido,	is,	fisus sum,		*fidarsi, confidarsi.*
Figo,	is,	xi,	xum,	*ficcare, trafiggere, attaccare.*
Findo,	is,	fidi,	fissum,	*spaccare, solcare.*
Fingo,	is,	finxi,	fictum,	*fingere formare, apparecchiare.*
Flecto,	is,	xi,	xum,	*torcere, placare, addolcire.*
Fluo,	is,	xi,	xum,	*scorrere, dileguarsi.*
Fodio,	is,	odi,	ossum,	*scavare, punzecchiare.*
Foveo,	es,	ovi,	otum,	*riscaldare, nutrire, favorire.*
Frango,	is,	egi,	actum,	*spezzare, macinare, vincere.*
Fremo,	is,	mui,	mitum,	*fremere, far romore.*
Frico,	cas,	cui,	ctum,	*fregare, stropicciare.*
Frigeo,	es,	ui,		*esser freddo, languire.*
Frigo,	is,	xi,	ctum,	*friggere, pigolare.*
Fruor,	eris,	itus,	et ctus sum,	*godere, dilettarsi.*
Fugio,	is,	gi,		*fuggire, omettere.*
Fulcio,	is,	si,	ultum,	*puntellare, sorreggere.*
Fulgeo,	es,	lsi,		*risplendere, lampeggiare.*

Fundo,	is,	fudi,	fusum,	*liquefare, sbaragliare, spargere.*
Gemo,	mis,	mui,	mitum,	*gemere, dolersi.*
Gero,	is,	ssi,	stum,	*portare produrre, fare.*
Gigno,	is,	genui,	genitum,	*generare, partorire.*
Gradior,	deris,	gressus sum,		*andare, camminare.*
Haereo,	es,	si,	sum,	*essere o stare attaccato.*
Haurio,	is,	si,	stum,	*tirar fuori, attingere, divorare.*
Ico,	is,	ici,	ictum,	*ferire, colpire.*
Incido,	is,	idi,	casum,	*cadere, incappare, sopravvenire.*
Incido,	is,	idi,	isum,	*tagliare, scolpire*
Indulgeo,	es,	si,	ltum,	*condiscendere, permettere.*
Ingruo,	gruis,	grui,		*venir addosso, assalire.*
Intueor,	eris,	itus sum,		*mirare considerare.*
Jubeo,	es,	jussi,	jussum,	*comandare.*
Juvo,	as,	juvi,	jutum,	*ajutare, dilettare.*
Labor,	eris,	psus sum,		*andare a basso, cadere passare.*
Laedo,	is,	si,	sum,	*offendere, nuocere.*
Lambo,	is,	lambi,		*leccare, lambiree*
Langueo,	es,	langui,		*languire, svenire, essere ammalato.*
Lateo,	es,	tui,		*essere o star nascosto.*

Lavo,	as, et is, lavavi, et lavi,		lavatum, et lautum, et lotum,	*lavare, bagnare.*
Lingo,	is,	nxi,	nctum,	*leccare.*
Lino,	is,	lini, livi, levi,	litum,	*ungere, imbellettare, incrostare.*
Linquo,	is,	liqui,		*abbandonare.*
Luceo,	es,	xi,		*lucere, risplendere*
Ludo,	is,	si,	sum,	*giuocare, schernire, ingannare*
Lugeo,	es,	xi,	ctum,	*piangere.*
Manco,	es,	nsi,	nsum,	*stare, alloggiare, durare, aspettare.*
Medeor,	eris,			*medicare.*
Mejo,	jis,			*pisciare.*
Mergo,	is,	rsi,	rsnm,	*attuffare, coprire.*
Metior,	iris,	mensus, et metitus sum,		*misurare, squadrare, stimare.*
Meto,	is,	messui,	messum,	*mietere, troncare.*
Metuo,	is,	ui,		*temere.*
Misceo,	es,	miscui,	istum, et ixtum,	*mescere, sconvolgere, dar a bere.*
Misereor,	eris,	ertus, et eritus sum,		*aver misericordia.*
Mitto,	is,	misi,	missum,	*mandare, tralasciare, gittare.*
Molo,	is,	lui,	litum,	*macinare.*
Mordeo,	es,	momordi,	morsum,	*mordere, addentare, dir male, orire.*
Morior,	eris,	mortuus sum,		*morire.*
Moveo,	es,	movi,	otum,	*muovere, ballare, cacciare, turbare.*
Mulceo,	es,	lsi,	lsum,	*raddolcire, placare, palpare.*

Mulgeo, es, ulxi, et ulsi, ulctum, et ulsum, *mungere.*

Nanciscor, eris, nanctus, et nactus sum, *trovare a caso, acquistare.*

Neco,	as,	avi,	atum,	*ammazzare.*
Necto,	is,	xui, et xi,	xum,	*annodare, intrecciare.*
Negligo,	is,	exi,	ectum,	*trascurare, omettere.*
Nitor,	eris,	sus et xus sum,		*sforzarsi, appoggiarsi.*
Noceo,	es,	cui,	citum,	*nuocere.*
Nubo,	is,	psi, et ptus sum,	ptum,	*coprire, maritarsi.*
Oblinio,	is,	evi,	itum,	*ungere intorno, cancellare, imbrattare.*
Oblino,	is,			
Obliviscor,	eris,	oblitus sum,		*dimenticarsi.*
Obsideo,	es,	edi,	essum,	*sedere, intorno, occupare, assediare.*
Occulo,	lis,	lui,	ltum,	*coprire celare.*
Oleo,	es,	lui,		*olire, sapere, mostrare.*
Operio,	is,	rui,	ertum,	*chiudere, nascondere.*
Ordior,	eris,	ortus sum,		*nascere, uscire; cominciare.*
Paciscor,	eris,	actus sum,		*patteggiare, promettere.*
Pando,	dis,	di,	ansum, et assum,	*aprire, spaccare, mostrare.*
Pango,	is,	nxi, et egi, et epigi,	nctum et ctum	*ficcare, fare, pattuire.*
Parco,	is,	peperci, et parsi,		*cessare, aver riguardo, perdonare.*

Pareo,	es, ui,	itum,	*apparire, ubbidire.*
Pario,	is, peperi, paritum, et partum,		*partorire, fare, acquistare.*
Pasco,	is, pavi,	pastum,	*pascersi, nutrire,*
Pateo,	es, tui,		*essere o stare aperto, apparire.*
Pecto,	is, xi,	xum,	*pettinare, scardassare.*
Pellicio,	is, exi,	ectum,	*allettare, zimballare.*
Pello,	is, pepuli,	pulsum,	*smuovere, spingere, scacciare, battere.*
Pendeo,	is, pependi,	pensum,	*esser sospeso, esser imminente.*
Pendo,	es, pependi,		*pesare, esaminare, pagare.*
Percello,	is, culi, et culsi, culsum,		*spingere, abbattere, rovinare, impaurire.*
Percrebresco,	is, brui,	et bui,	*domandare, brogliare, tirare, andare.*
Pingo,	is, xi,	ictum,	*dipingere, colorire.*
Pinso,	is, si, et sui, pinsum, et pinsitum, et pistum,		*pestare.*
Placeo,	es, cui, et citus sum, citum,		*piacere, andar a genio.*
Plaudo,	is, si,	sum,	*percuotere, applaudire.*
Plecto,	is,		*battere, intrecciare, piegare.*
Plico,	as, ui, et avi,		*piegare.*
Polleo,	es,		*potere, valere.*
Polluo,	is, lui,	lutum,	*sporcare, macchiare.*

Pono,	is,	sui,	situm,	*mettere, piantare, fare, deporre,*
Posco,	is,	poposci,		*chiedere.*
Potior,	iris,	itus sum,		*impadronirsi, acquistare.*
Poto,	as,	avi, et potus sum,	atum, et potum,	*bere, sbevazzare.*
Praesto,	as,	stiti,	stitum,	*stare innanzi, eseguire, mantenere.*
Prandeo,	es,	prandi,	pransum,	*far colezione, desinare.*
Primo,	is,	essi,	essum,	*calcare, pigiare, stringere, diminuire,*
Proficiscor,	eris,	fectus sum,		*andare, partire, cominciare.*
Primo,	is,	mpsi, et msi,	mptum, et mtum,	*cavare, dar fuori.*
Psallo,	is,	psalli,		*sonare.*
Pungo,	is,	pupugi,	punctum,	*pungere.*
Quaero,	is,	sivi, et sii,	situm,	*cercare, procacciarsi, far processo, interrogare.*
Quatio,	is			*sbattere, crollare.*
Queror,	ereris,	estus sum,		*lamentarsi.*
Rado,	is,	si,	sum,	*raschiare, tagliare, andar rasente.*
Rapio,	is,	pui,	ptum,	*pigliare, ghermire, rubare.*
Recido,	is,	idi,	asum,	*ricadere, ritornare.*
Recido,	is,	idi,	isum,	*recidere.*
Refello,	is,	elli,		*contraddire, confutare.*

Rego,	is,	xi,	ctum,	*tener diritto, regolare, governare.*
Reminiscor, sceris,				*ripensare, rammentarsi.*
Reor,	eris,	atus sum,		*stimare, pensare.*
Repo,	is,	psi,	ptum,	*strascinarsi per terra, andar carpone.*
Resisto,	is,	stiti,		*fermarsi, resistere.*
Respondeo,	ondes,	ondi,	onsum,	*promettere vicendevolmente, rispondere.*
Respuo,	is,	ui,		*sputar fuori, ributtare, disapprovare.*
Retundo,	is,	tudi,	tusum, et tunsum,	*ribattere, spuntare.*
Rideo,	es,	si,	sum,	*ridere.*
Rigeo,	es,	gui,		*esser freddo, intirizzire.*
Rodo,	is,	si,	sum,	*rosicchiare, corrodere.*
Rumpo,	is,	rupi,	ruptum,	*spezzare, far crepare, guastare, sbaragliare.*
Ruo,	is,	rui,	rutum, et ruitum,	*rovesciare, cavare, cadere, correre.*
Salio,	is,	ivi, et ii,	itum,	*salare.*
Salio,	is,	livi, et lii, et lui,	altum,	*saltare, tremolare.*
Sallo,	llis,	lli,	salsum	*insalare,*
Sancio,	is,	sanxi, et ivi, et ii,	itum, et nctum,	*decretare, stabilire.*

Sapio,	is,	ivi, et ii		*aver sapore, gustare, aver senno.*
Sarcio,	is,	si,	rtum,	*cucire, rattoppare, risarcire.*
Scindo,	is,	scidi,	scissum,	*fendere, squarciare, dividere.*
Seco,	as,	ui,	sectum,	*tagliare, segare, terminare.*
Sedeo,	es,	edi,	sessum,	*sedere, posarsi.*
Senesco,	is,	senui,		*invecchiare, impigrire.*
Sentio,	is,	nsi,	nsum,	*aver senso, sentire, patire, conoscere.*
Sepelio,	is,	ivi, et ii,	pultum,	*seppellire, sotterrare, coprire.*
Sepio,	is,	psi,	ptum,	*siepare, chiudere.*
Sero,	is,	sevi,	satum,	*seminare, piantare, generare, tessere.*
Serpo,	is,	psi,		*serpeggiare, strisciare.*
Sido,	is,	sidi,		*sedere, posare, calare.*
Singultio,	is,			*singhiozzare.*
Sino,	is,	ivi,	itum,	*permettere.*
Sisto,	is,	stiti,	statum,	*fermare, stare, mettere.*
Soleo,	es,	itus sum,		*costumare, esser solito.*
Solvo,	is,	vi,	utum,	*slegare, scompaginare, sposare.*
Sono,	as,	ui, et avi,	atum,	*dar suono, suonare.*
Sorbeo,	es,	bui,		*sorbire.*

Sperno,	is,	sprevi,	spretum,	*separare, ributtare, sprezzare.*
Spondeo,	es,	spopondi,	sponsum,	*dar la parola, fare sicurtà, promettere in isposa.*
Sterno,	is,	stravi,	stratum,	*spargere, stendere, preparare.*
Sterto,	is,	ui,		*russare.*
Sto,	as,	steti,	statum,	*stare ritto, fermo, fissare.*
Strepo,	is,	pui,		*strepitare, risonare.*
Strideo,	es,	et strido, is, idi,		*strillare, stridere, mormoreggiare.*
Stringo,	is,	xi,	ictum,	*stringere, imbrandire, spiccare.*
Struo,	is,	xi,	ctum,	*ammassare, fabbricare.*
Suadeo,	es,	asi,	asum,	*esortare, persuadere.*
Sugo,	is,	xi,	ctum,	*succhiare.*
Sumo,	is, msi, et psi,		mtum, et mptum,	*pigliare, eleggere.*
Supplico,	as,	avi,	atum,	*inchinarsi, perorare, supplicare.*
Supplodo,	is,	si,	sum,	*batter co' piedi.*
Surgo,	is,	exi,	ectum,	*alzar diritto, levarsi, crescere.*
Taceo,	es,	cui,	citum,	*tacere.*
Tango,	is,	tetigi,	tactum,	*toccare, gustare, rubare.*
Tego,	is,	xi,	tectum,	*coprire, difendere.*

Temno, is, in comp.		tempsi,	temptum,	*sprezzare.*
Tendo,	is,	tetendi,	tensum,	*stendere, tirare, offerire.*
Teneo,	es,	nui,	tentum,	*tenere, conservare, dilettare, sapere.*
Tergeo, es, et tergo, is,		si,	rsum,	*nettare, forbire.*
Tero,	is,	trivi,	tritum,	*tritare, logorare.*
Texo,	is,	xui,	xtum,	*tessere, coprire.*
Timeo,	es,	ui,		*aver paura, temere.*
Tollo,	is,	sustuli,	sublatum,	*levare, alzare, elevare.*
Tondeo,	es,	totondi,	tonsum,	*tosare.*
Tono,	as,	ui,		*tonare, far impressione.*
Torqueo,	es,	si,	rtum, et rsum,	*voltare, torcere, martoriare.*
Torreo,	es,	ui,	tostum,	*seccare, arrostire, abbruciare.*
Traho,	is,	xi,	ctum,	*tirare, strascinare.*
Transilio,	is,	livi, et lii, et lui,		*saltar oltre, sorpassare.*
Tremo,	is,	ui,		*tremolare, tremare.*
Trudo,	is,	usi,	usum,	*cacciare, sospingere.*
Tueor,	eris,	tuitus sum,		*guardare, conservare, presidiare, proteggere.*
Tundo,	is,	tutudi,	tunsum, et tusum,	*percuotere, ammaccare.*
Turgeo,	es,	si,		*esser gonfio.*
Valeo,	es,	lui,	litum,	*esser sano, potere, significare.*

Veho,	is,	xi,	ctum,	*portare, menare.*
Vello,	lis,	velli, et vulsi,	vulsum,	*svellere, stirpare, pelare, pizzicare.*
Veneo,	is,	ivi, et ii,	itum, et venum,	*esser venduto.*
Venio,	is,	ni,	ntum,	*venire, andare, ritornare, accadere.*
Verro,	is,			*tirare, spazzare.*
Verto,	is,	rti,	rsum,	*voltare, rovesciare.*
Vescor,	eris,			*cibarsi.*
Veto,	as,	ui, et avi,	titum,	*vietare.*
Video,	es,	di,	sum,	*vedere, conoscere.*
Vincio,	is,	vinxi,	vinctum,	*legare.*
Vinco,	is,	vici,	ictum,	*vincere, soggiogare, convincere.*
Viso,	is,	si,	sum,	*andare, o venir a vedere, visitare.*
Vivo,	is,	xi,	ictum,	*vivere, sostentarsi, durare.*
Ulciscor,	ris,	ultus sum,		*punire, vendicarsi.*
Ungo, et unguo,	is,	nxi,	unctum,	*ungere.*
Volo,	vis,	vult,	volui,	*volere, bramare.*
Volvo,	vis,	volvi,	volutum,	*volgere, girare, rovesciare.*
Vomo,	is,	mui,	mitum,	*recere, vomitare, mandar fuori.*
Voveo,	es,	vovi,	votum,	*promettere, far voto.*
Urgeo,	es,	ursi,		*spingere, urtare.*
Uro,	is,	ussi,	ustum,	*abbracciare.*
Utor,	eris,	usus sum,		*adoperare, usare.*

REGULAE GENERALES

VERBORUM COMPOSITORUM

REGULA PRIMA.

Verba composita uno atque eodem utuntur et praeterito et supino cum simplicibus, ut *circumdo*, *circumdedi*, *circumdatum*; item *venumdo*, *pessumdo*, quae sunt a *do*, *dedi*, *datum*. *Dirigo* habet *direxi*, utpote quod a *rego* compositum, pariter *erigo*, *arrigo*, *corrigo*. *Retego* etiam habet *retexi*, *retectum*, est enim a *tego*: item *intego*, *contego*, *detego*, et alia composita a *tego*. Verum *retexo* habet *retexui*, *retextum*, quemadmodum *texo*: ita etiam *detexo*, *pertexo*, *contexo*, *praetexo*, et alia composita a *texo*. *Devinco* habet *devici*, *devictum* sicut *vinco*; pariter *convinco*, *evinco*, et alia a *vinco* composita. *Devincio* autem habet *devinxi*, *devinctum*, quemadmodum *vincio*; insuper *revincio*, et alia a *vincio*. *Comprimo* habet *compressi compressum*, ut *premo*: ita etiam *reprimo*, *supprimo*, *imprimo*, et alia. *Eximo* habet *exemi*, *exemptum*, ut *emo*: ita etiam *adimo*, *perimo*. *Dirigeo* habet *dirigui*, namque a *rigeo* est. Composita *concrepo*, *discrepo*, *increpo* plerumque ut simplex *crepo* habent praeterita, et supina *concrepui*, *concrepitum*, *discrepui*, *discrepitum*, *increpui*, *increpitum*.

Ab hac prima lege abscedunt composita a *cano*, quae habent praeteritum duarum syllabarum ui, supinum entum, ut *occino*, *occinui*, *occentum*; cujus formam sequuntur *praecino*, *concino*, *accino*, *succino*. Composita a *cubo*, primae conjugationis gaudent plerumque eadem forma, qua cetera conjugationis ejusdem verba, ut *incubo*, *incubavi*, *incubatum*; ita *recubo*, *et cubo*, et alia. Verum composita a *cumbo*, quae tertiae conjugationis sunt, et ante b habent m, abjiciunt m, et eadem utuntur forma qua *cubo*, cujus est praeteritum *cubui*, supinum*cubitum*, ut *incumbo*, *incubui*, *incubitum*: item *recumbo*, *discumbo*, *accumbo*, *procumbo*, *occumbo* et alia.

Quae sequuntur composita a *do* habent didi in praeterito, ditum in supino, *addo*, *addidi*, *additum*; pariter

abdo, *condo*, *dedo*, *indo*, *perdo*, *prodo*, *reddo*, *subdo*. Notandum tamen verba haec *fecundo*, *redundo*, *exundo*, *inundo*, et similia, utpote quae composita non a *do*, sed ab *undo*, habere praeteritum et supinum *undavi*, *undatum*.

Diligo et *intelligo* composita a *lego* habent praeteritum lexi, *dilexi*, *intellexi*. *Agnosco*, et *cognosco* composita a *nosco* habent supinum per i *agnitum*, *cognitum*.

Composita ab *oleo*, cum recedunt a simplicis significatione, habent praeteritum evi, supinum etum, ut *obsoleo*, *obsolevi*, *obsoletum*; item *adoleo*, *inoleo*. *Aboleo* autem, *redoleo*, *suboleo* non abscedunt a simplici *oleo*, *olitum*, quia retinent eamdem cum illo siguicationem.

Composita a *plico* habent avi praeteritum, ut *duplico*, *complico*, *explico*. *Implico* tamen, *explico*, *applico* utuntur etiam praeterito ui, ut *implicui*, *explicui*, *applicui*.

Composita a *quatio* habent praeteritum cussi, supinum cussum, ut *percutio*, *percussi*, *percussum*; item *concutio*, *excutio*, *discutio*, *incutio*, *succutio*. Horum simplex, quod jam diu obsoletum videtur, habebat fortasse *quassi*, *quassum*. Composita a *ruo* habent supinum rutum, ut *diruo*, *dirui*, *dirutum*; item *eruo*, *erutum*, *obruo*, *obrutum*.

Composita a *salio* in praeteritis mutant a in i, in supinis vero mutant i in u, ut *insilio*, *insilui*, aut *insilii*, aut *insilivi*, *insultum*; qua forma efferuntur etiam *desilio*, *exsilio*, *prosilio*, *assilio*.

Composita a *sero*, cum usurpatur ad ea significanda quae ab arborum plantatione absunt, habent praeteritum rui, supinum vero ertum, ut *consero*, *conserui*, *consertum*; item *dissero*, *insero*, *exsero*, *desero*: *consero* autem, et *insero*, cum plantare, aut arboris surculum alteri arbori includere significant, habent fere, ut *sero*, *consero*, *consevi*, *consitum*; *insero*, *insevi*, *insitum*.

Composita a *sto* habent praeteritum stiti, supinum stitum, ut *obsto*, *obstiti*, *obstitum*; item *resto*, *consto*; *praesto*, quamquam non raro, in *consto*, et *praesto* reperiuntur supina *praestatum*, *constatum*. Huc etiam spectant composita a *sisto*, ut *obsisto*, *resisto*, *consisto*, *subsisto*.

Composita a *statuo* mutant a in i tum in praeteritis, tum in supinis, ut *restituo*, *restitui*, *restitutum*; item *substituo*, *instituo*, *constituo*.

SECUNDA REGULA GENERALIS

Quoties in compositis a mutatur in i supina sibi sumunt e, ut *conficio* habet *confeci*, *confectum*: a *facio* enim componitur, et nemo unquam dixit *confacio*, sed *conficio*; item *afficio*, *efficio*, *deficio*, et alia.

Quaedam tamen excipies ab ago composita, quae unum cum simplicibus habent supinum, ut *adigo*, *adegi*, *adactum*; item *subigo*, *obigo*, *exigo*.

TERTIA REGULA GENERALIS.

Verba simplicia, quae primae syllabae congeminationem habent in praeteritis, alteram e congeminatis in compositis abjiciunt; ut *tundo* simplex habet praeteritum *tutudi*, compositum autem *contundo* habet *contudi*, item *obtundo*, *obtudi*: *extundo*, *extudi*.

Huc spectat *contingo*, quod quamquam a *tango*, *tetigi* originem ducit, habet tamen *contigi*, *contactum*; idem dicas de *attingo*, *attigi*. *Incido* quamvis sit a *cado*, *cecidi* habet *incidi*; item a *caedo* composita *succido*, *excido*, *concido*, *occido*, et alia. Hoc tamen intersit discriminis; cum *incido* est a *cado*, habeat *incidi* penultima syllaba brevi; item *decidi*, *excidi*, *occidi*, et alia a *cado*: quae vero a *caedo* sunt, ut *succido*, et cet. habeant *succidi*, et cet. penultima longa. *Comperio*, et *reperio* habent *comperi*, et *reperi*; sunt enim a *pario*, *peperi*.

Excipies tamen composita a *sto*, *do*, *disco*, et *posco*, quae congeminationem retinent. Dices itaque *restiti*, *perdidi*, *dedidici*, *depoposci*, et alia similiter. *Repungo* etiam non *repugi*, sed *repupugi* habet; et *praecurro* non *praecurri* tantum, sed et *praecucurri*.

QUARTA REGULA GENERALIS

Verba quae praeterito carent, carent, et supino, ut *medeor*, *mederis*, *vescor*, *vesceris*.

QUINTA REGULA GENERALIS.

Verba in sco desinentia eodem cum suis primitivis praeterito utuntur; ut *rigesco* habet *rigui* cum *rigeo*; *floresco* habet *florui* cum *floreo*, idem dices de *stupesco*, *horresco*, *senesco*, *tumesco*, *pertimesco*, *concupisco*, *splendesco*, *frondesco*, et aliis paene innumeris.

VETERES NUMERORUM NOTÆ.

I	Unus.
V	Quinque.
X	Decem.
L	Quinquaginta.
C	Centum.
D et IↃ	Quingenta.
M et CIↃ	Mille.
IↃↃ	Quinque millia.
CCIↃↃ	Decem millia.
IↃↃↃ	Quinquaginta millia.
CCCIↃↃↃ	Centum millia.

AUCTORES OPTIMI LINGUAE LATINAE

EX LIBRO

JOSEPHI JUVENCII S. J.

DE RAT. DISC. ET DOC.

Primas in illis jure semper tulit M. T. Cicero, de quo satius est nihil, quam pauca dicere.

C. Julius Caesar septem libros edidit de bello gallico, nam octavus est A. Hirtii, non tamen indignus illa aurea latini sermonis aetate: tres de bello civili. Lucet in ejus oratione concinna munditics, sine sententiarum aut verborum exquisita gravitate, quam in eo nonnulli desiderant.

C. Sallustius Crispus Amiterni in Italia anno U. C. 668 natus: tribunatum plebis gerebat Romae, quando P. Clodius a Milone occisus est. Scripsisse traditur historiam romanam ab initio ad sua usque tempora: supersunt dumtaxat bellum jugurthinum, catilinarium, et quaedam fragmenta. Oratio in Ciceronem falso illi tribuitur, id quod ipse stilus indicat. Eum Tacitus appellat rerum romanarum scriptorem florentissimum: sane plenus rerum est, verborum dives ac sententiarum; vocibus tamen obsoletis ac paulo durioribus non caret.

Cornelius Nepos vixit sub Julio Caesare, et Augusto. Veronensem fuisse conjectura non levis est. Scripsit vitas romanorum ducum, et externorum: illae perierunt, ex his restant duae et viginti. Desiderantur etiam vitae graecorum historicocum, quas a se conscriptas fuisse testatur. Æmilius Probus, cujus vulgo nomen huic Nepotis libello praefigitur, librarius fuit, qui hoc opus sua descriptum manu obtulit Theodosio, ut praeclare Vossius ostendit. Purus nitet in hoc libello sermonis latini candor, et Augusti saeculo dignissimus.

T. Livius Patavinus sub Augusto, et Tiberio floruit. Ediderat 142 libros ab U. C., usque ad Drusi

mortem: supersunt tantum 35. Laudatur in eo ubertas, amplitudo, et plena majestatis, ac roboris eloquentia.

C. Vellejus Paterculus Tiberio imperante scripsit duos variarum historiarum, ac praesertim romanae libellos, quorum bona pars periit. Elegans et ingeniosus est stilus, interdum atrox et subobscurus.

Valer. Maximus reliquit libros novem dictorum, factorumque memorabilium. Tiberii aetate illum vixisse probat Vossius, quamvis ejus dictio plerisque in locis barbara, necnon flosculi ac lepores male conquisiti nonnullis persuaserint illum deteriori aevo scripsisse. Possunt ex eo peti argumenta poematum, et orationum.

L. Annaeus Seneca philosophus vulgo dictus, patria cordubensis: multa edidit ingeniose ille quidem et splendide, sed abrupta oratione et confragosa; quare legi, nisi jam confirmato stilo, non debet. Ejus epistolae plurimum bonae frugis habent: quasdam a christiano scriptas putes, tantam rerum humanarum despicientiam spirant. Suppeditare possunt argumenta scriptionibus, quae pueris traduntur componendae, modo ejus latinitas poliatur. A Nerone, cujus mores ac studia regebat, mori jussus est.

Pomponius Mela natione hispanus, et Claudii Imperatoris aevo suppar libros de chorographia, seu locorum descriptione vulgavit brevitate adeo tersa et eleganti, ut inter bonae latinitatis auctores primarios merito censeatur.

L. Moderatus Columella iisdem temporibus floruit, patria gaditanus. Scripsit elegantissimos libros de re rustica.

Q. Curtius Rufus Alexandri Magni res gestas illustravit libris decem, quorum duo primi desiderantur: supplevit eos Freinshemius. Genus dicendi sectatur maxime purum et latinum, quo uno argumento dicendus est sub Claudio Imperatore potius, quam sub Vespasiano vixisse.

C. Plinius Secundus major, sive senior, naturalis historiae scriptor veronensis fuit Vespasiani et Titi temporibus. Scribendi ratio ingeniosa, subtilis, erudita:

interdum propter brevitatem, copiamque rerum strictior, et obscurior. Lucem illi magnam attulit P. Harduinus S. I.

M. Fabius Quintilianus rhetor hispanus, ut plerique existimant, Romae diu artem dicendi summa cum laude docuit. Rhetoricae praecepta complexus est libris egregiis duodecim. Declamationes, quae illi vulgo tribuuntur, ipse innuit a suis discipulis fuisse concriptas. Sane duriter, et valde dissimili a ceteris ejus libris stilo sunt elucubratae. De praecipuis scriptoribus graecis, ac latinis praeclare disserit libro X. cap. I.

Sex. Jul. Frontinus ab aevo Quintiliani non multum abest. Edidit quatuor libros de scientia militari ac stratagematis, sive dolo bellico, non inconcinne.

C. Cornelius Tacitus ad Trajani tempora pertinet. Complures historiarum libros ediderat, e quibus pauci restant. Gravis illi sermo, at austerus: acutae et abstrusae sententiae, ita ut meditandus magis, quam legendus sit. Quaedam habet parum christianis amica legibus. Latinitas interdum audax et acerba: vivida tamen ut plurimum ac robusta.

C. Plinius Caecilius Secundus, Junior vulgo dictus, novocomensis, Caii Plinii senioris e sorore nepos, eodem imperatore Trajano floruit, quem laudavit oratione luculenta. Eidem tribuitur a quibusdam libellus de viris illustribus, ab aliis Cornelio Nepoti: hunc Vossius Aurelio Victori assignat. Extant epistolae Plinii scitissimae: jam tamen latini sermonis nitor obsoleverat.

L. Annaeus Florus hispanus ejusdem Trajani extremis temporibus vulgavit quatuor historiae romanae libros. Utitur stilo in speciem amoeno et florido, at contorto in multis, et molesto. In putanda ratione temporum est negligentior.

C. Svetonius Tranquillus Hadriano imperatori ab epistolis fuit. Supersunt e multis ejus historiis vitae Caesarum, quorum vitia et dedecora diligentius persequitur, quam historicum pudicum et sapientem decet. Cetera brevis, et accuratus est.

Justinus Trogi Pompeii, qui sub Augusto libros quatuor et quadraginta historiarum scripserat;

epitomen confecit, quam Antonino Pio, quo principe vivebat, dicavit. In rebus judaicis ac plerisque aliis hallucinatur sive id ejus, sive Trogi vitio contigerit.

M. Actius Plautus natione umber, patria sarsinas obiit anno U. C. 570 qui fuit mundi 3870. Non temere legendus est propter nequitias, et impuros amores, atque adeo propter sales invenustos, quibuscatent ejus comoediae.

P. Terentius auctor est latinitatis tersissimae: non legatur tamen nisi repurgatus. Ortus est Carthagine in Africa anno U. C. 560. In pingendis hominum moribus, et arte coagmentandae fabulae celeros vincit comicos.

T. Lucretius Carus insignis est ob latinum sermonem, sententiarum gravitatem, versus habet paulo horridiores, interdum obscenos et impios. Scripsit physica. Romae natus est anno ejusdem urbis 658.

C. Valerius Catullus veronensis novem post Lucretium annis ortus: scripsit odas, elegias, epigrammata, et cet. Sermo bene latinus est, versus aliquando duriores, saepe obsceni.

P. Virgilium annus U. C. 684 edit futurum olim principem latinae poeseos. Patria tanti viri Andes vicus prope Mantuam.

Q. Horatius Flaccus quinque post Virgilium annis editus Venusii in Apulia: omnia ingeniose, spendide, luculentur scripsit; non pauca tamen habet lutulenta, et inquinandis moribus, nisi delectus habeatur, opportuna. Prodiit ineunte saeculo XVIII Romae, Parisiis, et alib. cum brevi commentario accurate repurgatus.

A. Tibullus, et Sex. Aurelius Propertius nati sunt circa an. U. C. 710 hic in Umbria, ille Romae: uterque poeta melior quam castior, atque idcirco ablegandus a puerorum scholis, nisi quis forte locus bene repurgatus excerpatur.

P. Ovidius Naso Patriam habuit Sulmonem urbem Pelignorum in Italia anno U.C. 711: amoenus vates, copiosus, ingeniosus, et illaborata facilitate gratus; utinam aeque castus et modestus. Quamobrem periculose

legitur non solum in iis libris, ubi nequitiam aperte profitetur, sed in metamorphosibus, epistolis, et cet. Tristia, et libri de Ponto minus habent periculi. Ejus metamorphoses expurgatas Roma paucis ante annis dedit cum notis clarissimis.

Manilius, incertum quo anno natus, recte in extrema Augusti tempora rejicitur, cui suum opus videtur dedicare. Scripsit astronomica, versatus satis concinne, ac feliciter in argumento per se se horrido, et intentato.

Phædrus origine thrax, libertus Augusti, floruit sub Tiberio. Lucet in eo nativus quidam latini sermonis lepos aureo Augusti saeculo dignissimus.

Seneca patria cordubensis, Lucii Annaei Senecae philosophi, ut multis placet, filius vixit Neronis aevo. Artem tragicam ignorat. Ampullata sunt ejus carmina, plerumque tamen plena spiritus et ardoris: latinitas non ignobilis: in sententiis et orationibus, quas actoribus suis et heroibus affingit, modum vix tenet, multo praestantior futurus si temperare ingenio suo, quam indulgere maluisset.

M. Annæus Lucanus Senecae philosophi ex fratre nepos, patria item cordubensis. Historiam civilis belli Caesarem inter et Pompejum versu scripsit elato et saepe turgido, nonnunquam acri et ingenioso. Cur illi poetae nomen abrogent eruditi, et oratoribus vel historicis annumerandum censeant, intelligitur ex iis quae de poesi diximus. Non enim poematis sui materiam quasi facit, et rerum variarum inventione, et mutatione illustrat, sed acceptam ab historia ornate prosequitur. Multos fallit ambitiosus ille sententiarum tumor, et argutiarum fucus ad pompam potius et fastum, quam ad veritatem comparatus.

Petronius Arbiter civis romanus praedives, Neronis familiaris: ejus flagitia descripsit versibus impurissimis et argumento convenientibus. Uterque dignus oblivione, et execratione.

A. Persius Flaccus volaterranus eodem Neronis tempore satyras sex scripsit multo conditas sale: tuto legi, pauca si demas, potest.

Silius Italicus, ab Italica baeticae Hispaniae urbe sic appellatus, ultimo Neronis anno consulatum gessit, iterumque sub Domitiano. Poema composuit de secundo bello punico. Virgilium, cujus cultor insignis erat, imitari studuit ac sequi: multum abest, quin assequatur.

P. Pupinius Stutius Neapoli, ut verius creditur, oriundus sub Nerone et Domitiano scripsit silvas, Thebaidem, et Achilleidem stilo saepe confragoso, et obscuro. Ejus silvae sunt amoeniores, et cultiores.

C. Valerius Flaccus setinus edidit libros octo Argonauticon, quos Vespasiano dedicavit. Statio purior et melior est.

M. Valer. Martialis bilbilitanus Romae annis 35 vixit usque ad Trajani tempora cum in Hispaniam suam rediit. Mores et ingenium perpolire potest ejus lectio; si obscena deleas epigrammata; ut ab interprete numero dempta, et brevibus commentariis illustrata sunt.

D. Junius Juvenalis aquinas poeta doctus, et eloquens: majestatem et aculeos interdum declamatorios habet; minus Horatio politus ac pressus, Persio uberior est. Cave illum, nisi expurgatum, legas. Nuper emendatus, et illustratus prodiit.

Claudiaus fuisse alexandrinus fertur. Sub Theodosio magno, ejusque liberis claruit, a quibus ei statua in romano foro posita. Poeticos spiritus ingentes et meliore saeculo dignos habet, ac si tumoris nonnihil detrahas, vix ulli poetarum latinorum, presertim in iis quae postremo loco scripsit, secunda est.

A. Prudentius sub eodem Theodosio in rebus christianam fere pietatem et religionem spectantibus operam posuit, barbaro saepe, licet ingenioso et erudito carmine.

M. ANTONII MURETI

INSTITUTIO PUERILIS

AD M. ANTONIUM FRATRIS F.

Dum tener es, Murete, avidis haec auribus hauri;
Nec memori modo conde animo, sed et exprime factis.
In primis venerare Deum, venerare parentes,
Et quos ipsa loco tibi dat natura parentum.
Mentiri noli: nunquam mendacia prosunt.
Si quid peccaris, venia est tibi prompta fatenti.
Disce libens: quid dulcius est quam discere multa?
Discentem comitantur opes, comitantur honores.
Si quis te objurget, male cum quid feceris, illi
Gratiam habe, et, ne iterum queat objurgare, caveto.
Ne temere hunc credas, tibi qui blanditur, amicum:
Peccantem puerum quisquis non corrigit, odit.
Qui semel incautum blando sermone fefellit,
Ille idem, dabitur quoties occasio, fallet.
Nec cuivis sapiens, nec nulli credere debet:
Fallitur alter saepe, fidem sibi detrahit alter.
Si quid forte mali aut facias, aut mente volutes,
Ut lateas homines, certe Deus omnia cernit.
Non nisi spectatis arcana sodalibus effer;
Quodque tacere voles alios, prior ipse taceto.
Nil cupide specta, nisi quod fecisse decorum est:
Turpia corrumpunt teneras spectacula mentes.
Averte impuris procul a sermonibus aures:
Et qui illis gaudent, horum consortia vita.
Principio studii radix inamoena videtur,
Sed profert dulces parvo post tempore fructus.
Ludo indulsisti? subito evolat illa voluptas.
Legisti? utilitas studio percepta manebit.
Ut moderata quies prodest, viresque ministrat:
Sic hebetat corpus nimia, ingeniumque retundit.
Si prodesse aliis studeas, tibi proderis ipsi:
At nisi ames alios, et te quoque nullus amabit.
Successus faustos nunqnam admirare malorum:
Sera licet, tamen olim illos sua poena sequetur.
Si tibi grata quies, juvenis ne parce labori:
Dux ad honoratum est homini labor ipse quietem.
Inspice te in speculo: et bona seu tibi forma videtur,
Moribus obscenis illam foedare caveto:
Seu tibi subtraxit vultus natura decorem,
Ingenio ut formae compenses damna, labora.

Nil facito, quod turpe putes fecisse videri:
Et cura, ut multis tibi sis pro testibus ipse.
Ut nos pauca loqui, plura autem audire moneret,
Linguam unam natura, duas dedit omnibus aures.
Quae servare voles, ne crebro invisere parce:
Namque minus furem metuunt, quae saepe videntur.
Blanditur primo, sed perdit inertia famam:
Aspera res primo est, sed fert industria laudem.
Aut vinum ne tange, aut multa prolue lympha.
Cum vino indulges, igni puer adjicis ignem.
Fac tibi sit vultus comis, sermoque modestus:
Sic multos facile tibi conciliabis amicos.
Pauperiem ne cui misero exprobraveris unquam:
Cujus munus opes, ejusdem est munus egestas.
Semper opum studio praefer virtutis amorem:
Non opibus virtus, sed opes virtute parantur.
Disce, et quae discis, memori sub pectore conde:
Aut facies tantumdem, ac si cribro hauseris undam.
Dulcia sint quamvis, nunquam tamen appete quae sunt
Aut damnum allatura, aut incussura pudorem:
Irasci noli temere; nil foedius ira,
Quam quaecumque movere solent, ea temnere laus est.
Venti agitant celsis positas in montibus ornos,
A quibus in media tuta est arbuscula valle:
Sic et opes agitant majore pericula magnas;
Tutior angustos comitatur vita penates.
Pauca loqui puero, sed tempestiva decorum est;
Haec etenim ingenium res indicat, illa pudorem.
Scire cupis quae sit famae via certa parandae?
Talem te praesta, qualem te poscis haberi.
Verbera non metuet, metuet qui jussa magistri:
Haec qui contemnet, merito miser illa timebit.
Quam felix puer est, virtus in quo anteit anno!
Illum omnes meritis certatim laudibus ornant,
Et spectant cupide, et felicia cuncta precantur.
At contra nemo alloquio dignatur inertes;
Spernuntur cunctis, et vulgi fabula fiunt:
Vix oculis pater ipse illos satis aspicit aequis.
Non tantum in praesens obsunt peccata: sed hoc plus,
Ad mala quod proclivem animum assuetudine reddunt.
Quae bona sunt sectare, etiam si dura videntur
Principio; longus paulatim ea molliet usus.
Acceptum officium memora atque extolle; sed abs te
Collatum extenua, et potius sine praedicet alter.
Utilitas quoties pugnare videtur honesto,
Ne dubitare quidem fas est, quin vincat honestas.
Sub laceris crebro virtus latet aurea pannis,
Cum stolidas aurum pecudes et purpura velet.
Nil laudis causa facito: et tamen omnia, laudem
Quae tibi conciliare queunt, ea sedulus urge.

Divitias nec amare nimis, nec spernere debes.
Quamquam etenim nequeunt facere ac praestare beatum,
Magna tamen vitae sunt instrumenta gerendae.
Fac contentus eo, quod contigit, usque fruaris:
Sic tamen, ut nunquam meliora requirere parcas.
Quam sint cuncta hominum varia atque incerta, notato:
Ne te unquam aut adversa praemant, aut prospera tollant.
Pauca quidem haec: sed quae studio servata perenni
Mirificos fructus progressu temporis edent.
Adspiret tantum coeptis Deus: omnia cujus
Consilio aeterno et certa ratione reguntur:
Quem tu et luce puer prima, cum strata relinquis
Impiger, et dulcem repetis cum vespere somnum,
Supplicibus facito places ante omnia votis.
Ille tibi ingeniumque sagax, corpusque salubre,
Et multo meliora dabit. Deffidere noli:
Tu modo ad illius semper refer omnia laudem.

ELENCHUS LIBRORUM

DE INSTITUTIONE GRAMMATICA



Studiosae juventuti.
Totius divisio grammaticae . . . . Pag. 1

LIBER PRIMUS

Praefatio 5
De pronunciandi ratione ad usum italorum tranlata 8
De nominum declinatione admonitio . . . 12

LIBI PRIMI PARS PRIOR

NOMINUN SUBSTANTIVORUM DECLINATIO.

CAPUT PRIMUM. *Prima nominum declinatio* . . 9
Secunda declinatio 10
Tertia declinatio 11
Quarta declinatio 12
Quinta declinatio 13
CAP. II. *Nomina adjectiva, et anomala*. 14
CAP. III. *Pronomina declinatio.*
Pronominnum primitiva . . . 18
Pronominum derivativa . . . 20
CAP. IV. *Verborum conjugatio* 24
Verbi sum conjugatio. . . . 24
CAP. V. *Prima conjugatio. Amo* . . . 27
Amor verbum passivum . . . 32
CAP. VI. *Secunda conjugatio. Doceo* . . 37
Doceor verbum passivum . . 39
CAP. VII. *Tertia conjugatio. Lego* . . . 43
Legor verbum passivum . . . 46

Cap. VIII. *Quarta conjugatio. Audio* . 49

Audior verbum passivum . . 51

Admonitio de verbis supino carentibus 54

Cap. IX. *Scholia in conjugationes verborum.*

De modorum ac temporum vi, significatione, usu. . 55

Schol. I. *De verborum modis ac temporibus universe, deque modo indicativo.* 58

Schol. II. *De syncope in praeteritis indicativi, aliorumque modorum* 56

Schol. III. *De imperativo modo, et mandativo* 60

Schol. IV. *De modo optativo* 61

Schol. V. *De modo conjunctivo, seu subjunctivo* 63

Schol. VI. *Conjunctivus modus, accedente particula* cum, *quomodo reddatur italice* 65

Schol. VII. *Gerundia italica quomodo temporibus conjunctivi latini respondeant* 66

Schol. VIII. *De modo potentiali* 69

Schol. IX. *De modo permissivo, seu concessivo* 71

Schol. X. *De modo infinito, sive indefinito* 72

Schol. XI. *Quomodo infiniti tempora reddantur italice* 73

Schol. XII. *Voces infiniti quomodo italice per indicativum, aut conjunctivum reddantur.* . . . 75

Schol. XIII. *Quid gerundia, et supina, cur inventa, an passive quoque significent, et gerundia* e *in* u *mutare* 78

CAP. X.	*Declinatio verbi deponentis.*	81
	Admonitio de verbi deponentis, et communis significatione .	83
CAP. XI.	*Declinatio verbi communis* .	83
CAP. XII.	*Verba anomala. Possum* .	86
Schol. I.	*De anomalis universe, deque sum, et compositis* . . .	87
Schol. II.	*De verbo possum*	89
	Fero activum	89
	Feror passivum	91
Schol. III.	*De fero, ejusque compositis* .	92
	Volo	93
	Nolo	94
	Malo	95
Schol. IV.	*De volo, ejusque compositis* .	96
	Fio	97
Schol. V.	*De facio, fio, et compositis* .	98
	Eo	99
Schol. VI.	*De eo, et compositis* . . .	100
	Queo, et nequeo . . .	101
Schol. VII.	*De queo, et nequeo* . . .	102
	Edo, comedo, exedo . . .	102
Schol. VIII.	*De edo, et compositis* . .	103
	Dic, duc, fac	104
CAP. XIII.	*Verba defectiva. Memini* .	115
	Novi	116
	Odi	106
	Coepi	107
Schol. I.	*De defectivis generatim, ac memini, odi, novi, coepi* .	109
	Inquam	110
	Ajo	110
Schol. II.	*De inquam, et ajo* . . .	110
	Forem, faxo, et alia defectiva	111
	Verba impersonalia. Poenitet.	
	Verbum defectivum impersonale	112
	Pugnatur defectivum imperso-	

nale passivae vocis . . . 114
Schol. III. *De verbis impersonalibus . . 115*
Cap. XIV. *Rudimenta, sive de octo partibus orationis 115*
De nomine 116
Varia adjectivorum genera . 117
De nominibus positivis, comparativis, et superlativis . 123
Anomala sive inaequalia . . 126
De pronomine 127
De Verbo 138
De variis verborum formis . 129
De participio 130
De praepositione 133
De adverbio 135
De interjectione 136
De conjunctione 137
De accidentibus sive attributis partium orationis 137
Cap. XV. *Praecepta generalia de constructione tyronibus ediscenda . 140*
Cap. XVI. *De generibus nominum paulo difficilioribus 142*

DE INSTITUTIONE GRAMMATICA

LIBRI PRIMI PARS ALTERA

Cap. XVII. *De nominum declinatione . . 157*
Prima declinatio 158
Secunda declinatio 160
Tertia declinatio 163
Quarta declinatio 170
Quinta declinatio 171
Cap. XVIII. *De praeteritis, et supinis . . 178*
De verbis deponentibus, et communibus 186

DE INSTITUTIONE GRAMMATICA

LIBER SECUNDUS

DE OCTO PARTIUM ORATIONIS CONSTRUCTIONE.

CAPUT PRIMUM.	*De concordatiis.*	
	De nomine cum verbo . . .	188
	De adjectivo cum substantivo .	189
	De relativo cum antecedente .	191
	De substantivis continuatis, sive de appositione substantivorum	193
	De interrogatione, et responsione	193
CAP. II.	*De constructione verbi activi* .	194
	Primus ordo activorum . .	194
	Secundus ordo activorum . .	195
	Tertius ordo activorum . .	199
	Quartus ordo activorum . .	202
	Quintus ordo activorum . .	204
	Sextus ordo activorum . . .	207
CAP. III.	*De constructione verbi passivi.*	209
CAP. IV.	*De constructione verbi neutri* .	212
	Primus ordo neutrorum .	212
	Secundus ordo neutrorum .	215
	Tertius ordo neutrorum . .	215
	Quartus ordo neutrorum . .	221
	Quintus ordo neutrorum . .	222
	Sextus ordo neutrorum . . .	224
CAP. V.	*De constructione verbi communis*	225
CAP. VI.	*De constructione verbi deponentis*	227
	Primus ordo deponentium . .	227
	Secundus ordo deponentium .	228
	Tertius ordo deponentium .	229
	Quartus ordo deponentium .	230

Quintus ordo deponentium . . 231
Sextus ordo deponentium . . 231
Septimus ordo deponentium . 232

CAP. VII. *De constructione verbi impersonalis* 234
Primus ordo impersonalium . 235
Secundus ordo impersonalium 236
Tertius ordo impersonalium . 237
Quartus ordo impersonalium . 239
Quintus ordo impersonalium . 241
Sextus ordo impersonalium . 241
Impersonalia passivae vocis . 242

CAP. VIII. *De communi omnium verborum constructione* . . . 244
Status in loco 244
De motu ad locum . . . 246
De motu de loco, et per locum 246
De dativo communi . . . 248
De accusativo, vel ablativo communi temporis 248
De accusativo vel ablativo spatii . . . . , 249
De ablativo absoluto . . . 250
De ablativo instrumenti, caesae, modi aetionis . . . 251
De ablativo pretii 252

CAP. IX. *De construictione verbi infiniti*
De infinito universe. . . . 254
Futurum infiniti activum . . 254
Futurum infiniti passivum . . 255
Ratio supplendi futurum infiniti praesertim cum verba supinis carent 256
Circuitio ex praeterito, et futuro mixta. 254
Infinita cum quibus verbis copulentur 257

	De verbis servilibus solet, incipit et cet. cum infinito	259
Cap. X.	De constructione gerundiorum	260
	Gerundia in di	261
	Gerundia in dum	262
	Gerundia in do	263
	De gerundiis passivis	264
	De ratione variandi gerundia, sive de gerundivis	265
	Participale verbum in dum	266
Cap. XI.	De supinorum constructione	266
	Supina in u	267
Cap. XII.	De participiorum constructione	
	De participiorum casibus	268
	Participia facta nomina	271
Cap. XIII.	De constructione nominis	
	De genitivo, post nomen substantivum	272
	De genitivo, vel ablativo post nomen substantivum	273
	De genitivo post nomen adjectivum	274
	De nominibus partitivis	275
	De superlativis, et partitivis	276
	De genitivo, vel dativo post adjectivum	278
	De dativo, post adjectivum	279
	De dativo, vel accusativo cum praepositione ad post adiectivum	281
	De accusativo, vel ablativo mensurae post adjectivum	281
	De ablativo post adjectivum	282
	Opus	283
	De ablativo cum praepositione a, vel ab post adiecti-	

vum 284
De nominibus comparativis . 284
De ablativo laudem, vitupe-
rationem, vel partem si-
gnificante post adjectivum . 187

CAP. XIV. De constructione pronominis.

De genitivo post pronomina
demonstrativa 288
De genitivo post possessiva . 288
De genitivis mei, tui, sui,
nostri, vestri 289
Pronomina post substantiva . 291
Reciproca sui, sibi, se. . . 292
Reciprocum suus 293

CAP. XV. De numeri distributivi constru-
ctione.

Distributivis qua ratione uta-
mur 295
De mille 297

CAP. XVI. De praepositionum constru-
ctione.

Praepositio verbis addita . . 298
Praepositiones cum accusa-
tivo 299
Versus 299
Praepositiones cum ablativo . 299
Tenus, cum, et cet. postpo-
sita 300
A, ab, abs 300
In, sub, super, et subter . 301
Praepositio versa in adver-
bium 302
Praepositiones aliis praepositio-
nibus praepositae 303

CAP. XVII. De constructione adverbii.

Nominativus post adverbium . 303
Genitivus post adverbium . . 304
Dativus post adverbium . . 305
Accusativus post adverbium . 305

	Ablativus post adverbium	206
	Adverbia loci	
	Ut	308
	Antequam, et priusquam	309
	Ne, et nae	309
	Per, perquam, et cet	309
	Quam	310
	Tam, quam	311
	Adverbia in um, et in o finita.	311
CAP. XVIII.	*De interjectionis constructione.*	313
CAP. XIX.	*De conjunctionis constructione.*	314
	Et, aut, quam, nisi, an, praeterquam	314
	Etsi, tametsi, quamquam	315
	Etiamsi, quamvis, licet, ut pro quamvis	315
	Ut, ne, et ne non	316
	Ut, ne, ni, nisi, si	316
	Quod, quia, quoniam, postquam	317
CAP. XX.	*De figurata constructione.*	
	Orationis virtutes	317
	Barbarae orationis vitia	318
	Quid sit soloecismus, et quot modis fiat	318
	Quid sit figurata constructio, quid figura	319
	Enallage	320
	Eclipsis	321
	Zeugma	321
	Syllepsis	322
	Prolepsis	322
	Archaismus	322
	Hellenismus	323
CAP. XXI.	*De barbarismo*	323
CAP. XXII.	*Obscurae orationis vitia*	325
CAP. XXIII.	*Inornatae orationis vitia*	327

DE INSTITUTIONE GRAMMATICA

LIBER TERTIUS.


DE SYLLABARUM DIMENSIONE.

CAPUT PRIMUM.	De litteris, ac syllabis	330
	De h adspiratione	331
CAP. II.	Praecepta generalia de syllabarum brevitate, ac longitudine.	
	De vocali ante vocalem	333
	De diphthongis	335
	De positione	335
	De praeteritis dissyllabi	340
	De praeteritis, geminantibus primam	341
	De supinis dissyllabis	341
	De supinis polysyllabis	343
	De derivatis	343
	De compositis	344
	De praepositione in compositione	346
	De a, e, i, o dum compositi vocabuli partem priorem terminant	347
CAP. III.	De incremento singulari nominis	350
	Incrementum primae, et secundae declinationis	150
	Incrementum a tertiae declinationis	351
	E incrementum tertiae	352
	I, vel y incrementum tertiae	353
	O incrementum tertiae	354
	U crescens in tertia	355
CAP. IV.	De incremento plurali nominis	356
CAP. V.	De verborum incremento	356
	De incrementis verborum a, et e	357

	De incrementis verborum i, o, et u	359
Cap. VI.	*De ultimis syllabis.*	
	A in fine	360
	E in fine	361
	I in fine	363
	O in fine	364
	U, b, d, t in fine	366
	C, l, m in fine	367
	N in fine	368
	R in fine	370
	As in fine	370
	Es in fine	371
	Is, vel ys in fine	372
	Os in fine	373
	Us in fine	374
Cap. VII.	*De syllaba communi*	375
Cap. VIII.	*De necessitate metrica, et licentia poetica*	378
Cap. IX.	*De pedibus*	379
Cap. X.	*De versu*	381
Cap. XI.	*De figuris quae spectantur in carminum dimensione*	390
	Sinaeresis	390
	Diaeresis, sive dialysis	395
	Synalaephe	496
	Systole	397
	Ectasis, sive diastole	398
Cap. XII.	*De caesura*	399
Cap. XIII.	*De patronymicis nominibus*	401
Cap. XIV.	*De metaplasmo, et figuris quibusdam poetarum*	407
	Prothesis, et aphaeresis	407
	Epenthesis, et syncope	408
	Paragoge, et apocope	409
	Tmesis	409
	Antithesis, et metathesis	409
Cap. XV.	*De prosodia sive accentu*	409
	Accentus tres	410
	De dissyllabis	410

	De polysyllabis	412
	De graecis vocibus	414
	De hebraeis vocibus . . .	413
CAP. XVI.	*Calendae, nonae, idus* . .	416
	Tabella calendarum, nonarum, iduum	420
CAP. XVII.	*De nexu consonantium, et recta syllabarum divisione* .	421
CAP. XIIIV.	*De interpunctione*	424
	Praeterita et supina verborum, quae et frequentius in usum sunt, et tyronibus difficultatis aliquid injicere possunt .	427
	Regulae generales verborum compositorum	442
	Veteres numerorum notae . .	445
	Auctores optimi linguae latinae ex libro Josephi Juvencii S. J. de rat. disc. et doc. . .	447
	M. Antonii Mureti Institutio puerilis ad M. Antonium Fratris F.	453




BIBL